ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. XCIII

TYPIS VATICANIS
MMI

An. et vol. XCIII 4 **Ianuarii 2001** N. **1**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** - *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus beato Benedicto Menni Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Et circumibat Iesus omnes civitates et castella docens in synagogis eorum et praedicans evangelium regni et curans omnem languorem et omnem infirmitatem » *(Mt* 9, 35).

Cum germanus esset Iesu discipulus, qui humanitatis est bonus Samaritanus, beatus Benedictus Menni summa caritate misericordiae in languentes opera gessit, peculiari quadam sollicitudine senes, pueros poliomyeliticos, mente captos iuvando atque hac de causa novam Congregationem religiosam condidit. Sacerdos hic evangelicus, qui in baptismo appellatus est Angelus Hercules, die XI mensis Martii anno MDCCCXLI Mediolani Aloisio Menni et Aloisia Figini pientissimis parentibus ortus est, qui ei religiosam doctrinam, precationis momentum, probandos mores atque christianis officiis fidelitatem tradiderunt. Gymnasii absolutis studiis, apud argentariam opus fecit, quam paulo post reliquit, ne iustitiae integritatisque principiis deesset. Anno MDCCCLIX bello sauciatos sua sponte in valetudinarium Mediolanense Ordinis Hospitalarii S. Ioannis de Deo deduxit. Huius Ordinis sodalium caritate pellectus, religiosam vocationem detexit; sic hunc Ordinem Mediolani ingressus est, sibi nomen Benedictum sumens. Anno MDCCCLXI vota temporalia et anno MDCCCLXIV vota sollemnia nuncupavit. Cum apud Laúdense seminarium studia expleret, illius loci in valetudinario medicam

et chirurgiam artem adeptus est. Romae suam theologicam institutionem absolvit atque die xiv mensis Octobris anno MDCCCLXVI sacro ordine auctus est. Insequenti anno ad Hospitalarium Ordinem in Hispania instaurandum missus est, qui propter leges adversus Ecclesiam fere deletum erat. Antequam proficisceretur a Pio IX receptus est, qui benedicendo ad hanc gravem laboriosamque missionem eundem incitavit. Mense Aprili eiusdem anni ad Barcinonensem urbem pervenit, ubi Ordinis restituendi opus suscepit. Haud paucis superatis difficultatibus incommoditatibusque, mense Decembri parvum nosocomium ad indigentes pueros rachite ac scrophola affectos instituit. Politicas Hispaniae ob condiciones difficiles anni insecuti sunt, quos Beatus sustinuit, divinae Providentiae permagna fiducia suffultus. Anno MDCCCLXXIV suum inter belli sauciatos opus praestitit idemque anno MDCCCLXXV *Escoriazae* (Guipuzcoae) valetudinarium mente captis suscipiendis condidit, quod gravissimas propter difficultates claudere debuit. Anno MDCCCLXXVII in oppido quod *Ciempozuelos* appellant (Matriti) nosocomium ad mente insanos recipiendos constituit, quod Domus renati in Hispania Ordinis principalis evasit. Obtinuit deinceps ut nova religiosa Hispaniae Provincia canonice erigeretur, quae iam religiosis viris, qui vota nuncuparunt, iuvenibus noviciis necnon V valetudinariis locupletata erat. Beatus hic xix annos superioris Provincialis sollerter sustinuit officium. Caritate inchoatus, sui apostolatus provinciam ampliavit, cum in suo munere curandorum aegrotorum, praesertim mente laborantium, etiam mulieres complecteretur. Anno exeunte MDCCCLXXXI, opem ferente Dei Serva Maria Iosepha Recio Martin itemque Maria Angustias Giménez Vera, in oppido *Ciempozuelos* Congregationem sororum Hospitalariarum de S. Corde Iesu condidit, quae repente increbruit atque anno MCMI a Sancta Sede tandem comprobata est. Opera Ordinis in Hispania, Lusitania et Mexico redintegrandi feliciter absoluta, anno MCMIII munus Provincialis reliquit seseque religiosis Hospitalariis instituendis penitus addixit. Perseveranter ac studiose in sanctitatis semita ambulavit, fideliter Dei voluntatem adimplens Christique caritatem testificans. Liturgia, precatio, Regulae observantia, Providentiae fiducia, humilitas eundem in Dei, Ecclesiae, Infirmorum conditique Instituti famulatu sustinuerunt. Sancta Sedes anno MCMIX eius Ordinis visitatorem apostolicum et anno MCMXI Superiorem Generalem eum nominavit, at tot fuerunt difficultates ut sese a munere abdicare re coactus sit. Perquam fortiter ac patienter improbationes adversitatesque toleravit, quae perspicuas eius virtutes effecerunt. In Gallia domicilium postquam collocavit, in oppido *Dinari* die xxiv mensis Aprilis anno MCMXIV pie de hoc mundo demigravit, magnam sanctitatis opinionem relinquens.

Episcopus Matritensis anno MCMXLV beatificationis canonizationisque Causam incohavit. His igitur cunctis perfectis rebus, quas praecipiunt leges Congregationis de Causis Sanctorum, die xxni mensis Iunii anno MCMLXXXV in Beatorum Catalogum eum rettulimus. Postea eius intercessioni miraculum adscriptum est, de quo dioecesana inquisitio constituta est Palentinae Curiae. Eventus felici cum exitu a Congregatione de Causis Sanctorum est vestigatus, atque die XXVI mensis Martii anno MCMXCIX Nobis coram Decretum super miro prodiit. Patribus Cardinalibus et Episcopis consentientibus, qui in Consistorio die II mensis Iulii anno MCMXCIX rogati sunt sententiam, statuimus ut Canonizationis ritus die xxi mensis Novembris eiusdem anni Romae celebraretur.

Hodie igitur in Basilica Petriana, inter sacra hanc elocuti sumus Canonizationis formulam: Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Cyrillum Bertrandum et VIII Socios necnon Innocentium ab Immaculata, Benedictum Menni et Thomam a Cori Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime officientibus rebus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vicesimo primo mensis Novembris anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo nono, Pontificatus Nostri altero et vicesimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco 83 Plumbi
In Secret, Status tab., n. 469.196

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Mariano ab Arce Casali Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Nonne Deus elegit, qui pauperes sunt mundo, divites in fide et heredes regni, quod repromisit diligentibus se? » *(Iac* 2, 5).

Pauper quidem et humilis, at fidei caritatisque locuples frater Marianus ab Arce Casali vixit et ad Evangelii monita operatus est. Christi germanus discipulus fratres pauperes indigentesque iuvit eosque est solatus atque per ipsum panem lucem eorum animabus eorumque cordibus solacium dedit, verba Christi illa re tenens: «mihi fecistis» *(Mt* 25, 40). Sic agendo, pauper ipse repromissum Regnum adeptus est. Spectabilis hic sancti Francisci Asisiensis assecla, die xiv mensis Ianuarii anno MDCCLXXVIII Arce Casali, in Sulmonensi dioecesi, Gabriele Di Nicolantonio ac Sancta D'Arcangelo parentibus, pauperibus agricolis pastoribusque, ortus est eique apud baptismatis fontem nomen Dominicum indiderunt. Puer et adulescens rusticam rem ac potissimum pastoris opus Morronensi in monte exercuit. In rerum natura et solitudine vitam exigens, suam cum Deo coniunctionem roboravit atque animum ad meditandum silendumque conformavit. Cum se ad vitam consecratam vocari animadvertit, penitus Christum sequi statuit, xxiv annos natus ut frater laicus vestimentum Fratrum Minorum in claustro Aurischiae induit eique nomen Marianum dederunt Anno MDCCCIII, postquam novitiatum explevit, Christo per Vota religiosa se consecravit. Precando et operando vitam duxit. Fideliter et accurate complura gessit munera videlicet fabri lignarii, hortulani, coqui, ianuarii, sibi demandata. Cum autem perfectiorem vitam concupisceret, xii post annos licentiam Recessum sancti Francisci Bellegrae petendi obtinuit, qui regulari severaque vita enitebat, quem alii Franciscales collustrarunt. Paulo post quam advenit, ianitoris obtinuit officium, quod, ut esset locus ille frequentissimus, prudentiae caritatisque spectabiles secum ferebat dotes. Clavem de Franciscali funículo pendentem frater Marianus **XL** annos gestavit ipsaque instrumentum fuit sanctitatis. Sic ille diutinam reliquam vitam transegit in austeritate, in producta nocturnaque precatione, in Regulae fideli observantia atque erga fratres

eosque cunctos qui claustri ianuam pulsabant, prompte, quiete humaniterque inserviendo. Omnibus ianuam reseravit, amicis scilicet, benefactoribus, peregrinis, pauperibus. Iis universis eius erat Franciscalis locutio « Pax et Bonum », atque in pauperibus, esurientibus, sitientibus, patientibus adesse Christum cum sciret, omnes suscipiebat eosque fidei veritatem docebat, quibuscum orabat et eorum corpus deinceps curabat, ea praebendo quae postulabatur. Singulorum aerumnas audiebat et communicabat, quas exinde Domino eucharisticae adorationis diuturno tempore exhibebat. Multa quoque passus est, quia in eum maledicta minaeque haud semel ingessa sunt, at fidelis sancti Francisci sectatur minaces homines et vastos mansuefecit. Haec omnia ipse per fidem, caritatem prolixamque precem sustinebat. Peculiarem in modum Iesu Passionem, Virginem Mariam ac potissimum sacram Eucharistiam coluit, quibus virtutibus omnibus fuit exemplo. Multos per annos una cum venerabili Servo Dei Francisco a Ghisone vixit, cum eodem sanctitatis desiderio, eadem deditione ac sacrificio, eadem paenitentia tenerentur. Gravi morbo correptus, aequo quietoque animo mortem sororem oppertus est, quae die xxxi mensis Maii anno MDCCCLXVI occurrit, ipsa obveniente Sanctissimi Corporis et Sanguinis Christi sollemnitate. Sanctitatis eius opinio, quae eum vivum affecit, progrediente tempore crevit. Beatificationis canonizationisque Causa incohata est, quae apud S. Congregationem Rituum anno MDCCCXCV inducta est. Die III mensis Maii anno MCMXXIII Decessor Noster Pius XI declaravit Dei Servum virtutes heroum in modum exercuisse. Exinde Nobis coram die vi mensis Aprilis anno MCMXCVIII, Decretum super miro, eius intercessioni adscripto, prodiit. Statuimus ideo ut sollemnis Beatificationis ritus Romae una simul cum Fratre Didaco Oddi, qui Franciscalis sodalis in eodem recessu Beilegrae fuit, ageretur.

Hodie igitur in Petriano Foro, inter sacra hanc elocuti sumus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Iacobi Cardinalis Biffi, Archiepiscopi Bononiensis, Arturi Luysterman, Episcopi Gandavensis, Iulii Sanguineti, Episcopi Brixiensis, Mauri Meacci, Abbatis Ordinarii Sublacensis, et Ottorini Petri Alberti, Archiepiscopi Calaritani, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ferdinandus Maria Baccilieri, Eduardus Ioannes Maria Poppe, Archangelus Tadini, Marianus ab Arce Casali, Didacus Oddi et Nicolaus a Gesturi Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Ferdinandi Mariae Baccilieri die prima Iulii, Eduardi

Ioannis Mariae Poppe die decima Iunii, Archangeli Tadini die vicesima prima Maii, Mariani ab Arce Casali die trigesima Maii, Didaci Oddi die sexta Iunii et Nicolai a Gesturi die octava Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime efficientibus rebus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die tertio mensis Octobris anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo nono, Pontificatus Nostri altero et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
£8 ANGELUS card. SODANO

Loco 8B Sigilli
In Secret. Status tab., n. 465.827

II

Venerabili Dei Servae Annae Rosae Gattorno Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Ego, si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum » *(Io* 12, 32). Sic Ioannes suo in Evangelio Iesu mysterium significat qui se penitus ad Patrem obtulit. Quae res funditus adimpletur si quis plane amore implicatur.

Anna Rosa Gattorno Patris rationem agendi per gratiam detexit eidemque sese omnino accommodavit. « Mi Bone, quomodo agere possum, ut mundus totus te diligat? ». Id factum est cum se ipsa totam Domino offerret: «Mea dilectio! adhibe me veluti miserum instrumentum, ut fides refoveatur ac peccatores ad conversionem incitentur». Studiosus hic eius animae impetus in dies factus est praestabilior status eius vitae, quae, succedentibus annis, rebus humanis affecta, verticem plenae immolationis in Patris gloriam ac delectamentum attigit, peccatores se converterent omnesque homines sanctificarentur. Rosa Gattorno die xiv mensis Octobris anno MDCCCXXXI Ianuae, Francisco et Adelaide Campanella parentibus, orta est ex familia scilicet altioris ordinis solidaeque christianae disciplinae. Eodem die Baptismi fonte expiata est atque anno MDCCCXLIII confirmationis sacramentum suscepit. Intra familiae fines ad illius temporis consuetudinem institu-

ta, indolem sensibilem, amabilem, ad caritatem pietatemque patentem, sed firmam mox ostendit, ut principiis difficilis illius aetatis, clericatui adversis, obsisteret. xxi annos nata, die v mensis Novembris anno MDCCCLII consobrino Hieronymo Custo nupsit, ex quo tres liberi nati sunt, sed sex post annis vidua facta est. Maxima nata, infans, surda mutaque est facta et minimus natu, continuo postquam pater mortuus est et ipse interiit. Complures gravesque difficultates, quae in eam coniugem et matrem irruerunt, graviter ipsam affecerunt. Sed dolens Rosa Gattorno spiritus vim reciperavit; sic precatione ac sacra Eucharistia quotidie recepta, sustentata, Iesum cruci affixum contemplans, animadvertit se singulari fidei amorisque impulsu ad eum persequendum vocari, cum se totam Eo offerret atque aegritudines et aerumnas multorum fratrum participaret, pro quibus eximia caritate usque elaboravit, minime filiolorum neglectis officiis. Cum praesideret « Piae Consociationi Filiarum Mariae Immaculatae, novarum Ursulinarum », quam ei tradidit Iosephus Frassinetti sacerdos, archiepiscopo Charvaz plane consentiente, varias nimirum caritatis Consociationes coluit, a quibus propter sui donationem et interiores divitias quaerebatur. A confessario directa, sustentata ab Archiepiscopi impellenti cohortatione, ac potissimum Venerabili Pio IX, praestabiliter suadenti, studiose obtemperans, Placentiae die VIII mensis Decembris anno MDCCCLXVI Congregationem Filiarum a Sancta Anna condidit, impulsum adimplens receptum. Die xxvi mensis Iulii anno MDCCCLXVII religiosum vestimentum induit, civilibus quaestionibus solutis, atque vota religiosa anno MDCCCLXX nuncupavit. Compluribus aegritudinibus spiritalibusque vicissitudinibus superatis, iacturam simul faciens naturalium vinculorum matrisque usque amabilis, perstudiose sese « Dei Operae » addixit, cum se Providentiae devoveret atque animoso caritatis impulsu concitaretur, exoptans usque ut Iesu in dolentibus membris hominumque vulneribus dumtaxat inserviret atque Amoris nuntium quovis gentium exhibens qui salvat ac omnium cordium curat vulnera. Sensu illo ac materna sollicitudine, quibus peculiariter locupletabatur, ad omne genus paupertatis humanaeque aegritudinis accessit, cum se parvulis, pauperibus, infirmis, senibus, inermibus, iuvenibus ad pericula proiectis, penitus devoveret. Ipsius animarum salutis Evangelii diffundendi studium finibus quibusdam coerceri non potuit, sic eius Institutum mox idemque in totam Italiam, in Boliviani, Brasiliam, Chiliam, Peruviam, Erythraeam, Galliam et Hispaniam, productum est. Ea monente tria milia et quingentae sorores numerabantur. Anna Rosa Gattorno Romae die vi mensis Maii anno **MCM** supremum vitae diem

egit, spectabili sanctitatis fama perfulsa, quam complura eius intercessioni adscripta confirmaverunt beneficia. Beatificationis Causa anno MCMXII apud Vicariatum Urbis incollata est. Cunctis absolutis rite rebus, die xxi mensis Decembris anno MCMXCVIII NOS declaravimus Ipsi Dei Servam virtutes heroum in modum exercuisse. Postea Congregatio de Causis Sanctorum felici cum exitu sanationem prodigiosam vestigavit, quae intercessioni Matris Rosae Gattorno adscripta est. Decretum super miraculo die xxvni mensis Iunii anno MCMXCIX coram Nobis prodiit. Statuimus igitur ut Beatificationis ritus die **IX** mensis Aprilis iubilaris anni bismillesimi celebraretur.

Hodie igitur in foro Petriano, inter Missarum sollemnia formulam hanc protulimus:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Iairi Jaramillo Monsalve, Episcopi Sanctae Rosae de Osos, Francisci Bible Schulte, Archiepiscopi Novae Aureliae, Camilli Cardinalis Ruini, Vicarii Nostri pro Romana dioecesi, et Iacobi Pazhayattil, Episcopi Irinialakudensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Marianus a Iesu Euse Hoyos, Franciscus Xaverius Seelos, Anna Rosa Gattorno, Maria Elisabeth Hesselblad et Maria Teresia Chiramel Mankidiyan Beatorum nomine ih posterum appellentur eorumque festum: Mariani a Iesu Euse Hoyos die decima tertia Iulii, Francisci Xaverii Seelos die quinta Octobris, Annae Rosae Gattorno die sexta Maii, Mariae Elisabeth Hesselblad die quarta Iunii et Mariae Teresiae Chiramel Mankidiyan die sexta Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Placet omnino caritatem ac liberalitatem insignis huius mulieris extollere, quae sua opera luculenter in familiam atque in pauperes humiliorisque ordinis homines contulit, ob oculos Evangelii usque monitionibus habitis. Exoptamus igitur ut huius caelitis testificationibus incitati homines qui nunc sunt idem patrare contendant.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et posthac rata et firma volumus esse, contrariis rebus minime obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Aprilis, anno **MM**, Pontificatus Nostri altero et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 480.669

III

Venerabili Dei Servo Mariano a Iesu Euse Hoyos Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quod perierat, requiram, quod eiectum erat, reducam *(Ez* 34, 16).

In Christo Iesu quae antiquitus sunt repromissa adimplentur. Ipse namque bonus est pastor, quem Deus misit ut deperditos homines ad Patris domum referret (cfr *Lc* 15, 4-7). Divini Redemptoris missio in apostolorum opera producitur, qui missi sunt mundum ad evangelizandum. Venerabilis Dei Servus Marianus a Iesu Euse Hoyos, humiliter ac studiose simul ipsam Christi missionem in se recepit atque apostolorum exempla sectans, animosus atque pastorali caritate incitatus, ministerium suum sacerdotale absolvit. In oppido *Yuramal* Antioquiensis dioecesis in Columbia die xiv mensis Octobris anno MDCCCXLV Petro Iosepho Euse Bustamante et Rosalia de Hoyos Echeverri parentibus natus est, ex quibus pientissimis primam humanam christianamque institutionem necnon operis amorem recepit. Familia ipsa agrestis et christiana effecit ut ad sacerdotium is alliceretur. Sollicitudini commissus est avunculi Firmini Hoyos, parochi scilicet Girardotae, quo duce se ad presbyteratum comparavit. Anno MDCCCLXIX in Medellense seminarium ingressus est, ubi acriter ac studiose se ad sacerdotium paravit, quo die xiv mensis Iulii anno MDCCCLXXII auctus est. Primum adiutor fuit avunculi in paroecia Sancti Petri Girardotae, anno vero MDCCCLXXVI, coadiutor Angosturae, ubi anno MDCCCLXXXII parochus renuntiatus est. Cotidie homines conveniens pauperes et indigentes, eosdem evangelizare ac in corporis spiritusque profectum iuvare studuit (cfr *Me* 6, 34). Non sine incommodis et aerumnis **L** fere annos paroeciae huic humili se devovit, ad Dei gloriam animarumque bonum impigre operando. Evangelium verbo nuntiavit itemque Christum per continuatum fratrum famulatum est testatus. Eandem quam ceteri homines egit vitam: familias invisebat, dum singulorum angores laetitiasque participabat. Peculiarem in modum aegrotos pauperesque adamavit, quos « Christi nobiles » vocare solebat. Pueros iuvenesque praestabiliter docuit et instituit. Agrícolas potissimum dilexit, quorum operam adulescens communicavit. Multum temporis ad reconciliationis spiritalisque moderationis ministerium sacerdos et parochus contulit, quod ministerium

precatio vitaeque rigor sustentabant. Solida fides, quae in vita proximo addicta innitebatur, usque eum duxit. Dei iuvantis, providentis, miserentisque fidens operatus est. In Christo caritatem agens, suam ipsius sanctificationem affectavit, qui in proximo, potissimum patiente, agnoscitur atque humiliter amabiliterque iuvatur. Maxime sacram Eucharistiam et Virginem Mariam coluit. « Agrestis » voluit esse sacerdos, humilis usque et simplex. Pauper castusque Ecclesiae eiusque Magisterio oboediens fuit. Pie die xn mensis Iulii anno MCMXXVI morte occubuit. Sanctitatis opinio, quam vivus obtinuit, magis in dies increbruit. Sanctae Rosae de Osos Episcopus anno MCMLXXXII beatificationis canonizationis Causam incohavit. Die III mensis Martii anno MCMXC NOS declaravimus Ipsi Dei Servum virtutes heroum in modum exercuisse. Exinde Nobis coram die xxvi mensis Martii anno MCMXCIX Decretum super miraculo, eiusdem intercessioni adscripto, prodiit. Statuimus igitur ut sollemnis beatificationis ritus die ix mensis Aprilis iubilaris anni **MM** Romae celebraretur.

Hodie igitur in foro Petriano, inter Missarum sollemnia formulam hanc protulimus:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Iairi Jamarillo Monsalve, Episcopi Sanctae Rosae de Osos, Francisci Bible Schulte, Archiepiscopi Novae Aureliae, Camilli Cardinalis Ruini, Vicarii Nostri pro Romana dioecesi, et Iacobi Pazhayattil, Episcopi Irinialakudensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem opportunam facimus ut Venerabiles Servi Dei Marianus a Iesu Euse Hoyos, Franciscus Xaverius Seelos, Anna Rosa Gattorno, Maria Elisabeth Hesselblad et Maria Teresia Chiramel Mankidiyan Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Mariani a Iesu Euse Hoyos die decima tertia Iulii, Francisci Xaverii Seelos die quinta Octobris, Annae Rosae Gattorno die sexta Maii, Mariae Elisabeth Hesselblad die quarta Iunii et Mariae Teresiae Chiramel Mankidiyan die sexta Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Coram omnibus hominibus fulgens habetur exemplar praeclarus hic vir sacerque minister, qui totam suam exegit vitam ad Dei hominumque profectum naviter operando, quique humilioris ordinis potissimum dilexit cives atque inter ipsos continenter amabiliterque versatus est, salutifera Domini dona et Evangelii monitiones exhibens cunctis.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et posthac rata et firma volumus esse, contrariis rebus minime obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Aprilis, anno **MM**, Pontificatus Nostri altero et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
83 ANGELUS card. **SODANO**

Loco ES Sigilli
In Secret.. Status tab., n.. 480,882

PACTIO

cooperationis inter Sanctam Sedem et Unitatis Africanae Institutionem.

COOPERATION AGREEMENT BETWEEN THE ORGANIZATION OF AFRICAN UNITY (OAU) AND THE HOLY SEE

The Organization of African Unity (the "OAU") and the Holy See, hereinafter referred to as the "two Parties".

Whereas the OAU was established with a view to, *inter alia,* coordinating and intensifying coopération among its Member States, fostering international coopération in conformity with its own Charter, the UN Charter and the Universal Déclaration on Human Rights, and to that end, to coordinate and harmonize the policies of Member States in certain specific fields;

Whereas the Treaty establishing the African Economie Community stipulâtes that the objectives of the Community, which constitutes an integral part of the OAU, shall be, *inter alia,* to promote coopération in ali fields of human endeavour in order to raise the standard of living of African peoples, and maintain and enhance economie stability, foster close and peaceful relations among Member States and contribute to the progress, development and the economie integration of the continent.

Considering that the Holy See has been making significant contributions to the cause of peace, liberty and justice in Africa and that it wishes to improve and strengthen its coopération with the OAU in these areas;

Hereby agrée as follows:

Article I

Cooperation and Consultations

In order to facilitate the actual realization of the objectives outlined in the basic legal instruments of their respective entities, the OAU and the Holy See shall agree to cooperate closely and to engage in regular consultations on matters of mutual interest such as éducation, health, human rights and social affairs.

Artide II

Attendance of Meetings/Conferences

1. Subject to procédures in force at the OAU, the Holy See may be invited as observer at meetings organised by the OAU on matters of interest to the Holy See.

2. Subject to procédures in force at the Holy See, the OAU may be invited to participate as observer at meetings organised by the Holy See on matters of interest to the OAU.

Article III

Organization of Meeting/Conferences

1. The OAU and the Holy See may, if need be, agree to organise joint meetings on matters of mutuai interest under their auspices and in conformity with modalities stipulated for each specific case.

2. The modalities of such coopération and participation shall be subject to agreement between the two Parties.

Article IV

Joint Activities

On the basis of modalities jointly agreed upon, the OAU and the Holy See may undertake to carry out joint activities with a view to achieving their common objectives. The said modalities shall specify the type of participation in such joint activities as well as the financial commitments, if any, that might be entered into by each of the two Parties.

Article V
Technical Cooperation

Within the framework of their coopération and regular consultations, the OAU and the Holy See shall extend mutuai assistance to each other through, *inter alia,* the exchange of views and technical studies on matters of mutuai interest. Such coopération may also include material and fìnancial assistance.

Artide VI
Exchange of Information and Documents

Subject to any agreement or arrangement which may subsequently be adopted with a view to safeguarding the confidentiality of certain documents and information, the OAU and the Holy See may exchange information and documents on matters of mutual interest.

Artide VII
Consultation on Programmes

When one of the two Parties embarks on a programme or activity in an area of interest to the other Party, information may be exchanged on the matter and consultations undertaken with a view to ensuring maximum harmonization of their efforts and avoiding duplication.

Artide VIII
Entry into Force - Amendment - Termination

1. This Agreement shall come into force on the date it is signed by the duly authorized représentatives of the two Parties. Each Party shall take the necessary administrative measures required for the implementation of the Agreement.

2. This Agreement may be amended by mutuai consent of the two Parties, provided the Party seeking the amendment notifies the other in writing of the proposed amendment,. The amendment shall come into force once it is approved by the two Parties.

3. This Agreement may be terminated by either Party which shall then notify the other Party of its décision in writing. The Agreement shall cease to exist ninety (90) days following the date of the notification. However,

after the termination of the Agreement, both Parties shall still be bound to honour any outstanding obligations incumbent on them as provided in the Agreement.

In witness whereof, the duly authorized représentatives of the General Secrétariat of the OAU and of the Holy See have hereby signed the présent Agreement in two copies, in French and English, both texts being equally authentic.

Done at Addis Ababa this Nineteenth day of October Two Thousand.

For the Organization of African Unity
Salim AHMED SALIM
Secretary General

For the Holy See
Archbishop SILVANO TOMASI, es.
Apostolic Nuncio

Quemadmodum ibidem in art. VIII n. 1 praecipitur, haec Pactio eodem die quo subsignata est vigere coepit, quod Neanihopolitana in urbe die XIX mensis Octobris anno M M contigit.

ALLOCUTIONES

I

Ad oratores populares legibus ferendis ex Europa congregatos.*

Madame la Présidente du Parlement européen,
Mesdames et Messieurs les Présidents
des Parlements de l'Union européenne,

1. Je suis heureux de vous souhaiter la bienvenue ici au Vatican, en ce lieu qui a été associé depuis les origines aux grandes étapes de la vie du continent européen. Je salue avec déférence monsieur le sénateur Nicolas Mancino, Président du Sénat italien, qui s'est fait votre interprète, et je le remercie des aimables paroles qu'il a prononcées en votre nom.

Votre Conférence est une manifestation hautement significative du processus d'union européenne qui, ces dernières années, a connu de nouvelles avancées. En ce siècle qui s'achève, nous n'avons pas manqué, mes prédécesseurs et moi-même, de donner notre appui à la réalisation du grand projet de rapprochement et de coopération des Etats et des peuples de l'Europe.

* Die 23 Septembris 2000..

2. Vous-mêmes qui présidez aux instances législatives représentatives de vos peuples, vous êtes témoins de la convergence étroite qui se manifeste entre les intérêts de vos pays respectifs et ceux de l'unité plus vaste que forme l'Europe. J'observe avec satisfaction que l'Union souhaite accueillir de nouveaux Etats membres et qu'elle adopte une attitude d'ouverture et de flexibilité face à l'avenir. L'union européenne demeure un chantier créatif, et c'est la meilleure garantie de sa réussite pour le plus grand bien de ses citoyens, dont elle s'engage à préserver la diversité culturelle, et en même temps à garantir les valeurs et les principes auxquels les pères fondateurs étaient attachés et qui constituent leur patrimoine commun.

Selon le génie qui lui est propre, l'Union européenne a déjà développé des institutions communes, en particulier un système de contrepoids des pouvoirs de contrôle qui sont une garantie pour la démocratie. L'heure est probablement venue maintenant de faire la synthèse de ces acquis en une construction à la fois simplifiée et plus vigoureuse. L'Union européenne saura certainement trouver la formule juste pour satisfaire les aspirations de ses citoyens et assurer le service du bien commun.

3. Dans l'enseignement social de l'Eglise catholique, puisé dans la révélation biblique et le droit naturel, la notion de bien commun s'étend à tous les niveaux où la société humaine s'organise. Il y a un bien commun national, au service duquel les institutions des Etats sont placées. Mais il y a aussi — qui pourrait le nier à l'heure de la compénétration des économies et des échanges en Europe et plus largement dans le monde? — un bien commun continental et même universel. L'Europe est en train de prendre de mieux en mieux conscience des dimensions du bien commun européen, c'est-à-dire de l'ensemble des initiatives et des valeurs que les pays européens doivent poursuivre et défendre conjointement s'ils veulent répondre de manière appropriée aux besoins de leurs concitoyens.

Si l'Union européenne devait passer au stade d'une constitution formelle, elle sera amenée à faire un choix sur le type de système qu'elle entend privilégier. Entre les différents systèmes, des aménagements sont possibles. L'Eglise pense que les systèmes de gouvernement relèvent du génie des peuples, de leur histoire et de leurs projets. Elle souligne toutefois que tous les systèmes doivent avoir pour objectif le service du bien commun. En outre, tout système, résistant à la tentation de se renfermer égoïstement sur soi, doit être ouvert aussi à d'autres Etats du continent qui dé-

sirent collaborer avec cette union européenne, de façon qu'elle soit le plus large possible.

Je ne peux que me réjouir de voir invoqué, de plus en plus, le fécond principe de subsidiante. Lancé par mon prédécesseur Pie XI dans sa célèbre encyclique *Quadragesimo anno* en 1931, ce principe est l'un des piliers de toute la doctrine sociale de l'Eglise. Il est une invitation à répartir les compétences entre les différents niveaux d'organisation politique d'une communauté donnée, par exemple régional, national, européen, en ne transférant aux niveaux supérieurs que celles auxquelles les niveaux inférieurs ne sont pas en mesure de faire face pour le service du bien commun.

4. La sauvegarde des droits de l'homme fait partie des exigences imprescriptibles du bien commun. L'Union européenne s'est engagée dans la rude tâche de rédiger une « Charte des droits fondamentaux », dans un esprit d'ouverture et d'attention aux suggestions des associations et des citoyens. Déjà en 1950, les pays fondateurs du Conseil de l'Europe avaient adopté la Convention de sauvegarde des droits de l'homme et des libertés fondamentales, suivie en 1961 de la Charte sociale européenne. Les déclarations de droits délimitent en quelque sorte le domaine intouchable dont la société a conscience qu'il ne peut être soumis aux jeux des pouvoirs humains. Bien plus, le pouvoir reconnaît qu'il est constitué pour sauvegarder ce domaine, qui a pour centre de gravité la personne humaine. Ainsi, la société reconnaît qu'elle est au service de la personne dans ses aspirations naturelles à se réaliser comme être personnel et social à la fois. Ces aspirations inscrites dans sa nature constituent autant de droits inhérents à la personne, comme le droit à la vie, à l'intégrité physique et psychique, à la liberté de conscience, de pensée et de religion.

En adoptant cette nouvelle Charte — quelle que soit sa future qualification —, l'Union européenne ne devra pas oublier qu'elle est le berceau des idées de personne et de liberté, et que ces idées lui sont venues de sa longue imprégnation par le christianisme. Selon la pensée de l'Eglise, la personne est inséparable de la société humaine dans laquelle elle se développe. En créant l'homme, Dieu l'a inséré dans un ordre de relations qui lui permettent de réaliser son être. Cet ordre, nous l'appelons l'ordre naturel, qu'il appartient à la raison d'explorer de manière toujours plus explicite. Les droits de l'homme ne peuvent être des revendications contre la nature même de l'homme. Ils ne peuvent qu'en découler.

5. Puisse l'Union européenne connaître comme un nouveau sursaut d'humanité! Qu'elle sache dégager le consensus nécessaire pour inscrire parmi ses plus hauts idéaux la protection de la vie, le respect de l'autre, le service mutuel et une fraternité sans exclusion. Chaque fois que l'Europe puise dans ses racines chrétiennes les grands principes de sa vision du monde, elle sait qu'elle peut aborder son avenir avec sérénité.

Sur vous-mêmes, sur vos familles, sur les peuples et sur les Nations que vous représentez, j'invoque de grand cœur la Bénédiction du Tout-Puissant.

II

Ad eos qui conventui mariologico-mariano interfuerunt.*

Carissimi fratelli e sorelle!

1. «Preso un bambino, lo pose in mezzo».[1] Questo singolare gesto di Gesù, ricordato dal Vangelo or ora proclamato, viene subito dopo il monito col quale il Maestro aveva esortato i discepoli a desiderare non il primato del potere, ma quello del servizio. Un insegnamento che dovette pungere sul vivo i Dodici, che avevano appena « discusso tra loro chi fosse il più grande ».[2] Si direbbe che il Maestro sentisse il bisogno di illustrare un insegnamento così impegnativo con l'eloquenza di un gesto ricco di tenerezza. A un bambino, che — secondo i parametri dell'epoca — non contava nulla, egli donò il suo abbraccio e quasi si identificò con lui: « Chi accoglie uno di questi bambini nel mio nome, accoglie me ».[3]

In questa Eucaristia, che conclude il XX Congresso internazionale mariologico-mariano ed il Giubileo mondiale dei santuari mariani, mi piace assumere come prospettiva di riflessione proprio questa singolare icona evangelica. In essa emerge, prima ancora che un insegnamento morale, un'indicazione cristologica e, indirettamente, un'indicazione mariana.

Nell'abbraccio al bambino, Cristo rivela innanzitutto la delicatezza del suo cuore, capace di tutte le vibrazioni della sensibilità e dell'affetto. C'è innanzitutto la tenerezza del Padre, che dall'eterno, nello Spirito Santo, lo

* Die 24 Septembris 2000

[1] *Me* 9, 36.

[2] ***Ibid.,*** 9, 34,

[3] ***Ibid.,*** 9, 37,

ama e nel suo volto umano vede il « Figlio prediletto » in cui si compiace/ C'è poi la tenerezza tutta femminile e materna di cui lo ha circondato Maria nei lunghi anni trascorsi nella casa di Nazaret. La tradizione cristiana, soprattutto nel Medio Evo, si è soffermata spesso a contemplare la Vergine che abbraccia il bambino Gesù. Aelredo di Rievaulx, ad esempio, si rivolge affettuosamente a Maria invitandola ad abbracciare il Figlio che, dopo tre giorni, ha ritrovato nel tempio:[5] « Stringi, dolcissima Signora, stringi Colui che tu ami, gettati al suo collo, abbraccialo e bacialo e compensa i tre giorni della sua assenza con moltiplicate delizie ».[6]

2. « Se uno vuol essere il primo, sia l'ultimo di tutti e il servo di tutti ».[7] Nell'icona dell'abbraccio al bimbo emerge tutto il vigore di questo principio, che nella persona di Gesù, e poi anche in Maria, trova la sua realizzazione esemplare.

Nessuno può dire come Gesù di essere il « primo ». Egli infatti è il « primo e l'ultimo », « l'alfa e l'omega »,[8] l'irradiazione della gloria del Padre.[9] A lui, nella risurrezione, è stato dato « il nome che è al di sopra di ogni altro nome ».[10] Ma egli si è mostrato anche, nella Passione, « l'ultimo di tutti », e quale « servo di tutti » non ha esitato a lavare i piedi ai suoi discepoli.[11]

Quanto da vicino, in questo abbassamento, lo segue Maria! Ella, che ha avuto la missione della divina maternità e gli eccezionali privilegi che la pongono al di sopra di ogni altra creatura, si sente innanzitutto, l'Ancella del Signore,[12] e si dedica totalmente al servizio del Figlio divino. E si fa anche, con pronta disponibilità, « serva » dei fratelli, come alcuni episodi evangelici — dalla Visitazione alle nozze di Cana — ci fanno ben intravedere.

3. Per questo, il principio enunciato da Gesù nel Vangelo, illumina anche la grandezza di Maria. Il suo « primato » è radicato nella sua « umiltà ». Proprio in questa umiltà è stata raggiunta da Dio che l'ha colmata dei suoi favori facendone la « kecharitomene », la piena di grazia.[13] Ella stessa confes-

[4] Cfr *Me* 1, 11; 9, 7.
[5] Cfr *Lc* 2, 40-50.
[6] *De Iesu puero duodenni,* 8: SCh 60, p,. 64.
[7] *Me* 1, 35.
[8] Cfr *Ap* 22, 13,
[9] Cfr *Ebl,3.*
[10] *Fil* 2, 9,,
[11] Cfr *Qv* 13, 14.
[12] *Lc* 1, 38.48.
[13] *Ibid* , 1, 28.

sa nel Magnificat: « Ha guardato all'umiltà della sua serva... Grandi cose ha fatto in me l'Onnipotente».[14]

Nel Congresso mariologico che si è appena svolto, voi avete fissato lo sguardo sulle « grandi cose » operate in Maria, considerandone la dimensione più interiore e profonda, quella del suo specialissimo rapporto con la Trinità. Se Maria è la *Theotokos,* la madre dell'Unigenito di Dio, come stupirsi che goda di un rapporto del tutto unico anche con il Padre e lo Spirito Santo?

Questo rapporto certo non la sottrasse, nella sua vita terrena, alla fatica della condizione umana: Maria visse in pieno la realtà quotidiana di tante umili famiglie del suo tempo, conobbe la povertà, il dolore, la fuga, l'esilio, l'incomprensione. La sua grandezza spirituale non ce la rende dunque « lontana »: Ella ha percorso la nostra strada ed è stata solidale con noi nella «peregrinazione della fede».[15] Ma in questo cammino interiore, Maria coltivò una fedeltà assoluta al disegno di Dio. Proprio nell'abisso di tale fedeltà si radica anche l'abisso di grandezza che la fa «umile e alta più che creatura».[16]

4. Maria si staglia al nostro sguardo innanzitutto come « figlia prediletta »[17] del Padre. Se tutti siamo stati chiamati da Dio « ad essere suoi figli adottivi per opera di Gesù Cristo »,[18] « figli nel Figlio », ciò vale a titolo singolare per lei, che ha il privilegio di poter ripetere con piena verità umana la parola pronunciata da Dio Padre su Gesù: «Tu sei il mio Figlio».[19] Per questo suo compito materno, è stata dotata di una eccezionale santità, nella quale lo sguardo del Padre riposa.

Con la seconda Persona della Trinità, il Verbo fatto carne, Maria ha un rapporto unico, essendo direttamente coinvolta nel mistero dell'Incarnazione. Ella è la Madre, e come tale Cristo la onora e la ama. Al tempo stesso, Ella lo riconosce come suo Dio e Signore, facendosi discepola dal cuore attento e fedele[20] e sua compagna generosa[21] nell'opera della Redenzione. Nel Verbo incarnato e in Maria l'infinita distanza tra il Creatore e la creatura è divenuta somma vicinanza; essi sono lo spazio santo delle misteriose nozze della natura divina con l'umana, il luogo dove la Trinità si manifesta per la

[14] ***Lc*** 1, 48-49.
[15] ***Lumen gentium,*** 58.
[16] Dante, ***Par.*** XXXIII, 2.
[17] ***Lumen gentium,*** 53.
[18] Cfr ***Ef 1,*** 5.
[19] Cfr ***Lc*** 3, 22; 2, 48.
[20] Cfr ***ibid.,*** 2, 19.51.
[21] ***Lumen gentium,*** 61.

prima volta e dove Maria rappresenta l'umanità nuova, pronta a riprendere, in obbediente amore, il dialogo dell'alleanza.

5. Che dire poi del suo rapporto con lo Spirito Santo? Maria è il « sacrario » purissimo, in cui Egli inabita. La tradizione cristiana ravvisa in Maria il prototipo della risposta docile alla mozione interiore dello Spirito, il modello dell'accoglienza piena dei suoi doni. Lo Spirito sostiene la sua fede, ne rinsalda la speranza, ne ravviva la fiamma dell'amore. Lo Spirito rende feconda la sua verginità e ispira il suo cantico di gioia. Lo Spirito illumina la sua meditazione sulla Parola, aprendole progressivamente l'intelligenza alla comprensione della missione del Figlio. E ancora lo Spirito a sorreggere il suo animo affranto sul Calvario e a prepararla, nell'attesa orante del Cenacolo, a ricevere la piena effusione dei doni della Pentecoste.

6. Carissimi fratelli e sorelle! Di fronte a questo mistero di grazia, si vede bene quanto siano stati appropriati all'anno giubilare i due eventi che in questa celebrazione eucaristica si concludono: il Congresso internazionale mariologico-mariano e il Giubileo mondiale dei santuari mariani. Non celebriamo forse i duemila anni della nascita di Cristo? E dunque naturale che il Giubileo del Figlio sia anche il Giubileo della Madre!

C'è perciò da augurarsi che, tra i frutti di questo anno di grazia, accanto a quello di un più forte amore per Cristo, ci sia anche quello di una rinnovata pietà mariana. Sì, Maria deve essere molto amata e onorata, ma con una devozione che, per essere autentica: dev'essere ben fondata sulla Scrittura e sulla Tradizione, valorizzando innanzitutto la liturgia e traendo da essa sicuro orientamento per le manifestazioni più spontanee della religiosità popolare; deve esprimersi nello sforzo di imitare la Tuttasanta in un cammino di perfezione personale; dev'essere lontana da ogni forma di superstizione e vana credulità, accogliendo nel giusto senso, in sintonia con il discernimento ecclesiale, le manifestazioni straordinarie con cui la Beata Vergine ama non di rado concedersi per il bene del popolo di Dio; dev'essere capace di risalire sempre alla sorgente della grandezza di Maria, facendosi incessante Magnificat di lode al Padre, al Figlio e allo Spirito Santo.

7. Carissimi fratelli e sorelle! « Chi accoglie uno di questi piccoli nel mio nome, accoglie me », ci ha detto Gesù nel Vangelo. A maggior ragione po-

trebbe dirci: « Chi accoglie mia Madre, accoglie me ». E Maria, da parte sua, accolta con amore filiale, ancora una volta ci addita il Figlio come fece alle nozze di Cana: « Fate quello che vi dirà ».[22]

Sia questa, carissimi, la consegna dell'odierna celebrazione giubilare, che unisce in un'unica lode Cristo e la sua Madre santissima. Auspico che ciascuno di voi ne riceva abbondanti frutti spirituali e sia incoraggiato a un autentico rinnovamento di vita. *Ad Iesum per Mariam!*

Amen.

III

Ad episcopos Romae congregatos.*

1. «Donaci, o Dio, la sapienza del cuore».[1]

Oggi Piazza San Pietro è simile a un grande cenacolo: essa ospita, infatti, Vescovi di ogni parte del mondo, venuti a Roma per celebrare il loro Giubileo. La memoria dell'apostolo Pietro, evocata dalla sua tomba sotto l'altare della grande Basilica Vaticana, invita a tornare spiritualmente alla prima sede del Collegio apostolico, a quel Cenacolo di Gerusalemme, dove ho avuto recentemente la gioia di celebrare l'Eucaristia, durante il mio pellegrinaggio in Terra Santa.

Un ponte ideale, che valica secoli e continenti, congiunge oggi il Cenacolo a questa Piazza, nella quale si sono dati appuntamento coloro che, nell'Anno Santo 2000, sono i successori di quei primi Apostoli di Cristo. A tutti voi, carissimi e venerati fratelli, giunga il mio abbraccio cordiale, che estendo con pari affetto a quanti non hanno potuto venire ma sono spiritualmente uniti a noi dalle loro sedi.

Insieme facciamo nostra l'invocazione del Salmo: « Donaci, o Dio, la sapienza del cuore ». In questa « *sapientia cordis* », che è dono di Dio, possiamo riassumere il frutto della nostra convocazione giubilare. Essa consiste nell'interiore conformazione a Cristo, Sapienza del Padre, mediante l'azione dello Spirito Santo. Per ottenere tale dono, indispensabile per il buon governo della Chiesa, noi, i Pastori, dobbiamo passare per

[22] ***Gv*** 2, 5.

* Die 8 Octobris 2000.

[1] ***Sal. resp.***

primi attraverso di Lui, « porta delle pecore ».[2] Dobbiamo imitare Lui, « buon Pastore »,[3] perché ascoltando noi i fedeli ascoltino Lui, e seguendo noi seguano Lui, unico Salvatore, ieri, oggi e sempre.

2. Dio dona la sapienza del cuore mediante la sua Parola, viva, efficace, capace di mettere a nudo l'intimo dell'uomo — come ci ha detto l'Autore della Lettera agli Ebrei,[4] nel brano appena proclamato. La divina Parola, dopo essere stata rivolta « nei tempi antichi molte volte e in diversi modi ai padri per mezzo dei profeti »,[5] negli ultimi tempi è stata inviata agli uomini nella persona stessa del Figlio.[6]

Noi pastori, in forza del *munus docendi*, siamo chiamati ad essere annunciatori qualificati di questa Parola. « Chi ascolta voi, ascolta me! ».[7] Compito esaltante, ma anche grande responsabilità! Ci è stata affidata una parola viva: dobbiamo dunque annunciarla con la vita, prima che con la bocca. E parola che coincide con la persona di Cristo stesso, il « Verbo fatto carne »:[8] è dunque il volto di Cristo che dobbiamo mostrare agli uomini; la sua croce che dobbiamo annunciare, facendolo con il vigore di Paolo: « Io ritenni di non sapere altro in mezzo a voi, se non Gesù Cristo, e questi crocifisso ».[9]

3. « Ecco, noi abbiamo lasciato tutto e ti abbiamo seguito ».[10] Questa affermazione di Pietro esprime la radicalità della scelta che è richiesta all'apostolo. Una radicalità che si chiarisce alla luce del dialogo esigente, fatto da Gesù con il giovane ricco. Quale condizione per la vita eterna, il Maestro gli aveva additato l'osservanza dei comandamenti. Di fronte al suo desiderio di maggiore perfezione, aveva risposto con uno sguardo di amore e una proposta totalitaria: « Va, vendi quello che hai e dallo ai poveri e avrai un tesoro in cielo; poi vieni e seguimi ».[11] Su questa parola di Cristo calò, come un oscurarsi improvviso del cielo, la tristezza del rifiuto. Fu allora che Gesù pronunciò una delle sue sentenze più severe: « Com'è difficile entrare nel re-

[2] ***Gv*** 10, 7.
[3] ***Ibid.,*** 10, 11.14
[4] Cfr ***Eb*** 4, 12.
[5] ***Ibid.,*** 1,1.
[6] Cfr ***ibid*** , 1, 2.
[7] ***Lc*** 10, 16
[8] ***Gv*** 1, 14.
[9] ***1 Cor*** 2, 2.
[10] ***Me*** 10, 28.
[11] ***Ibid*** , 10, 21

gno di Dio! ».[12] Sentenza che egli stesso, di fronte allo sbigottimento degli apostoli, mitigò, facendo leva sulla potenza di Dio: « Tutto è possibile presso Dio ».[13]

L'intervento di Pietro diventa espressione della grazia con cui Dio trasforma l'uomo e lo rende capace di un dono totale. « Abbiamo lasciato tutto e ti abbiamo seguito».[14] E così che si diventa apostoli. Ed è così che si sperimenta anche l'avverarsi della promessa di Cristo circa il « centuplo »: l'apostolo che ha lasciato tutto per seguire Cristo vive già su questa terra, nonostante le immancabili prove, un'esistenza realizzata e gioiosa.

Come non esprimere in questo momento, venerati Fratelli, la nostra riconoscenza al Signore per il dono della vocazione, dapprima al sacerdozio e poi alla sua pienezza nell'episcopato? Volgendo indietro lo sguardo alle vicende della nostra vita, la commozione ci invade il cuore nel costatare in quanti modi il Signore ci ha dimostrato il suo amore e la sua misericordia. Davvero, «misericordias Domini in aeternum cantabo! ».[15]

4. Il Vescovo, successore degli Apostoli, è uno per il quale Cristo è tutto. Con Paolo egli può ripetere ogni giorno: «Per me vivere è Cristo...».[16] Questo egli deve testimoniare con tutto il suo comportamento. Il Concilio Vaticano II insegna: «I Vescovi devono compiere il loro dovere apostolico come testimoni di Cristo davanti a tutti gli uomini ».[17]

Parlando dei Vescovi come testimoni, non posso non fare memoria, in questa solenne celebrazione giubilare, dei tanti Vescovi che, nell'arco di due millenni, hanno reso a Cristo la suprema testimonianza del martirio, conformandosi al modello apostolico e fecondando la Chiesa con l'effusione del proprio sangue.

11 secolo ventesimo, in modo particolare, è stato ricco di tali testimoni, alcuni dei quali ho avuto la gioia di elevare io stesso agli onori degli altari. Una settimana fa ho iscritto nell'Albo dei Santi quattro Vescovi martiri in Cina: Gregorio Grassi, Antonino Fantosati, Francesco Fogolla e Luigi Versiglia. Tra i Beati, veneriamo Michael Kozal, Antoni Julian Nowowiejski, Leon Wetmañski e Wladuslaw Goral, morti nei campi di concentramento nazisti. Ad essi si aggiungono Diego Ventaja Milán, Manuel Medina Olmos,

[12] ***Me 10,*** 24.
[13] ***Ibid.,*** 10, 27.
[14] ***Ibid , 10,*** 28
[15] ***Sal*** 89/88, 2.
[16] ***Fil*** 1, 21,
[17] Decr. ***Christus Dominus,*** 11.

Anselmo Polanco e Florentino Asensio Barroso, uccisi durante la guerra civile spagnola. Nel lungo inverno del totalitarismo comunista, poi, sono fioriti, nell'Europa Orientale, i Beati martiri Guglielmo Apor, ungherese, Vincenzo Eugenio Bossilkov, bulgaro, e Alojzije Stepinac, croato.

Al tempo stesso, è bello e doveroso rendere grazie a Dio per tutti i Pastori saggi e generosi, che nel corso dei secoli hanno illustrato la Chiesa con i loro insegnamenti ed i loro esempi. Quanti santi e beati Confessori vi sono fra i Vescovi! Penso ad esempio, alle luminose figure di Carlo Borromeo e di François de Sales; penso anche ai Papi Pio IX e Giovanni XXIII, che ho avuto recentemente la gioia di proclamare Beati.

Carissimi confratelli, « circondati da un così gran numero di testimoni»,[18] rinnoviamo la nostra risposta al dono di Dio, ricevuto con l'Ordinazione episcopale. « Deposto tutto ciò che è di peso e il peccato che ci intralcia, corriamo con perseveranza nella corsa, tenendo fisso lo sguardo su Gesù»,[19] Pastore dei pastori.

5. Considerando il mistero della Chiesa e la sua missione nel mondo contemporaneo, il Concilio Ecumenico Vaticano II ha sentito il bisogno di dedicare speciale attenzione all'ufficio pastorale dei Vescovi. Oggi, alle soglie del terzo millennio, la sfida della nuova evangelizzazione pone in ulteriore risalto il ministero episcopale: il Pastore è il primo responsabile e animatore della comunità ecclesiale sia nell'esigenza di comunione che nella proiezione missionaria. Di fronte al relativismo e al soggettivismo che inquinano tanta parte della cultura contemporanea, i Vescovi sono chiamati a difendere e promuovere l'unità dottrinale dei loro fedeli. Solleciti per ogni situazione in cui la fede è smarrita o ignorata, essi si adoperano con tutte le forze in favore dell'evangelizzazione, preparando a tal fine sacerdoti, religiosi e laici e mettendo a disposizione le necessarie risorse.[20]

Memori dell'insegnamento conciliare,[21] oggi vogliamo esprimere da questa Piazza la nostra fraterna solidarietà ai Vescovi che sono fatti oggetto di persecuzione, si trovano in carcere o sono impediti nell'esercizio del loro ministero. E in nome del vincolo sacramentale, estendiamo con affetto il ricordo e la preghiera ai fratelli sacerdoti che patiscono le medesime prove. La

[18] ***Eh*** 12, 1.

[19] ***Ibid*** , 12, 1-2

[20] Cfr Decr. ***Christus Dominus,*** 6

[21] Cfr ***ibid*** . 7.

Chiesa è loro riconoscente per il bene inestimabile che con la loro preghiera e con il loro sacrificio recano al Corpo mistico.

6 « Sia su di noi la bontà del Signore, nostro Dio: rafforza per noi l'opera delle nostre mani, l'opera delle nostre mani rafforza ».[22]

In questo nostro Giubileo, carissimi Fratelli nell'episcopato, la bontà del Signore si è posata con abbondanza su di noi. La luce e la forza che da essa promanano non mancheranno di rafforzare 1'« opera delle nostre mani », cioè il lavoro a noi affidato nel campo di Dio che è la Chiesa.

A nostro sostegno e conforto abbiamo voluto sottolineare, in queste giornate giubilari, la presenza in mezzo a noi di Maria Santissima, nostra Madre. Lo abbiamo fatto ieri sera, con la recita comunitaria del Rosario; lo facciamo oggi, con l'Atto di affidamento, che compiremo al termine della Messa. E un atto che vivremo con spirito collegiale, sentendo vicini a noi i numerosi Vescovi che, dalle rispettive Sedi, si uniscono alla nostra celebrazione compiendo insieme con i loro fedeli questo medesimo Atto. La venerata immagine della Madonna di Fatima, che abbiamo la gioia di ospitare in mezzo a noi, ci aiuta a rivivere l'esperienza del primo Collegio apostolico, radunato in preghiera nel Cenacolo con Maria, la Madre di Gesù.

Regina degli Apostoli, prega con noi e per noi, affinché lo Spirito Santo discenda con abbondanza sulla Chiesa, ed essa risplenda nel mondo sempre più unita, santa, cattolica e apostolica. Amen.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

GUADALAIARENSI

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Guadalupe (in saec.: Anastasiae García Zavala), confundatricis Ancillarum Sanctae Margaritae Mariae et Pauperum (1878-1963)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Infirmus et visitastis me» *(Mt* 25, 36).

Profecto amor in Dominum Iesum Mariam Guadalupe impulit ut omnia relinqueret et Deo se traderet atque pauperum et aegrotorum famulatui, vitam suam et suam actionem conformans huic sententiae: « Caritas usque ad sacrificium, constantia usque ad mortem ».

Serva Dei orta est in pago patrio sermone appellato *Zapopan* in regione *Jalisco* in Mexico, die 27 mensis Aprilis anno 1878, a Fortino García et a Refugio Zavala, coniugibus locupletibus, piis ac honestis, qui effecerunt ut postero die ipsius natalis baptizaretur nominibus inditis Anastasia Guadalupe; calendis Iuliis eiusdem anni Confirmationem suscepit et novem annos nata primum Pane eucharistico est nutrita, praeparata ab amita, Serva Dei Maria Liberata a S. Corde Iesu Orozco Santa Cruz (f a. 1926), Conditrice Congregationis Sororum Dominae Nostrae a Refugio. Guadalaiarae, duo cum familia commigraverat, Serva Dei facta est socia Conferentiae S. Vincentii de Paul et cum aliis puellis se tradidit, magna cum caritate, aegrotis curandis valetudinario quodam receptis S. Margaritae Mariae Alacoque denominato; eodem tempore praeposita est puellarum consociationi quae se parabant ut Mariae Filiae evaderent. Cupiens se omnino devovere Deo, consilium exquisivit a sacerdote Cypriano Iñiguez Martín del Campo (t a. 1931), suo confessario necnon quod supra memoravimus nosocomii moderatore, qui ei suasit ut sociam operam sibi praeberet in nova Congregatione

condenda ad aegrotos pauperes curandos. Serva Dei, magno cum animo, consilio adhaesit, superata parentum dissensione, die 13 mensis Octobris anno 1901 in praedicto valetudinario constitit, magna tantum affluente paupertate., Statim regimen assumpsit domus et puellarum institutionem quae eius propositum essent secuturae. Die 8 mensis Decembris eiusdem anni privatim paupertatis, oboedientiae castitatisque nuncupavit vota itaque fundamenta iecit futurae Congregationis Ancillarum Sanctae Margaritae Mariae et Pauperum, quae suum habet conditorem sacerdotem Cyprianum Iñiguez Martín del Campo atque confundatricem Servam Dei, quae ad mortem usque munere Antistitae generalis, nulla interposita intermissione, iuncta est. Anno 1924 privatim perpetuam fecit professionem et, post canonicam Instituti approbationem ab Archiepiscopo Guadalaiarensi die 24 mensis Maii anno 1935 concessam, vota perpetua una cum numerosis sodalibus professa est. Mater Maria Guadalupe suum Institutum rexit annis difficillimis pro patria sua. Namque rei publicae discriminibus indigentia populi gravatis, persecutio in Ecclesiam est addita. Attamen Serva Dei novas domus et nosocomia aperire potuit necnon aegrotis, pauperibus, pueris, sacerdotibus et inimicis ipsis Ecclesiae intensam operam navare miram ostendens caritatem et ad omnes tum corporis tum animae necessitates intentam. Spiritalem et apostolicam sedule curavit institutionem suarum Sororum, quas firmiter sapienterque in via perfectionis duxit.

Omnibus veniam dedit qui offenderant eam et oravit pro peccatorum conversione.

Hic sese gerendi modus impulsum et vigorem in dilectione erga Deum inveniebat et quia Dominus in fastigio eius cogitationum et affectuum fuit, prompte eius oboedivit voluntati, peccatum effugit, sine intermissione ad eius Regni aedificationem contulit. Lumen suae fortis firmaeque fidei in mundo diffudit. Coniunctionem suae animae cum Deo nutrivit liturgia, oratione, veritatum aeternarum meditatione, pietatis studio erga Eucharistiam et Passionem Domini filiali que in Beatam Virginem Mariam dilectione.

Spem suam in Deo inque Providentia reposuit et, a rebus terrenis seiuncta, appetì vit praemium aeternum quod mereri est nisa iustitia et amore suis officiis fungendo erga Deum, erga Ecclesiam, erga suam Congregationem, erga suas Sorores, erga aegrotos et pauperes. Fortis fuit, patiens, perseverans in fidelitate erga suam consecrationem atque proximorum indigentium servitium et, etiam in senectute, onus regiminis sui Instituti sustinere perrexit, quod numquam duce tam prudenti tamque virtutibus ornata se privare voluit. Ecclesiae auctoritatibus obnoxia fuit ac diligenter vota

adimplevit et Regulam, sorores docens ut similia facerent. Temperantiam, moderationem sui ipsius, simplicitatem et humilitatem excoluit.

Serva Dei bona fuit valetudine, donec propter lapsum anno 1957 variis infirmitatibus laborare incepit, quibus postremo vitae anno, est immobilis facta. Ad mortem se paravit orando et Deo dolores offerendo, quos patienter tulit. Supremam horam clausit die 24 mensis Augusti anno 1963, venerata ac dilecta ab omnibus, qui eam cognoverunt.

Sanctitatis fama qua vivens fruebatur, post mortem increbuit, quapropter Archiepiscopus Guadalaiarensis, beatificationis et canonizationis Causam inchoavit et Processum Ordinarium Informativum instruxit annis 1984-1986, cuius vis iuridica agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum idibus Marths anno 1991 promulgatum. Praeparata Positione super virtutibus, rite disputatum est an Serva Dei heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas excoluisset. Secundo cum exitu, die 7 mensis Ianuarii anno 2000 actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 21 insequentis mensis Martii habita est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Mario Rizzi, Archiepiscopo titulari Balneoregiensi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Guadalupae (in saec.: Anastasiae García Zavala), Confundatricis Ancillarum Sanctae Margaritae Mariae et Pauperum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2000.

£8 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

GUADALAIARENSI

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Aloisiae Iosephae a SS. Sacramento (in saec.: Mariae Aloisiae de la Peña Navarro, vid. Rojas), fundatricis Congregationis Sororum Carmelitarum a S. Corde et Congregationis Sororum Carmelitarum a Sacratissimo Corde Angelorum in California (1866-1937)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Qui diligit me, diligat et fratrem suum » *(1 Io* 4, 21).

Caritatis praeceptum a iuventute secuta est Serva Dei Maria Aloisia Iosepha a Sanctissimo Sacramento, quae ad amorem Domini et proximorum cor suum aperuit, praesertim pauperum, aegrotorum ac puerorum indigentium, ita divini Magistri doctrinam exsequens: « Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem; sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem » *{Io* 13, 34).

Haec Christi testis in Mexicano oppido orta est, patrio sermone *Atotonilco ei Alto* denominato, intra fines posito provinciae *Jalisco* dictae, die 21 mensis Iunii anno 1866, ab Epigmenio de la Peña et Maria Aloisia Navarro, coniugibus solida fide christiana exornatis et locupletibus, qui eam secundum Dei et Ecclesiae leges educaverunt atque eius indolem formando, puellam fecerunt amabilem, simplicem, modestam et officiosam. Huic prospero exitui obtinendo praeceptrix profuit Agapita Flores, mulier fide dives et cultura, quae ad primam Communionem eam praeparavit. Anno 1876 Confirmationis sacramentum ei collatum est, et anno 1882 Paschali Rojas Santoscoy, medico triginta annos nato, nupsit, quocum mira concordia vixit. Filios non peperit et una cum marito pauperibus se dedidit atque aegrotis, pro quibus ii duo coniuges parvum valetudinarium aperuerunt Sacro Cordi Iesu consecratum. Serva Dei praefuit etiam Coetibus Vincentianis oppidi sui. Fere ex improviso anno 1896 in viduitate relicta, statim votum castitatis privatim fecit. Ad domum paternam reversa magis in precationem incubuit et in opera caritatis, divitias suas pro egenis impendens.

Animadvertens se ad vitam consecratam vocari, monasterium est ingressa, sed intellexit clausuram vocationi suae non respondere; quocirca rursus se tradidit assiduitati aegrotis praebendae valetudinarii loci *Atotonilco,* ubi anno 1904 coepit cum aliquibus sociis vivere, fundamenta sic iaciens Congregationis Sororum Carmelitarum a S. Corde. Archiepiscopo Guadalaiarensi

atque parocho oppidi patrii approbantibus, Serva Dei Instituto suo propositum dedit curationem aegrotorum atque pauperum puellarum educationem. Ordinarii dioecesani iussu, cui semper humiliter obnoxia fuit, alteri Instituto religioso Opus suum adiunxit et, cum hoc experimentum intermisit, ne aliam quidem coniunctionem recusavit, quae tamen anno 1917 cessavit, cum Servae Dei Opus denuo liberum omnino factum est potestateque praeditum viam suam persequendi. Anno 1920 Congregatio Tertio Ordini Carmelitano aggregata est; subsequenti anno Conditrix professionem religiosam fecit et est Antistita electa; anno 1925 vota perpetua est professa.

Contra Ecclesiam persecutione exorta, Serva Dei cum nonnullis Sororibus, Mexico relicto, in Foederatas Civitates Americae Septemtrionalis confugit, ubi postea provinciam religiosam constituit, quae anno 1983 facta est Congregatio Sororum Carmelitarum a Sacratissimo Corde Angelorum in California. Guadalaiaram reversa, auctum rexit et propagationem Instituti sui in terra Mexicana ac pluries Sorores sodales quas Angelopoli reliquerat visitavit. Anno 1936, cum magnam sibi propter religiosas virtutes aestimationem conciliavisset, munus Antistitae generalis ei continuatum est. Omnes enim eius animi bonitatem, comitatem, moderationem, aequabilitatem, obsequium erga voluntatem Dei, prudentiam in administratione, in sanctitatis via perseverantiam admirabantur.

Fide ducta, coram Deo vixit, in divinam credidit revelationem atque in Ecclesiae magisterium, in precationis efficacitatem, quam sine intermissione Caelo adhibebat. Propter fidem vocationem Dei ad vitam consecratam est secuta et propter fidem prompte superioribus ecclesiasticis oboedivit, tum etiam, cum ab ea incommoda peculiariter gravia postulaverunt, sicut primis annis Operis, quod condiderat. Singularem aluit erga Sacrum Iesu Cor pietatem, erga Eucharistiam, Domini Passionem et Redemptoris Matrem. Deum toto corde dilexit, eius leges servavit eique servivit cum gaudio, fidelitate ac perseverantia inde a iuventute. Alacrem operam dedit Regno Christi aedificando in societate Mexicana animarumque saluti. Diligenter vota religiosa et Regulam est exsecuta, peccatum fugit et pro peccatorum conversione est precata. Pauperes adiuvit, aegrotos, orphanos, puellas egenas, et ignovit quotquot Ecclesiam persequebantur eiusque Instituto atque apostolatui difficultates parebant. Plena fiduciae divinae Providentiae, vel acerbioribus et periculosioribus temporibus, pacem interiorem tenuit Sororesque suas adhortata est ut in Deo sperarent. Bonorum terrestrium contemptrix fuit, pauper, temperans, iusta erga Deum et proximos, sincera, humilis, casta, amabilis in omnes, vera caritatis christianae testis in aetatis suae societate.

Patienter morbum tulit, qui eam paulatim extenuavit. In paupertate inque vitae aeternae desiderio mortem obiit die 11 mensis Februarii anno 1937, Ecclesiae sacramentis recreata atque filiarum suarum spiritualium precatione et benevolentia affecta, quae in sepulcri lapide inscripserunt suam Conditricem « pro Christo vixisse, eius exemplum esse secutam, in silentio omnia esse perpessam ».

Fama sanctitatis perdurante, Archiepiscopus Guadalaiarensis Sanctae Sedis obtento permissu ad normam M. P. « Sanctitas clarior » beatificationis et canonizationis Causam introduxit atque annis 1981-1984 Processum cognitionalem instruxit, qui est rite probatus a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 25 mensis Iulii anno 1986 promulgatum. Positione apparata, inquisitum est ex norma an Serva Dei heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisset. Exitu cum felici, die 8 mensis Februarii anno 2000, Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus et postridie subsecutas idus Maias Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Eminentissimo Cardinali Pio Laghi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Cardinali Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Aloisiae Iosephae a SS. Sacramento (in saec.: Mariae Aloisiae de la Peña Navarro, vid. Rojas), Fundatricis Congregationis Sororum Carmelitarum a S. Corde et Congregationis Sororum Carmelitarum a Sacratissimo Corde Angelorum in California, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IANUENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Eugeniae Ravasco, fundatricis Congregationis Filiarum SS. Cordium Iesu et Mariae (1845-1900)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Caritas Christi urget nos» *(2 Cor* 5, 14).

Principium supernaturale et fulcrum identitatis spiritalis Servae Dei Eugeniae Ravasco est sine dubio caritas, quam plene concorditer cum ceteris virtutibus theologalibus atque moralibus explicavit et ex qua vis Auxit Operis eius fautrix.

Dei enim caritas et proximi, dono sapientiae fulta, miro modo eius permeavit vitam, simul ad Deum dirigens et ad eius res ea omnia quae fuit quaeque fecit: « Tota vita nostra amor sit. Si uno temporis momento nos mortales Domini amorem erga suam creaturam perspicere possemus, aut non iam vivere possemus, aut rerum terrestrium fastidiosi viveremus, nihil aliud appetentes, nisi solum Deum ». Haec Servae Dei verba, quae nuntii christiani summam resonant, eius optationum, eius apostolatus et totius vitae eius compendium possunt haberi.

Haec caritatis testis Mediolani in lucem suscepta est pridie nonas Ianuarias anno 1845, a Francisco Matthaeo et nobili muliere Carola Mozzoni Frasconi, piissimis ambobus atque certis christianis. Eodem die baptizata, Serva Dei nomina cepit Eugeniam Mariam.

Mature experta est dolorem. Pusa duorum annorum matre orbata, est amitae assignata, dominae Mariae Anselmi, quae eam cum amore educavit et firmitudine.

Postquam Ianuam cum familia commigra ver at, die 21 mensis Iunii anno 1855 Eucharistiae sacramentum accepit et, probabiliter, Confirmationis. Patre quoque orbata, in tutelam pervenit patrui Aloisii Ravasco, qui eius educationem humanam atque religiosam curavit per aptam praeceptricem eique magnum pauperum et miserorum amorem iniecit. A magistris privatis est bona institutione culturali imbuta.

Sponte compromisso matrimonii abrupto quod propinqui volebant, Serva Dei, sub certa et illuminata sacerdotis Salvatoris Magnasco moderatione, postea Archiepiscopi Ianuensis, operibus caritatis totam se dedidit, assiduitati aegrotis praebendae in valetudinariis, pauperum curae etiam in eorum

domibus, christianae doctrinae institutioni, largiter omnes bonis suis afficiens beneficiis; ipsa, in impensam incubuit vitam spiritalem, ex ascesi generosa constantem, sacramentorum frequentia, ardenti Eucharistiae Virginisque Immaculatae amore.

Duodeviginti annos nata, die mensis Maii 31, in ecclesia Ianuensi Sanctae Sabinae, vocationem accepit ad se consecrandam « bono pro amore Cordis Iesu faciendo»; quod quidem eius factum est charisma. Exinde totam se resque suas Deo ac bono suppeditavit, ad quodlibet incommodum parata.

Postridie nonas Décembres anno 1868 Congregationem Filiarum SS. Cordium Iesu et Mariae condidit, eo consilio, ut iuventutem educaret atque ad vitae christianum sensum formaret, amorem Dei erga genus humanum ei aperiendo necnon quam pulchrum sit ad eum pertinere secundum uniuscuiusque vocationem.

Cultui Sacri Iesu Cordis, Sanctissimi Sacramenti, Sacri Cordis Mariae propagando consuluit; consociationes fovit religiosas pro iuventute matribusque familias, exercitationum spiritualium cursus, sacras missiones populares; scholas inchoavit suendi atque acu pingendi artis pro populi puellulis.

Actio apostolica iuvenilis, catechesis, oratoria operaque caritatis spiritalis et materialis campus fuerunt in quo Servae Dei charisma fructum edidit, quod ipsa his significantibus verbis breviter astrinxit; « Boni alieni studio ardere, praesertim iuventutis ». Anno 1878, quo tempore apertae erant inimicitiae adversus Ecclesiam et conatus multitudines a Christo abducendi, Ianuae in suo Instituto non solum ludos litterarius, verum etiam Scholam Magistralem Femininam aperuit, quae definite atque expresse statueret ut iuventus institutione christiana imbueretur, unde magistrae christianae praepararentur pro societatis subolumque futurarum bono. Ad hoc Opus defendendum, quod ei cordi vehementer erat, fortiter impetus obiit librorum et commentariorum adversariorum.

Pridie idus Ianuarias anno 1882, Servae Dei Congregatio est canonice constituta in Institutum Iuris Dioecesani ab Excellentissimo Domino Salvatore Magnasco, Archiepiscopo Ianuensi, qui mense Decembri anno 1887 eius Constitutionum textum definitivum approbavit. Post priorem professionem religiosam (die 18 mensis Ianuarii anno 1874) Serva Dei, una cum decem et septem Sororibus sodalibus vota fecit perpetua pridie idus Octobres anno 1884, atque Operis confirmationem et auctum est prosecuta. Communitatem suam rexit considerate et prudenter, semper ad gloriam Dei spectans et ad bonum cuiusque Sororis. Plures aperuit domus minores cum scholis

municipalibus atque operibus paroecialibus. Zelum caritatemque suam ad familias, ad inclusos in carceribus, ad moribundos, ad longinquos a Catholica Ecclesia et a Deo extendit; largiter pauperes beneficiis affecit, cultus operas, missiones necnon Instituta adiutabilia atque ecclesiastica, inter quae Seminarium Ianuense et Opera Propagandae Fidei. In extrema vita, pro bono iuventutis femininae operariae, exstruxit aedificium in platea *C augnano* denominata Ianuae (anno 1892) et anno 1898 in suo Instituto Sodalicium a Sancta Zita pro puellis operariis aperuit.

Corpore dolens et morbo laborans per longos viginti annos, ultimis temporibus purificata est etiam inclementiae discrimine, exclusione et separatione; sed hoc eam non impedivit, quominus zelo et caritate in animarum suique Instituti bonum curas conferret, usque ad extremam vitam Sacro Iesu Cordi placere volens.

Tota enim Servae Dei exsistentia ad Deum propensa fuit atque constanti voluntate impulsa ad ei per omnia placendum, ad eius faciendam voluntatem per eventus cognitam perque oboedientiam superioribus. « Unus Deus » suprema fuit eius appetitio.

Inde a pueritia ultroneam ostendit apertionem ad divinum. Prima Communione recepta, diligenter propriam curavit vitam spiritalem, vel levissimum fugit peccatum, parata, propter hoc, ad omittenda etiam licita oblectamenta. Dei vocatione accepta ad vitam pro Deo consumendam proque animis, ei se commisit nec difficultates timuit. Cor Iesu amando, magis magisque infiammata est proximorum caritate; ab Eo praecipuas traxit suae pietatis rationes atque familiae religiosae speciem. Ex fide luctuum familiarium aegritudinem est passa, morbi crucem. Fides viva eam sustinuit in condenda regendaque Congregatione, in rebus apostolicis seligendis inque consiliis capiendis constitutivis. Fides eius aluit sitim animarum, studium Regnum Dei propagandi, indefatigabilem eius industriam. Deo credita, in eo omnem collocavit spem, semper quaesitione Dei eiusque gloriae cuilibet humanae causae anteposita. Generosa in sui ipsiusque sui Operis neglectione bonorumque terrestrium, constanter vixit intenta tota cum anima ad sola bona aeterna consequenda. Cum generositate et ardore Deum dilexit, coniunctionem cum eo colens precatione continua, verbi Dei meditatione, in virtutibus progredi nisa, de Corde Iesu deque Corde Virginis Mariae ardorem hauriens caritatis, impulsum ad magis magisque Dominum diligendum et proximum. Caritas eam movit ad cultum Iesu in Eucharistia suadendum, pietatem erga Virginem Mariam, amorem erga Ecclesiam. Bonum

alienum semper quaesivit generoso cum sui sacrificio, omnibusque inculcavit amorem grati animi et laudis in « Deum Creatorem, Patrem bonum et amantem ».

Sororibus sodalibus moderata est in viis Dei, earum suscipiendo labores atque testimonio, paenitentia, verbo easdem sustinendo, in eis accendere nitendo sensum supernaturalem in accipienda Gratia, et ardens boni studium.

Spiritu precationis et consilii ducta est Serva Dei, quae prudenter atque humiliter id in gravium personarum sententiis quaerebat, quod coram Deo esset utilius, iuxta normam semper caritate subiectam. Modo exemplari iustitiam explicavit, in suis muneribus observandis inque bonis administrandis cum despectione ac magnanimitate perattenta. Fortitudine eminuit in sua indole ardenti cohibenda; perseverantia in suo officio exercendo, patientia immutabili in languifico morbo et in regiminis laboribus; temperantia et vivissimo mortificationis spiritu atque humilitate erga omnes.

Cum fidelitate et gaudio suam coluit Deo consecrationem; sancte amoris sui sponsalis studiosa, propter illum cor suum indivisum servavit in oboedientia, castitate et paupertate, quas omnino ex Evangelio est exsecuta.

Serva Dei extremos dies vixit vitae solummodo attenta ad occursum cum Domino, prorsus ei commissa. Pridie quam est mortua, Sororibus sic valedixit: « Omnes relinquo vos in Corde Iesu », multaque cum fide Sacramenta recepit.

Die 30 mensis Decembris, mane, anno 1900, « Te Deum » recitato et Litaniis Lauretanis initis, Serva Dei in beatam ingressa est aeternitatem.

Serva Dei in vita et post mortem fama fruita est sanctitatis tum in Instituto suo, tum extra, inter personas in quas beneficia contulerat et apud populum.

Anno 1948 Archiepiscopus Ianuensis Processus Ordinarii Informativi initium fecit, qui conclusus est anno 1954. Die 26 mensis Ianuarii anno 1981 Decretum proditum est super Causae Introductione et die 18 mensis Aprilis anno 1986 Decretum de Processus auctoritate et vi. Positione confecta, disceptatum est an Serva Dei heroum in modum virtutes coluisset. Pridie idus Martias anno 2000, felici cum exitu, Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus. Subsequentibus nonis Iuniis in Sessione Ordinaria Patres Cardinales et Episcopi, Causae Ponente Eminentissimo Cardinali Henrico Schwery, fassi sunt Servam Dei Eugeniam Ravasco virtutes théologales, cardinales iisque adnexas sicut heroas addecet observavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congre-

gationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Cardinali Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Eugeniae Ravasco, Fundatricis Congregationis Filiarum SS. Cordium Iesu et Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IANUENSIS

Canonizationis Beati Augustini Roscelli, sacerdotis dioecesani, fundatoris Instituti Sororum ab Immaculata Conceptione B.M.V. (1818-1902)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Augustinus Roscelli die 27 mensis Iulii ortus est anno 1818 in pago *Bargone di Casarza* vernáculo sermone denominato, hodie in dioecesi Clavarensi collocato, ab agricolarum familia. Sacerdos ordinatus die 19 mensis Septembris anno 1846, aliquot annos vicarius parochi fuit. Deinde iuvenum apostolatui se tradidit, Conditorem Instituti Parvorum Artificum adiuvando in assiduitate praebenda pueris pauperibus atque derelictis. Ut eiusmodi auxilium puellis quoque ferret, nonnullas aperuit domus et Congregationem instituit Sororum ab Immaculata Conceptione Beatae Mariae Virginis, quae eo regente celeriter crevit. Fama sanctitatis insignis nonis Maiis anno 1902 e vita decessit.

Beatificationis et canonizationis Causa inchoata est apud Curiam Ianuensem et Summus Pontifex Ioannes Paulus II eum in Beatorum numerum rettulit nonis Maiis anno 1995.

Nuper Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem permisit Salvatoris Casciaro qui, quadraginta annos natus, postridie nonas Februarias anno 1995 est infarctu myoeardii correptus acuto. In valetudinarium Ianuense deductus Sancti Martini est coronarographiae subiectus, quae in lucem protulit arteriae coronariae sinistrae stenosim serratam. Apta adhibita therapia, crisis stenocardica est superata, sed paulo post altera apparuit, quam ob rem altera est coronarographia effecta. Statim post aegrotus est cornate affectus atque subsecutae inspectiones signa ostenderunt emboliae gasiosae.

Quamvis curationes essent exercitae, aegri condiciones ingravescere perrexerunt et, comatis altitudine animadversa, prognosis infausta dicta est « quoad vitam » atque secundo loco « quoad valetudinem », gravissimis consecutiones neurologicis praevisis.

Amissa iam omni sanationis spe, Sorores Congregationis ab Immaculata Conceptione Beatae Mariae Virginis, die 9 mensis Februarii poscere inceperunt divinum auxilium per intercessionem Beati Augustini Roscelli.

Praeter omnem medicorum exspectationem, a die 11 subsecuto aegroti condiciones sunt in melius inclinatae usque ad sanationem.

Eventus est anno 1996 consideratus apud Curiam Ianuensem haecque dioecesana Inquisitio est a Congregatione de Causis Sanctorum probata per decretum die 21 mensis Decembris anno 1998 proditum.

Dicasterii Collegium Medicorum, in sessione die 18 mensis Martii habita anno 1999, consentiente voce affirmavit sanationem rapidam fuisse, fere completam, duraturam, et celerem aegroti recuperationem ex scientia inexplicabilem.

Die 3 mensis Martii anno 2000 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris atque postridie calendas Maias subsecutas Patrum Cardinalium et Episcoporum Sessio Ordinaria, Causae Ponente Excellentissimo Domino Fiorino Tagliaferri, Episcopo emerito Viterbiensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congre-

gationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, per intercessionem Beati Augustini Roscelli, Sacerdotis dioecesani, Fundatoris Instituti Sororum ab Immaculata Conceptione B. M. V., videlicet de rapidissima, fere completa, duratura sanatione Salvatoris Casciaro ab « embolia cerebrale gassosa con vasto danno neurologico e coma profondo di 3° grado della scala Pium e Posner, in soggetto con pregresso infarto miocardico acuto ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2000.

68 **IOSEPHUS SARAIVA MARTINS**
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MEXICANA

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Felicis a Iesu Rougier (in saec.: Felicis Benedicti), sacerdotis fundatoris Congregationum Missionariorum a Spiritu Sancto, Filiarum a Spiritu Sancto, Missionariarum Guadalupensium a Spiritu Sancto, Oblatarum a Iesu sacerdote (1859-1938)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

Servus Dei Felix a Iesu Rougier, vehementi studio motus faciendi voluntatem Dei atque eius opus perficiendi (cf. *Io* 4, 34), patria relicta, firmus mansit, ac si Invisibilem videret prius in Gallia, deinde in Hispania, in Columbia et in Mexico, ubique Christi bono odore prodito (cf. *2 Cor* 2, 15).

In parvo vico Gallico *Meilhaud* ortus die 17 mensis Decembris anno 1859, est postridie baptizatus in paroeciali ecclesia, quam parentes eius Benedictus Rougier et Aloisia Olanier ex more frequentabant. In eadem ecclesia primam accepit Communionem decem annos natus. Diversis in Auver-

niae locis studiis confectis, anno 1874 intravit in ephebeum-seminarium Aniciense, ut studia iniret humanitatis. Ibi, cum undeviginti esset annorum, per acroasim de Missionibus vocatione animadversa, vitam elegit missionariam, eodem anno, parentibus prorsus consentientibus, Societatem Mariae (Patrum Maristarum) ingressus (anno 1878). Religiosa eius atque intellectualis formatio, in Gallia et in Hispania effecta, sacerdotali ordinatione conclusa est die 24 mensis Septembris anno 1887. Missionum appetitione in eo crescente, oboedientia professor factus est Divinarum Litterarum per octo annos in studiorum sede Maristarum Barcinonensi.

Mensis Iulii die 12 anno 1895 optatum totius vitae suae ad effectum adduxit; in Columbiam enim missus est ubi fecundam per sex annos actionem missionalem explicavit in dioecesi Tolimensi tamquam Maristarum communitatis superior, professor, indefatigatus concionator, pauperum apostolus, militum cappellanus atque vicarius generalis succedaneus. Bello civili Columbiano exorto, Maristarum superiores religiosos suos in Mexicum mittere statuerunt, in cuius urbe principe Servus Dei parochus nominatus est ecclesiae Dominae Nostrae Lapurdensis (anno 1901).

Quadraginta quattuor annorum aetatem habens, inter impensum apostolatum pro communitate Gallica in capite Mexicano praesenti, maioris perfectionis votum expertus est atque Spiritum Sanctum precatus, ut sibi viam significare dignaretur. Occursus cum Venerabili Serva Dei Maria Concepta Cabrera de Armida, qui anno contigit 1903, propositum in eo confirmavit perfecti religiosi Maristae vitam agendi. Hoc tempore nomen cepit Felicem a Iesu, ut ostenderet se totum Domini esse, seque actuoso ac diligenti ministerio dedidit Religiosarum a Cruce Sacri Cordis necnon Apostolatus Crucis ab eadem Dei Serva conditorum.

Sentiens se a Domino vocari ad novam religiosam Congregationem instituendam, longum graveque consilium molitus est, per quod pluribus ecclesiasticis personis tum Mexicanis tum Europaeis animum suum aperuit. Sanctus Pius X, Episcoporum Mexicanorum rogatu, die 16 mensis Decembris anno 1913, illi institutioni assensus est atque a superioribus Maristis petivit ut Felix a Iesu opus illud posset inire. Postea, id tempus commemorans, filiis suis haec scripsit: « Mense Iulio anno 1914 cum pretiosa margarita reversus sum cumque omnibus Christi Vicarii permissionibus ut Opus conderem ».

Missionariorum a Spiritu Sancto institutionem iniit, moderante Excellentissimo Domino Raimundo Ibarra y Gonzalez, die 25 mensis Decembris

anno 1914. Vota perpetua fecit tamquam Missionarius a Spiritu Sancto die 28 mensis Martii anno 1926. Optimas impendit vires in quaerendas primas vocationes, in solida fundamenta iacienda formationis religiosae ac sacerdotalis, schola apostolica, novitiatu, alumnorum studiorumque sedibus Romae apertis ad hoc propositum assequendum. Constitutiones conscripsit, primas ministerii aedes in Mexico extruxit atque in exteris nationibus, duoque Capitula Generalia rite celebravit, in quibus est a filiis suis uno animo et una voce Superior generalis electus. Pridie idus Décembres anno 1931 laetanter ab Apostolica Sede Decretum Laudis accepit et Constitutionum Missionariorum a Spiritu Sancto approbationem ad experimentum.

Apostolico fervore impulsus est ad tres Congregationes religiosas femininas instituendas, id est: Filias a Spiritu Sancto (anno 1924), Missionarias Guadalupenses a Spiritu Sancto (anno 1930) atque Oblatas a Iesu Sacerdote (anno 1937). Cum Sancti Spiritus regnum in mundum universum extendere exoptaret, consociationem pro laicis constituit, Familiam a Spiritu Sancto denominatam, Mexici consecrationem Spiritui Sancto obtinuit et idcirco officinam librariam condidit tresque spiritualitatis ephemerides. Sacerdotii amans, et a filiis suis presse adiutus, cum acerrime persecutio Mexicana desaeviret, seminarium interdioecesanum fovit in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis et Mexicopoli domum sacerdotalem aedificandam curavit. Maximam adhibuit diligentiam de Operibus Crucis, de quibus, ad filios suos scribens dixit: « Ad nos, Missionarios a Spiritu Sancto, magis quam ad alium quemquam iis studere, favere, ea propagare spectat ». Omnia opera haec, coniuncta et eadem spiritualitate fota, in Conditoris corde magnam efficiebant familiam « anima una et corde uno » praeditam.

Ardenti fide adductus, attenta verbi Dei auditione nisa, vehementi vita precationis nutrita necnon cotidiano cum Iesu Eucharistico occursu, Deum intellexit Patrem amantem in historia praesentem. Patienter, a Spiritu motus, eius voluntatem didicit in Ecclesiae voce cognoscere, vitam suam apostolicam super oboedientiae petram aedificans. Theologica eius spes purificata est atque confirmata in difficultatibus apostolicis, in quibus versatus est per civile bellum Columbianum, per persecutionem religiosam in Mexico et per viginti duos annos quibus exspectavit, donec Missionarius esset, donec, Spiritus Sancti virtute, in patienti atque excruciata oboedientia germinaret. Sanctissimam Trinitatem diligebat multa cum pietate et unamquamque Divinam eius Personam. Ex magno proposito vivebat illudque praedicabat: « Grande munus, divinum munus quod nobis Deus unicuique no-

strum concredidit nostra est commutatio in Eum »; « coniunctio cum Iesu ut ad Patrem eamus a Spiritu Sancto moti, cardo est totius nostrae vitae spiritalis ». Hoc incitatus amore totum se tradidit proximorum servitio atque Ecclesiae veluti missionarium, apostolum Verbi, pauperum ministrum, spiritus moderatorem et fecundum Conditorem, nitens exemplar exprimere quod familiae suae proposuerat, nempe « in primis contemplativos esse et deinde viros ac mulieres actionis ».

Eius prudentia posita fuit in continuo discrimine et in filiali Summi Pontificis, Episcoporum superiorumque religiosorum fiducia. Proximorum boni studiosus, iustitiam absolvit, quam amore perfecit. Eius fortitudo in fide duriter spectata collocata est. Dei et proximi salutis percupidus, temperantiae virtutem coluit Spiritu incitante.

Anno 1937 quinquagesimum sacerdotii sui natalem diem celebravit, a filiis filiabusque suis dilectus. Antequam mortuus est dixit in sua ipsius vita « Iesum omnia fecisse », et « Cum Maria omnia, sine ea nihil ». Mexicopoli est vita defunctus die 10 mensis Ianuarii anno 1938.

Fama sanctitatis, qua in vita Pater Felix a Iesu claruerat, in morte aucta est. Quam ob rem Servus Dei Aloisius Maria Martínez Rodríguez (f a. 1956), Archiepiscopus Primas Mexicanus, Causam iniit beatificationis ac Processum Ordinarium Mexicopoli, cui additi sunt Rogatoriales Ibaguensis (in Columbia), Lugdunensis (in Gallia) et Crossensis (in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis), inter annum 1955 et annum 1958. Die 15 mensis Novembris anno 1981 promulgatum est decretum Introductionis Causae. Processus Apostolicus in Archidioecesi Mexicana instructus est annis 1982-1984. Horum Processuum auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 27 mensis Februarii anno 1986 prodito. Positione confecta, disceptatum est an Servus Dei heroum in modum virtutes coluisset. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum actus est die 28 mensis Ianuarii anno 1997. Studiis additiciis effectis a Consultoribus expostulatis, Causa subiecta est Patrum Cardinalium et Episcoporum considerationi in Sessione Ordinaria die 15 mensis Februarii anno 2000 habita, Causae Ponente Excellentissimo Domino Mario Rizzi, Archiepiscopo titulari Balneoregiensi, qui declaraverunt Servum Dei Felicem a Iesu Rougier virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum more explicavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Felicis a Iesu Rougier (in saec.: Felicis Benedicti), Sacerdotis, Fundatoris Congregationum Missionariorum a Spiritu Sancto, Filiarum a Spiritu Sancto, Missionariarum Guadalupensium a Spiritu Sancto, Oblatarum a Iesu Sacerdote, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die i mensis Iulii A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. & S.

Ei Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MONASTERIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Euthymiae (in saec.: Emmae Üffing), sororis professae Congregationis a Compassione (1914-1955)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Maria Euthymia (in saeculo: Emma Üffing) in oppido *Halverde* orta est, intra fines posito dioecesis Monasteriensis, die 8 mensis Aprilis anno 1914. In Congregatione a Compassione ingressa, infirmorum ministra fuit in valetudinario, ubi in sede laboravit morborum contagiosorum, captivos curavit et munere iuncta est praepositae fullonicae; anno 1948 in domum principem missa est idem munus expletura. Exemplo fuit propter zelum, quo munia exsequebatur, vel humillima, Regulae observantiam atque fervorem in deprecationibus. Die 9 mensis Septembris anno 1955 mortem obiit fama sanctitatis clara.

Beatificationis et canonizationis Causa inita est anno 1955. Calendis Septembribus anno 1988 Summus Pontifex Ioannes Paulus II edixit Ser-

vam Dei virtutes théologales, cardinales et his adnexas sicut heroas addecet coluisse.

Nuper Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem permisit, Monasterii patratam, Sororis Mariae Avellinae Koenen, quae postridie nonas Augustas anno 1955 est adustionibus affecta in dorso quattuor digitorum dexterae manus. Pars ussa curata incepit liquorem elicere sero abundantem; quocirca vulnera curari debebant etiam bis in die, cum tamen nihil curationes proficerent.

Aegrota igitur, die 10 subsecuti mensis Septembris, corpus visitans Servae Dei Mariae Euthymiae, eius invocavit interventum ut sanationem obtineret. Repentino vulnera in melius verti coeperunt et aliquot post diebus omnino clausa sunt atque manus est prorsus valida refecta.

Casus hic anno 1979 est apud Curiam Monasteriensem consideratus per dioecesanam Inquisitionem, quae est a Congregatione de Causis Sanctorum probata die 29 mensis Ianuarii anno 1988 prodito decreto.

Dicasterii Collegium Medicorum, in sessione die 4 mensis Martii anno 1999 habita, confessum est sanationem celerrimam fuisse, completam, duraturam et ex praesentibus scientiae cognitionibus inexplicabilem. Die 22 mensis Octobris eiusdem anni, Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus et nonis Marths anno 2000 Sessio Ordinaria facta est Patrum Cardinalium atque Episcoporum, Causae Ponente Eminentissimo Cardinali Henrico Schwery. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Cardinali Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, per intercessionem Venerabilis Servae Dei Mariae Euthymiae (in saec.: Emmae Üffing), Sororis professae Congregationis a Compassione, videlicet de celérrima, completa ac duratura sanatione Sororis Mariae Avellinae Koenen a « pressoustione di 3° grado del lato dorsale della mano destra, con interessamento del 2°, 3°, 4°, 5° dito e della parte distale della regione metacarpale, con esposizione tendinea; successivamente complicata da un processo suppurativo ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. « S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MONTIS REGALIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae a Iesu Santocanale (in saec.: Carolinae), fundatricis Congregationis Sororum Capuccinarum ab Imm. Conc. Lapurdensi (1852-1923)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

Iesus Christus « ad se continenter arcessit discipulos, viros ac mulieres, quibuscum per Spiritus effusionem (cf. *Rom* **5, 5)** agapem divinam communicet suamque rationem amandi, quosque ita compellat ut per humilem sui ipsorum donationem ab omnibus propriis commoditatibus alienam ipsi ceteris famulentur » (IOANNES PAULUS II, Adhort. Apost, postsynod. *Vita consecrata,* 75: *AAS* LXXXVIII [1996], 451).

Fertile agapis divinae solum fuit cor Mariae a Iesu Santocanale, quae diligenter exemplum secuta atque doctrinam Redemptoris, in humilitate et in paupertate vitam suam impendit in Dei ac pauperum ministerium, praesertim puerorum, orphanorum, aegrotorum et senum.

Fervens haec Evangelii testis Panormi est in lucem edita postridie calendas Octobres anno **1852** ab advocato Iosepho Santocanale et Catharina Stagno, nobilibus necnon divitibus coniugibus, qui ad Baptismatis fontem nomen ei Carolinam indiderunt. Mater, pia atque bene morata mulier, quae meditationem cotidianam exercebat, eam vias Domini docuit. A puellula, Serva Dei peculiarem ostendit religiosum sensum atque indolem apertam, ingenuam et fortem. Nullam scholam publicam frequentavit, sed a privatis praeceptoribus solida est imbuta culturali formatione. Decem annos nata, primum sanctam Communionem accepit et anno **1869,** magno cum fervore, Confirmationis sacramentum. In suo memoriali libello scripsit illo die ani-

institutionem, cum quinque et viginti aetatis annos ageret, dioecesi Leonensi est incardinatus. In Seminario dioecesano ecclesiasticum curriculum explevit et anno MDCCCLXXIX presbyteratus ordine est insignitus. Iam ab exordiis tum apostolica alacritate tum dotibus oratoris et moderatoris spiritus praecelluit, quibus ditatus peculiari modo catechesim puerorum curavit et iuvenum. Episcopus eum arcessivit in Curiam, ubi varia magni ponderis munia obivit, quae tamen, graviter aegrotans, anno MDCCCCLXXXIV relinquere debuit. Insequenti anno duae commissae sunt illi ecclesiolae, quas summa suscepit humilitate. Illius gentis humana tactus egestate, vehementer incitatum se sensit ad afflictis et pauperibus auxilium ferendum. Apostolicam dilatavit strenuitatem vitam christianam, cultum eucharisticum ac praesertim caritatis opera promovendo. Die xin mensis Decembris anno MDCCCLXXXV domum caritatis exstruxit, quam appellavit « Asylum Sacri Cordis Iesu », sociatam praestantibus operam quattuor puellis, quae primae fuerunt sorores « Congregationis Ancillarum Sacri Cordis Iesu et Pauperum ». Institutum hoc fructum exstitit Caritatis cuiusdam iuvenis presbyteri, ac pauperibus potissimum destinatum. Huius operis huiusque Instituti eausa, beatus plurima pati debuit. Cum in urbem vulgo *Puebla de Los Angeles* transiit, misericordiae opera exercere perrexit, Institutum quod condiderat solidandum curavit, opus fundavit mulieribus in difficultate versantibus restituendis, clerum instituendum et sanctificandum peculiariter studuit. Apostolatum suum altissima vita spiritali et constanti virtutum exercitio nutrivit, firma scilicet fide, placida spe, enixa caritate erga Deum et pauperes, senes et pueros, orphanos et vitae segreges. Sacro Cordi Iesu, Eucharistiae et Beatissimae Virgini Mariae ardenter cultum tribuit. Quin viribus parceret, fidem suam maxime pauperibus per laetum nuntium constanter transmisit. Prudentia in adversis emicuit ac constanti in missione fortitudine; virtutibus pariter claruit iustitiae, austeritatis et temperantiae. Oboediens et alta praeditus humilitate, arte coniunctus mansit cum Ecclesia eiusque magisterio; probitatis morum exemplum omnibus praebuit. Brevi correptus morbo, laetabundo tamen suffultus animo, die xx mensis Septembris anno MCMIV, dum hymnus Ave Maris Stella cantu agebatur, in urbe *Puebla de Los Angeles* piissime in Domino obdormivit. Fama sanctitatis post obitum increbrescente, Archiepiscopus Tlascaiensis Angelorum anno MCMLXXXIII processum canonicum instruxit. Servatis quidem de Causis Sanctorum praescriptis, Nosmet Ipsi Mexicopoli, die vi mensis Maii anno MCMXC Nostro in itinere pastorali Beatorum caelitum honores illi decrevimus.

Deinde mirum patratum est eiusdem beati intercessioni adscriptum, de quo canonica instructa est pervestigatio in Curia Tlascalensi. Casus apud Congregationem de Causis Sanctorum suetis inquisitionibus est subiectus et felici quidem cum exitu. Die xx mensis Decembris anno MCMXCIX, Nobis coram de miro Decretum prodiit. Excipientes igitur faventes sententias Patrum Cardinalium et Episcoporum a Nobis in Consistorio die x mensis Martii anno **MM** convoeatorum, statuimus ut canonizationis ritus die xxi mensis Maii hoc ipso anno iubilari Romae perageretur.

Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, intra Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Christophorum Magallanes et viginti quattuor Socios, Iosephum Mariam de Yermo y Parres et Mariam a Iesu Sacramentato Venegas de la Torre, Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem decrevimus, et nunc et in posterum tempus vim sortiri volumus, contrariis rebus minime officientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vicesimo primo mensis Maii, anno Domini bismillesimo, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



In Secret. Status tab., n. 480.813

LITTERAE APOSTOLICAE

MOTU PROPRIO DATAE

quibus sanctus Thomas Moras Guberaatorum, politicorum Virorum ac Mulierum proclamatur Patronus

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — 1. E sancti Thomae Mori vita martyrioque quidam oritur nuntius qui saecula transilit atque omnium temporum hominibus de non alienabili conscientiae dignitate dicit, in qua, quemadmodum memorat Concilium Oecumenicum Vaticanum II, inest « nucleus secretissimus atque sacrarium hominis, in quo solus est cum Deo, cuius vox resonat in intimo eius t).[1] Cum vir mulierque veritatem vocantem audiunt, tum conscientia omnes eorum actus ad bonum absque dubitatione dirigit. Ex eo quod usque ad sanguinis effusionem sanctus Thomas Morus testatus est plus posse veritatem quam imperium, ipse perenne morum constantiae habetur exemplar. Etiam extra Ecclesiam, inter illos potissimum qui ad populorum sortes moderandas eliguntur, tamquam consilii fons eius prostat imago ut in re politica gerenda veluti supremum propositum habeatur humanam personam iuvare.

Recens, quidam Civitatum Moderatores atque viri qui in re politica versantur, nonnullae Episcoporum Conferentiae singulique Episcopi a Nobis flagitarunt ut Patronus Rerum publicarum Moderatorum ac Virorum Mulierumque politicorum renuntiaretur sanctus Thomas Morus. Inter illos qui hoc poposcerunt annumerantur homines qui rem politicam, culturalem ac religiosam dissimiliter agunt, ex qua re colligi potest dari huius politici viri mentis cogitata et agendi rationem late diffundi.

2. Thomas Morus insignem cursum honorum sua in patria egit. Londinii anno MCDLXXVIII spectabili familia ortus, adulescens Archiepiscopo Cantuariensi, Ioanni scilicet Morton qui Cancellarii Regni sustinebat partes, inservivit. Oxonii dein ac Londinii iuridiciali disciplinae operam dedit studia sua in ampliorem humani cultus provinciam proferendo, speciatim in theologiam inque aetatis classicae litteras. Graecum sermonem edidicit atque

[1] *Gaudium et spes,* 16.

commercium habuit ac necessitudinem cum praeclaris artium renascentium fautoribus, in quibus Erasmus Desiderius Roterodamus recensetur.

Assiduam per asceticam exercitationem, cum religionis sensu moveretur, virtutem coluit: amicitiam cum sodalibus Franciscalibus Observantiae Grenvicensis claustri habuit atque aliquandiu apud Londiniense Carthusianum coenobium est commoratus: quae duo religiosi fervoris illius Regni praeclarae sedes ducebantur. Cum ad coniugium, ad familiae vitam et laicorum officia vocari se perciperet, anno **MDV** Ioannam Colt in matrimonium duxit, ex qua quattuor liberos genuit. Ioanna anno MDXI e vita excessit: tunc Thomas Alexiam Middleton, viduam, filiam habentem, uxorem duxit. Maritus fuit usque fidelis ac amabilis pater, filiis in religione, moribus ac doctrina instituendis perquam intentus. In eius domum generi, nurus nepotesque confluebant, eaque compluribus iuvenibus amicis patebat veritatem propriamque vocationem conquirentibus. Familiaris vita amplam dabat facultatem communiter precandi, « lectionem divinam » agendi, sicut et laxandi animos quibusdam domesticis modis. In paroeciali templo cotidie missae interesse solebat, at intimi dumtaxat familiares graves eius paenitentias noverant.

3. Anno **MDV**, Henrico VII imperante, primum ad oratorum popularium coetum electus est. Henricus VIII anno **MDX** munus confirmavit, quem insuper apud principem urbem Coronae procuratorem constituit, eidem ad publica negotia gerenda insignem patefaciens honorum cursum. Decem subsequentibus annis ei commisit rex ut varia munia sicut legatus et mercator sustineret in Flandria et in regionibus quae nunc pertinent ad Francogalliam. Consilii Coronae particeps factus, iudex renuntiatus qui tribunali insigni praesideret, alter a thesaurario atque eques, anno MDXXIII locutor electus est, scilicet Camerae Communium, ut aiunt, praeses.

Ab omnibus aestimatione affectus propter morum integritatem, aere ingenium, indolem liberam iocosamque, eximiam doctrinam, anno MDXXIX, quodam in discrimine rei politicae et oeconomicae versante Natione, regni Cancellarius a rege est nominatus. Primus laicus huic officio destinatus, Thomas perdifficile hoc temporis spatium exegit, Regi Nationique ut inserviret operam suam sedulo impendens. Sua principia fideliter servando, iustitiam tuitus est itemque illos coercuit qui, sua persequentes negotia, debiles proculcabant. Anno MDXXXII, cum Henrici VIII propositum in potestate Ecclesiam Anglicam habere cupientis sustinere nollet, sese a munere abdica-

vit. Publicas causas deseruit atque cum suis paupertatem nec non defectionem passus est multorum, qui in periculo falsos amicos se ostenderunt.

Cum ille a proposito suae conscientiae nullo pacto demoveri posset, iussit rex, anno MDXXXIV, ut in Londiniensi turri in vincula coniceretur, ubi varias animi sollicitationes passus est. Thomas haud mentem mutavit atque iuramentum respuit quod ab eo postulabatur, quandoquidem idem politicam ecclesiasticamque institutionem suscipiendam secum ferebat quae immoderatum in dominatum inducebat. In ius vocatus, strenue tuitus est rationes suas de coniugii indissolubilitate, de iuris patrimonio christianis principiis imbuto, de Ecclesiae coram Civitate libertate. Iudicio damnatus, obtruncata est.

Progredientibus saeculis, adversus Ecclesiam discrimen extenuatum est. Anno MDCCCL in Anglia hierarchia catholica redintegrata est. Complurium sic martyrum canonizationis causae incipere potuerunt. Thomae Moro aliisque LUI martyribus, inter quos annumeratur Ioannes Fisher Episcopus, a Leone XIII Pontifice anno MDCCCLXXXVI Beatorum honores sunt decreti. Una deinde cum eodem Episcopo in Sanctorum catalogum a Pio XI anno MCMXXXV Thomas est relatus, quarta obveniente martyrii saeculari memoria.

4. Proclamandi Thomam Morum Gubernatorum, politicorum Virorum ac Mulierum Patronum multae prostant rationes. Ex iis, necessitas quaedam exemplarium credibilium, quam percipiunt politici viri et Rerum publicarum administratores, ut veritatis via hoc tempore demonstretur, cum difficiles provocationes gravesque responsalitates multiplicentur. Hodie namque oeconomici eventus innovatorii sociales structuras commutant; ceterum scientifica inventa in biotechnologiarum provincia pressius postulant, ut hominum vita omnibus suis in significationibus servetur, dum ea quae de nova societate promittuntur quaeque attonitis vulgi mentibus prospere proponuntur, secum ferunt ut sine mora quaedam politica consilia eaque perspicua pro familia, iuvenibus, senibus, derelictis, capiantur.

Hoc in prospectu recolere iuvat exemplum sancti Thomae Mori qui constanti fidelitate erga auctoritatem legitimaque instituta eminuit, propterea quod in iis ipse non potestati, sed perfectae iustitiae se inservire putabat. Regimen esse prae ceteris virtutis exercitium eius vita nos docet. Solido in hoc morali fundamento innitens, vir civilis ille Anglicus publicam operam suam contulit in personam iuvandam, praesertim debilem ac pauperem; sociales contentiones magno aequitatis sensu exsolvit; familiam tuitus est eamque strenue studioseque defendit, integram iuvenum institutionem pro-

movit. Alta ab honoribus divitiisque distractio, lenis humilitas et iucunda, aequa humanae naturae vanitatisque rerum secundarum cognitio, iudicii fidentia in fide fundata, securam illam eidem subministrarunt interiorem fortitudinem, quae ipsum in rebus adversis et coram morte sustentavit. Eius sanctitas in martyrio effulsit, at comparata est totam per operis vitam in Deo et proximo deditione actam.

Similia breviter attingentes exempla quibus plane significatur congruentia fidem inter et opera, scripsimus in Adhortatione Apostolica postsynodali *Christifideles laici:* « Unitas vitae fidelium laicorum maximi momenti est; ipsi enim ordinaria vita professionali et sociali sanctificari debent. Ut suae ergo vocationi respondeant, fideles laici activitates quotidianas videre debent ut occasionem sese coniungendi cum Deo eiusque voluntatem adimplendi necnon serviendi ceteris hominibus ».[2]

Congruentia haec inter naturalia et supernaturalia constituit forsitan illud principium, quod quolibet alio rectius describit mentem civilis illius viri Anglici: studiosam quidem vitam publicam suam gessit sincera in humilitate, illo hilari animo suo instructam etiam morte instante.

Eius veritatis studium hanc ad metam eum evexit. Homo a Deo seiungi non potest nec res politica a re morali: hoc fuit lumen quod eius conscientiam illustravit. Occasionem iam nacti sumus dicendi ea quae sequuntur: « Homo creatura Dei est, qua de re iura hominis a Deo initium capiunt, in consilio creationis quiescunt et in propositum redemptionis redeunt. Forsitan affirmare licet, audenti quidem voce, quod iura hominis sunt quoque iura Dei ».[3]

Thomae Mori exemplum clarissimo refulsit lumine proprie cum iura conscientiae tuitus est. Ille dici potest peculiari vixisse modo bonum conscientiae moralis, quae « est testimonium ipsius Dei, cuius vox ac iudicium insinuatur in intimum hominis, usque ad eius animi radices »,[4] quamvis, ad actionem adversus haereticos quod spectat, angustias culturae sui temporis pertulerit.

Concilium Oecumenicum Vaticanum II, in Constitutione *Gaudium et spes,* illustrat quomodo in mundo huius temporis crescat « conscientia eximiae dignitatis quae personae humanae competit, cum ipsa rebus omnibus

[2] N.. 17.

[3] ***Sermo,*** 7.4.1998.

[4] Litt. Encycl. ***Veritatis Splendor,*** 58.

praestet, et eius iura officiaque universalia sint atque inviolabilia ».[5] Sancti Thomae Mori vicissitudo unam ex praecipuis ethicae politicae veritatibus perspicue collustrat. Etenim, libertatis Ecclesiae defensio ab iniustis Status interventibus, efficitur simul defensio, vigore primatus conscientiae, libertatis personae coram publica potestate. Quod quidem ponitur fundamentum cuiuslibet ordinis civilis qui cum hominis natura convenit.

5. Speramus, itaque, fore ut clarissimae figurae sancti Thomae Mori exaltatio ad Patronum Moderatorum Nationum Virorumque rei politicae addictorum, ad bonum conferat societatis. Ceterum hoc inceptum plene congruit cum Magni Iubilaei mente, nosque in tertium millennium christianum immittit.

Itaque, re mature perpensa, libenter excipientes petitiones ad Nos missas, constituimus et declaramus sanctum Thomam Morum caelestem Patronum Moderatorum Civitatum atque Virorum Mulierumque rei politicae intentorum, facultatem facientes ut ipsi omnes tribuantur honores et liturgica privilegia quae, ad normam iuris, cum patronis diversi ordinis personarum cohaerent.

Iesus Christus, hominis Redemptor, heri, hodie et semper benedicatur et glorificetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxxi mensis Octobris, anno **MM**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

IOANNES PAULUS PP. II

[5] N.. 26.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LIKUALENSIS

Nova in Congo Praefectura Apostolica conditur Likualensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

De universa catholica familia solliciti, cuncta disponere solemus ut Evangelii nuntius et Domini salutaria beneficia omnia loca contingant et quam efficacissime vel ad longinquos populos perveniant. Nunc gentes versantur ob oculos Nostros quae in Congo commorantur: iis omnibus ex partibus opportuna subsidia commodare properamus. Quapropter Congregationis pro Gentium Evangelizatione de sententia, audito favorabili quorum interest suffragio, adsentiente Venerabili Fratre Mario Roberto Cassari, Archiepiscopo titulo Truentino atque in Congo Apostolico Nuntio, Praefecturam Apostolicam *Likualensem* condimus, quae in regione civili « Likouala » locatur eaque a dioecesi Uessitana distrahenda, et eam curis demandamus Congregationis S. Spiritus sub tutela Immaculati Cordis Beatissimae Virginis Mariae. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem, quem supra memoravimus, legamus, facta videlicet facultate quempiam alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re tandem ad exitum perducta, documenta apparentur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione diligenter mittantur, contrariis rebus minime efficientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tricesimo mensis Octobris, anno Domini bis millesimo, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

83 **ANGELUS** card. **SODANO**
Secretarius Status

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 486.802

II

GAMBELLENSIS

In Aethiopia constituitur nova Praefectura Apostolica Gambellensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Cum esset petitum ut, divisa Praefectura Apostolica Gimmaënsi-Bongana in Aethiopia, nova constitueretur Apostolica Praefectura, Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules, qui Congregationi pro Gentium Evangelizatione sunt praepositi, re mature perpensa auditisque pariter eorum quorum interest votis, censuerunt nuper ibidem novam Praefecturam Apostolicam esse condendam pro maiore bono Christifidelium. Nos igitur, Qui gravissimum gerimus officium supremi Pastoris totius gregis Dominici, talem sententiam ratam habentes, summa, qua fungimur, potestate sequentia decernimus. A Praefectura Apostolica *Gimmaënsi-Bongana* distrahimus districtum civilem, qui patrio sermone Gambella nuncupatur, et partem territorii districtus civilis Ilubabor; atque ex iis locis constituimus novam Praefecturam Apostolicam *Gambellensem,* quam metropolitanae Ecclesiae Neanthopolitanae aggregamus ac sollicitis curis sodalium Societatis Sancti Francisci Salesii committimus. Quae praescripsimus perducet ad exitum Venerabilis Frater Silvanus Marius Tornasi, Archiepiscopus titulo Acellensis eademque in Natione Apostolicus Nuntius; qui, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis ad memoratam Congregationem mittenda. Hanc denique Nostram Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo sexto mensis Novembris, anno Magni Iubilaei bis millesimo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

88 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret, Status tab., n. 486.728

III

LAFIENSIS

In Nigeria nova conditur dioecesis Lafiensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Petitum est nuper ut e divisis Makurdensi et Iosensi Ecclesiis nova in Nigeria constitueretur dioecesis ad aptius consulendum aeternae spirituali saluti atque regimini Christifidelium ibidem commorantium. Quapropter Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules, qui Congregationi pro Gentium Evangelizatione sunt praepositi, re mature perpensa auditisque eorum, quorum interest, votis, admotae postulationi concedendum esse putarunt. Nos igitur de universi Dominici gregis bono solliciti talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. A dioecesi Makurdensi separamus territorium regionis civilis, quae patrio sermone nuncupatur Nasarawa, cum decem locis « Local Government Areas », videlicet Karu, Keffi, Lafia, Obi, Awe, Doma, Nasarawa, Toto, Keana et Kokana; ab archidioecesi autem Iosensi seiungimus tres « Local Government Areas », videlicet Akwanga, Nasarawa Eggon, Wamba; ex iisque novam condimus dioecesim *Lafiensem,* quam metropolitanae Sedi Abugensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Praeterea iubemus Episcopi sedem poni in urbe Lafia atque templum ibidem situm, Deo in honorem sancti Villelmi dicatum, ad dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perficienda committimus Venerabili Fratri Osvaldo Padilla, Archiepiscopo titulo Piensi et in Nigeria Apostolico Nuntio, onere imposito authenticum exemplar actus peractae exsecutionis ad memoratam Congregationem remittendi. Hanc denique Apostolicam Nostram Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quinto mensis Decembris, anno Magni Iubilaei bis millesimo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

SB ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 487.103

LITTERAE APOSTOLICAE

Templum paroeciale et abbatiale sancti Dominici de Silos, quod in urbe Hispanica Burgo exstat, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter sacras aedes metropolitanae Sedis et urbis Burgensis in nobili ac dilectissima Hispanica Natione merito celebratur templum paroeciale et abbatiale sancti Dominici de Silos, artis operibus clarum, ubi pie servantur reliquiae ipsius Dei viri et beati Roderici Yenénguez de Guzman, ad quod plurimi pii peregrinatores etiam exterarum gentium conveniunt. Constat quoque idem templum, a sancti Benedicti sodalibus custoditum, notum esse centrum vitae liturgicae et pastoralis. Cum quidem, haec omnia considerans et maxime quod a die xx mensis Decembris hoc anno usque ad proximum ibidem sollemnia celebrabuntur ob expletum millennium a nativitate eiusdem sancti Dominici de Silos, Venerabilis Frater Iacobus Martínez Acebes, Archiepiscopus Metropolita Burgensis, litteris die xvin superioris mensis Octobris datis, cleri populique sui nomine postulaverit ut memoratum templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, Nos eius Praesulis precibus perquam libenter obsecundandum esse putamus. Ratis igitur plane habitis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, tributis a Nobis facultatibus, hac in re egit, summa Apostolica potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum templum paroeciale et abbatiale, quod diximus, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehimus, cunctis factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae sacris aedibus hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae secundum Decretum « De titulo Basilicae

Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX editum, servanda sunt. Minime vero dubitamus quin concessus honor in spirituale vertat bonum fidelium templi omniumque simul eorum qui praesertim per Annum Iubilarem sancti Dominici de Silos illud visitabunt. Has denique Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Novembris, anno Domini **MM**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
£6 ANGELUS card. SODANO

Loco ffi Sigilli
In Secret, Status tab., n. 487.140

NOTIFICATIO CONIUNCTA *

His Holiness Pope John Paul II, Bishop of Rome, and His Holiness Karekin II, Supreme Patriarch and Catholicos of All Armenians, give thanks to the Lord and Saviour Jesus Christ, for enabling them to meet together on the occasion of the Jubilee of the Year 2000 and on the threshold of the 1700th anniversary of the proclamation of Christianity as the state religion of Armenia.

They also give thanks in the Holy Spirit that the fraternal relations between the See of Rome and the See of Etchmiadzin have further developed and deepened in recent years. This progress finds its expression in their présent personal meeting and particularly in the gift of a relie of Saint Gregory the Illuminator, the holy missionary who con verted the king of Armenia (301 A.D.) and established the line of Catholicoi of the Armenian Church. The présent meeting builds upon the previous encounters between Pope Paul VI and Catholicos Vasken I (1970) and upon the two meetings between Pope John Paul II and Catholicos Karekin I (1996 and 1999). Pope John Paul II and Catholicos Karekin II now continue to look forward to a possible meeting in Armenia. On the présent occasion, they wish to state together the following.

Together we confess our faith in the Triune God and in one Lord Jesus Christ, the only Son of God, who became man for our salvation. We also believe in One, Catholic, Apostolic and Holy Church. The Church, as the

* Die 9 Novembris 2000.

Body of Christ, indeed, is one and unique. This is our common faith, based on the teachings of the Apostles and the Fathers of the Church. We acknowledge furthermore that both the Catholic Church and the Armenian Church have true sacraments, above all — by apostolic succession of bishops — the priesthood and the Eucharist. We continue to pray for full and visible communion between us. The liturgical célébration we preside over together, the sign of peace we exchange and the blessing we give together in the name of our Lord Jesus Christ, testify that we are brothers in the episcopacy. Together we are jointly responsible for what is our common mission: to teach the apostolic faith and to witness to the love of Christ for all human beings, especially those living in difficult circumstances.

The Catholic Church and the Armenian Church share a long history of mutuai respect, considering their various theologicae liturgical and canonicai traditions as complementary, rather than conflicting. Today, too, we have much to receive from one another. Por the Armenian Church, the vast resources of Catholic learning can become a treasure and source of inspiration, through the exchange of scholars and students, through common translations and académie initiatives, through différent forms of theological dialogue. Likewise, for the Catholic Church, the steadfast, patient faith of a martyred nation like Armenia can become a source of spiritual strength, particularly through common prayer. It is our firm desire to see these many forms of mutual exchange and rapprochement between us improved and intensifíed.

As we embark upon the third millennium, we look back on the past and forward to the future. As to the past, we thank God for the many blessings we have received from his infinite bounty, for the holy witness given by so many saints and martyrs, for the spiritual and cultural héritage bequeathed by our ancestors. Many times, however, both the Catholic Church and the Armenian Church have lived through dark and difficult periods. Christian faith was contested by atheistic and materialistic idéologies; Christian witness was opposed by totalitarian and violent régimes; Christian love was suffocated by individualism and the pursuit of personal interest. Leaders of nations no longer feared God, nor did they feel ashamed before humankind. For both of us, the 20th Century was marked by extreme violence. The Armenian génocide, which began the Century, was a prologue to horrors that would follow. Two world wars, countless regional confliets and deliberately organized campaigns of extermination took

the li ves of millions of faithfuL Nevertheless, without diminishing the horror of thèse events and their conséquences, there may be a kind of divine challenge in them, if in response Christians are persuaded to join together in deeper friendship in the cause of Christian truth and love.

We now look to the future with hope and confidence. At this juncture in history, we see new horizons for us Christians and for the world. Both in the East and in the West, after having experienced the deadly consé-quences of godless régimes and lifestyles, many people are yearning for the knowledge of truth and the way of salvation. Together, guided by charity and respect for freedom, we seek to answer their desire, so as to bring them to the sources of authentic life and true happiness. We seek the intercession of the Apostles Peter and Paul, Thaddeus and Bartholomew, of Saint Gregory the Illuminator and all Saintly Pastors of the Catholic Church and the Armenian Church, and pray the Lord to guide our communities so that, with one voice, we may give witness to the Lord and proclami the truth of salvation. We also pray that around the world, wherever members of the Armenian and the Catholic Church live side by side, all ordained ministers, religious and faithful will "help to carry one another's burdens, and in this way obey the law of Christ".[1] May they mutually sustain and assist one another, in full respect of their particular identities and ecclesiastical traditions, avoiding to prevail one over another: "so then, as often as we have the chance, we should do good to everyone, and especially to those who belong to our family in the faith".[2]

Finally, we seek the intercession of the Holy Mother of God for the sake of peace. May the Lord grant wisdom to the leaders of nations, so that justice and peace may prevail throughout the world. In these day s in particular, we pray for peace in the Middle East. May all the children of Abraham grow in mutual respect and find appropriate ways for living peacefully together in this sacred part of the world.

IOANNES PAULUS PP. II KAREKIN II

[1] ***Gal*** 6:2.
[2] ***Ibid.*** 6:10.

ALLOCUTIONES

I

Occasione oblata Iubilaei familiarum.*

1. «Ci benedica il Signore, fonte della vita». L'invocazione che abbiamo ripetuto nel Salmo responsoriale, carissimi fratelli e sorelle, ben sintetizza la preghiera quotidiana di ogni famiglia cristiana, ed oggi, in questa celebrazione eucaristica giubilare, efficacemente esprime il senso del nostro incontro.

Voi siete qui convenuti non solo come singoli, ma come famiglie. Siete giunti a Roma da ogni parte del mondo, portando con voi la profonda convinzione che la famiglia è un grande dono di Dio, un dono originario, segnato dalla sua benedizione.

Così è, infatti. Fin dall'alba della creazione sulla famiglia si posò lo sguardo benedicente di Dio. Dio creò l'uomo e la donna a sua immagine, e diede loro un compito specifico per lo sviluppo della famiglia umana: « ...li benedisse e disse loro: siate fecondi e moltiplicatevi, riempite la terra ».*

Il vostro Giubileo, carissime famiglie, è canto di lode per questa benedizione originaria. Essa si è posata su di voi, coniugi cristiani, quando, celebrando il vostro matrimonio, vi siete giurati amore perenne davanti a Dio. La riceveranno oggi le otto coppie di varie parti del mondo, venute a celebrare il loro matrimonio nella cornice solenne di questo rito giubilare.

Si, vi benedica il Signore, fonte della vita! Apritevi al flusso sempre nuovo di questa benedizione. Essa porta in sé una forza creatrice, rigenerante, capace di eliminare ogni stanchezza e di assicurare perenne freschezza al vostro dono.

2. Questa benedizione originaria è legata a un preciso disegno di Dio, che la sua parola ci ha or ora ricordato: « Non è bene che l'uomo sia solo: gli voglio fare un aiuto che gli sia simile ».[2] E così che, nel libro della Genesi, l'autore sacro delinea l'esigenza fondamentale su cui poggia l'unione sponsale di un uomo e di una donna, e con essa la vita della famiglia che ne scaturisce. Si tratta di un'esigenza di comunione. L'essere umano non è

* Die 15 Octobris 2000.

[1] 28.,

[2] *Ibid., 2,* 18.

fatto per la solitudine, porta in sé una vocazione relazionale, radicata nella sua stessa natura spirituale. In forza di tale vocazione, egli cresce nella misura in cui entra in relazione con gli altri, ritrovandosi pienamente « nel dono sincero di sé ».[3]

All'essere umano non bastano rapporti puramente funzionali. Ha bisogno di rapporti interpersonali ricchi di interiorità, di gratuità, di oblati vita. Tra questi, fondamentale è quello che si realizza nella famiglia: nei rapporti tra i coniugi, come tra questi ed i figli. Tutta la grande rete delle relazioni umane scaturisce e continuamente si rigenera a partire da quel rapporto con cui un uomo e una donna si riconoscono fatti l'uno per l'altra, e decidono di fondere le proprie esistenze in un unico progetto di vita: « Per questo l'uomo lascerà suo padre e sua madre e si unirà a sua moglie e i due saranno una sola carne ».[4]

3. Una sola carne! Come non cogliere la forza di questa espressione? Il termine biblico « carne » non evoca soltanto la fisicità dell'uomo, ma la sua identità globale di spirito e di corpo. Ciò che i coniugi realizzano non è soltanto un incontro corporeo, ma una vera unità delle loro persone. Un'unità così profonda, da renderli in qualche modo nella storia un riflesso del « Noi » delle Tre Persone divine.[5]

Si comprende, allora, la grande posta in gioco che emerge dal dibattito di Gesù con i farisei nel Vangelo di Marco, poc'anzi proclamato. Per gli interlocutori di Gesù, si trattava di un problema di interpretazione della legge mosaica, la quale consentiva il ripudio, provocando dibattiti sulle ragioni che potevano legittimarlo. Gesù supera totalmente questa visione legalista, andando al cuore del disegno di Dio. Nella norma mosaica egli vede una concessione alla « sclerocardia », alla « durezza del cuore ». Ma proprio a questa durezza Gesù non si rassegna. E come potrebbe, Lui che è venuto appunto per scioglierla ed offrire all'uomo, con la redenzione, la forza di vincere le resistenze dovute al peccato? Egli non teme di riadditare il disegno originario: « All'inizio della creazione Dio li creò maschio e femmina ».[6]

4. All'inizio! Solo Lui, Gesù, conosce il Padre « dall'inizio », e conosce anche l'uomo « dall'inizio ». Egli è insieme il rivelatore del Padre e il rivelatore

[3] ***Gaudium et spes,*** 24.

[4] ***Gn 2,*** 24

[5] Cf ***Lettera alle famiglie,*** 8

[6] ***Me*** 10, 6.

dell'uomo all'uomo.[7] Per questo, sulle sue orme, la Chiesa ha il compito di testimoniare nella storia questo disegno originario, manifestandone la verità e la praticabilità.

Facendo ciò, la Chiesa non si nasconde le difficoltà e i drammi, che la concreta esperienza storica registra nella vita delle famiglie. Ma essa sa anche che il volere di Dio, accolto e realizzato con tutto il cuore, non è una catena che rende schiavi, ma la condizione di una libertà vera che ha nell'amore la sua pienezza. La Chiesa sa anche — e l'esperienza quotidiana glielo conferma — che quando questo disegno originario si oscura nelle coscienze, la società ne riceve un danno incalcolabile.

Certo, le difficoltà ci sono. Ma Gesù ha provveduto a fornire gli sposi di mezzi di grazia adeguati per superarle. Per sua volontà il matrimonio ha acquistato, nei battezzati, il valore e la forza di un segno sacramentale, che ne consolida i caratteri e le prerogative. Nel matrimonio sacramentale, infatti, i coniugi — come faranno tra poco le giovani coppie di cui benedirò le nozze — si impegnano a esprimersi vicendevolmente e a testimoniare al mondo l'amore forte e indissolubile con cui Cristo ama la Chiesa. E il « grande mistero », come lo chiama l'apostolo Paolo.[8]

5. « Vi benedica Dio, sorgente della vita! ». La benedizione di Dio è all'origine non solo della comunione coniugale, ma anche della responsabile e generosa apertura alla vita. I figli sono davvero la « primavera della famiglia e della società », come recita il motto del vostro Giubileo. Nei figli il matrimonio trova la sua fioritura: in essi si realizza il coronamento di quella totale condivisione di vita,[9] che fa degli sposi « una sola carne »; e ciò tanto nei figli nati dal naturale rapporto tra i coniugi, quanto in quelli voluti mediante l'adozione. I figli non sono un « accessorio » nel progetto di una vita coniugale. Non sono un « optional », ma un « dono preziosissimo »,[10] iscritto nella struttura stessa dell'unione coniugale.

La Chiesa, com'è noto, insegna l'etica del rispetto di questa struttura fondamentale nel suo significato insieme unitivo e procreativo. In tutto ciò, essa esprime il doveroso ossequio al disegno di Dio, delineando un quadro di rapporti tra i coniugi improntati all'accettazione reciproca senza riserve. Ciò, oltre tutto, viene incontro al diritto dei figli di nascere e di crescere in

[7] Cf *Gaudium et spes,* 22.
[8] Cf *Ef* 5, 32.
[9] *« Totius vitae consortium»:* C.I.C., can.. 1055 § 1.
[10] *Gaudium et spes,* 50.

un contesto di amore pienamente umano. Conformandosi alla parola di Dio, la famiglia si fa così laboratorio di umanizzazione e di vera solidarietà.

6. A questo compito sono chiamati genitori e figli, ma, come già scrivevo nel 1994, in occasione dell'Anno della Famiglia, « il "noi" dei genitori, del marito e della moglie, si sviluppa, per mezzo della generazione e dell'educazione, nel "noi" della famiglia, che s'innesta sulle generazioni precedenti e si apre ad un graduale allargamento ».[11] Quando i ruoli vengono rispettati, in modo che il rapporto tra i coniugi e quello tra genitori e figli si svolga in modo compiuto e sereno, è naturale che per la famiglia acquistino significato ed importanza anche gli altri parenti, quali i nonni, gli zii, i cugini. Spesso, in questi rapporti improntati a sincero affetto e aiuto scambievole, la famiglia svolge un ruolo davvero insostituibile, perché le persone in difficoltà, le persone non sposate, le vedove e i vedovi, gli orfani, possano trovare un luogo di calore e di accoglienza. La famiglia non può chiudersi in se stessa. Il rapporto affettuoso con i parenti è un primo ambito di quella necessaria apertura, che proietta la famiglia verso l'intera società.

7. Accogliete, dunque, con fiducia, care famiglie cristiane, la grazia giubilare, che in questa Eucaristia viene abbondantemente effusa. Accoglietela prendendo come modello la famiglia di Nazareth che, pur chiamata a una missione incomparabile, fece il vostro stesso cammino, tra gioie e dolori, tra preghiera e lavoro, tra speranze e prove angustianti, sempre radicata nell'adesione alla volontà di Dio. Siano le vostre famiglie, sempre più, vere « chiese domestiche », da cui salga ogni giorno la lode a Dio e si irradi sulla società un flusso benefico e rigenerante di amore.

« Ci benedica il Signore, fonte della vita! ». Possa questo Giubileo delle famiglie costituire per tutti voi che lo state vivendo un grande momento di grazia. Sia anche per la società un invito a riflettere sul significato e il valore di questo grande dono che è la famiglia, costruita secondo il cuore di Dio.

Maria, « Regina della famiglia », vi accompagni sempre con la sua mano materna.

[11] ***Lettera alle famiglie,*** 16.

II

Ad sodales Ordinis Melitensis.*

Carissimi fratelli e sorelle!

1. Desidero rivolgere il mio cordiale benvenuto a ciascuno di Voi, Cavalieri e Dame del Sovrano Militare Ordine di Malta, giunti a Roma da ogni parte del mondo per celebrare il Grande Giubileo. Saluto, in particolare, il Gran Maestro, Fra' Andrew W. N. Bertie, ringraziandolo per le cortesi e nobili parole, che ha voluto indirizzarmi a nome dei convenuti. Il mio affettuoso pensiero va al Signor Cardinale Pio Laghi, Patrono di codesto Sovrano Ordine Militare, che ha voluto partecipare all'odierno appuntamento. Con Lui saluto Monsignor Donato de Bonis, vostro Prelato.

Questo incontro riveste uno speciale significato, perché avviene nel contesto dell'Anno Santo Duemila e testimonia la profonda comunione che unisce i membri del vostro Ordine al Successore di Pietro. In questa circostanza, mi è gradito esprimere al Governo dell'Ordine, come pure a quanti generosamente si prodigano nei servizi di pronto soccorso nelle Basiliche romane e nelle altre iniziative giubilari, il mio vivo apprezzamento e la mia riconoscenza per il prezioso e costante contributo che essi stanno offrendo alla buona riuscita dell'evento giubilare.

2. Il Grande Giubileo, con il quale la Chiesa ricorda il secondo millenario dell'incarnazione del Verbo, è un « anno di grazia »: anno della remissione dei peccati e delle pene per i peccati, anno della riconciliazione tra i contendenti, anno di molteplici conversioni e di penitenza sacramentale ed extra sacramentale. In particolare si tratta di un anno legato « alla concessione di indulgenze in modo più largo che in altri periodi »[1] ed al ristabilimento della giustizia di Dio, espressione concreta del comandamento dell'amore.

Scrivevo nella Bolla d'indizione del Giubileo: « Un segno della misericordia di Dio, oggi particolarmente necessario, è quello della carità, che apre i nostri occhi ai bisogni di quanti vivono nella povertà e nell'emarginazione. Sono queste situazioni che si estendono oggi su vaste aree sociali e coprono con la loro ombra di morte interi popoli ».[2]

* Die 19 Octobris 2000.

[1] ***Tertio millennio adveniente,*** 14

[2] ***Incarnationis mysterium,*** 12

Al riguardo, vorrei qui far riferimento alle benemerite iniziative che il vostro Ordine porta avanti in diversi contesti di indigenza morale e spirituale. Esse sono animate da una grande disponibilità verso i bisognosi, rendendo loro visibile e concreto l'amore del Signore e della Chiesa. Sono iniziative che talora costituiscono un valido incoraggiamento e quasi un modello per quanti desiderano contribuire con i loro sforzi a realizzare un mondo nuovo, capace di restituire dignità e donare speranza a chi vive oppresso da moderne forme di schiavitù ed è ferito nel corpo e nello spirito.

3. Mi riferisco in modo speciale al profetico servizio a favore di emarginati ed esclusi, che voi adempite con l'ardore di un'autentica battaglia per la promozione integrale dell'essere umano. Grazie a tale nobile battaglia per la difesa e la valorizzazione dell'uomo, missione cui da diversi secoli si dedica il vostro Ordine, avete potuto innalzare il vessillo dell'amore in molte parti dei cinque continenti, dove malattia e povertà umiliano la persona e ne insidiano, purtroppo, il futuro.

E una vera strategia dell'amore, che vi vede impegnati negli ospedali, nei lebbrosari, nei gruppi di soccorso, asili per bambini e case di riposo per anziani. Dappertutto vi preoccupate di portare avanti le primarie finalità del vostro secolare Ordine: la « *tuitio fidei* » e l'« *obsequium pauperum* », memori sempre di quanto affermava il Fondatore, il Beato Gerardo: « La nostra Istituzione durerà finché a Dio piacerà far nascere uomini desiderosi di rendere la sofferenza più leggera e la miseria più sopportabile ».

4. Fratelli e sorelle carissimi, in tale positivo contesto, la speciale effusione di grazia dell'Anno giubilare costituisce per ciascuno di voi e per l'intera vostra Famiglia spirituale una rinnovata occasione di fedeltà a Cristo ed ai fratelli.

Il Giubileo vi esorta a fissare lo sguardo su Cristo, Redentore dell'uomo, e ad accoglierlo con amore e consapevolezza sempre più intensi. Durante questo vostro pellegrinaggio giubilare, in maniera tutta speciale, avete avuto modo di dedicarvi all'ascolto del Vangelo e alla preghiera e, accostandovi ai Sacramenti, avete voluto rinnovare la vostra fedeltà a Cristo. E solo da Lui, sorgente di vita immortale, che potete attingere nuova forza e nuove energie per andare incontro con lo spirito del buon Samaritano verso le necessità dei poveri, sempre più evidenti e tragiche nel mondo contemporaneo. E soltanto con il suo aiuto che potrete offrire in ogni circostanza alle attese dei poveri risposte non soltanto competenti, ma profondamente ispirate dall'amore evangelico.

L'evento giubilare vi stimola, inoltre, ad essere nei contesti nei quali operate testimoni incessanti di autentica comunione fraterna. Vi chiama a

proclamare con le parole e la vita la verità di Cristo, perché la vostra presenza costituisca, per quanti incontrate, un modello di nuova convivenza umana e civile. Possano le vostre attività costituire occasioni privilegiate di evangelizzazione e rappresentare un punto di riferimento sicuro per tutti coloro che con cuore sincero cercano il Regno di Dio e la sua giustizia.

Da questa celebrazione giubilare scaturisca, infine, per ciascuno di voi un più intenso entusiasmo per testimoniare il vangelo della carità in un mondo dominato dall'egoismo e dal peccato. Le vostre strutture costituiscano dei luminosi avamposti della civiltà dell'amore e realizzazioni efficaci della dottrina sociale della Chiesa.

Con questi sentimenti, mentre affido ciascuno di voi, pellegrini del Sovrano Ordine Militare di Malta, alla celeste protezione della Vergine « Consolatrice degli afflitti » e di San Giovanni Battista, di cuore vi imparto una speciale Benedizione Apostolica, in pegno di copiosi doni e grazie giubilari.

Auguro a tutto l'Ordine di Malta una buona continuazione. Il Signore benedica tutti. Grazie per la vostra visita a Roma e in Vaticano.

III

Ad palaestritas et gymnicos habita.*

1. « Non sapete che nelle corse allo stadio tutti corrono, ma uno solo conquista il premio? Correte anche voi in modo da conquistarlo! ».[1]

A Corinto, dove Paolo aveva portato l'annuncio del Vangelo, vi era uno stadio molto importante, in cui si disputavano i « giochi istmici ». Opportunamente, pertanto, l'Apostolo, per spronare i cristiani di quella città ad impegnarsi a fondo nella « corsa » della vita, fa riferimento alle gare di atletica. Nelle corse allo stadio — egli dice — tutti corrono, anche se uno solo è il vincitore: correte anche voi... Attraverso la metafora del sano agonismo sportivo, egli mette in luce il valore della vita, paragonandola ad una corsa verso una meta non solo terrena e passeggera, ma eterna. Una corsa in cui non uno soltanto, ma tutti possono essere vincitori.

Ascoltiamo oggi queste parole dell'Apostolo, raccolti in questo Stadio Olimpico di Roma, che ancora una volta si trasforma in un grande tempio a cielo aperto, come in occasione del Giubileo internazionale degli sportivi, nel 1984, Anno Santo della Redenzione. Allora, come oggi, è Cristo, unico

* Die 29 Octobris 2000.

[1] *1 Cor* 9, 24.

Redentore dell'uomo, che ci accoglie e con la sua parola di salvezza illumina il nostro cammino.

A tutti voi, carissimi atleti e sportivi di ogni parte del mondo, che celebrate il vostro Giubileo, rivolgo il mio caloroso saluto! Il mio « grazie » più cordiale ai Responsabili delle Istituzioni sportive internazionali e italiane, e a tutti coloro che hanno collaborato ad organizzare quest'appuntamento singolare con il mondo dello sport e con le sue varie articolazioni.

Ringrazio per le parole rivoltemi il Presidente del Comitato Olimpico Internazionale, Signor Juan Antonio Samaranch, e il Presidente del CONI, Signor Giovanni Petrucci, come pure il Signor Antonio Rossi, medaglia d'oro a Sydney ed Atlanta, che ha interpretato i sentimenti di tutti voi, carissimi atleti. Mentre vi contemplo raccolti in bell'ordine in questo stadio, mi tornano alla mente molti ricordi della mia vita, legati ad esperienze sportive. Cari amici, grazie per la vostra presenza e grazie soprattutto per l'entusiasmo con cui state vivendo questo appuntamento giubilare.

2. Con questa celebrazione il mondo dello sport si unisce, come un grandioso coro, per esprimere attraverso la preghiera, il canto, il gioco, il movimento, un inno di lode e di ringraziamento al Signore. È l'occasione propizia per rendere grazie a Dio per il dono dello sport, in cui l'uomo esercita il corpo, l'intelligenza, la volontà, riconoscendo in queste sue capacità altrettanti doni del suo Creatore.

Grande importanza assume oggi la pratica sportiva, perché può favorire l'affermarsi nei giovani di valori importanti quali la lealtà, la perseveranza, l'amicizia, la condivisione, la solidarietà. E proprio per tale motivo, in questi ultimi anni essa è andata sempre più sviluppandosi come uno dei fenomeni tipici della modernità, quasi un « segno dei tempi » capace di interpretare nuove esigenze e nuove attese dell'umanità. Lo sport si è diffuso in ogni angolo del mondo, superando diversità di culture e di nazioni.

Per il profilo planetario assunto da questa attività, è grande la responsabilità degli sportivi nel mondo. Essi sono chiamati a fare dello sport un'occasione di incontro e di dialogo, al di là di ogni barriera di lingua, di razza, di cultura. Lo sport può, infatti, recare un valido apporto alla pacifica intesa fra i popoli e contribuire all'affermarsi nel mondo della nuova civiltà dell'amore.

3. Il Grande Giubileo dell'Anno 2000 invita tutti e ciascuno ad un serio cammino di riflessione e di conversione. Può il mondo dello sport esimersi da questo provvidenziale dinamismo spirituale? No! Anzi proprio l'importanza che lo sport oggi riveste invita quanti vi partecipano a cogliere questa opportunità per un esame di coscienza. È importante rilevare e pro-

muovere i tanti aspetti positivi dello sport, ma è doveroso anche cogliere le situazioni in vario modo trasgressive a cui esso può cedere.

Le potenzialità educative e spirituali dello sport devono rendere i credenti e gli uomini di buona volontà uniti e decisi nel contrastare ogni aspetto déviante che vi si potesse insinuare, riconoscendovi un fenomeno contrario allo sviluppo pieno della persona e alla sua gioia di vivere. E necessaria ogni cura per la salvaguardia del corpo umano da ogni attentato alla sua integrità, da ogni sfruttamento, da ogni idolatria.

30 novembre 2000. Le LL.EE. i monsignori: Lajos Kada, Arcivescovo tit. di Tibica; Walter Kasper, Vescovo em. di Rottenburg-Stuttgart; p. Archim. Emiliano Fabbricatore, O.S.B.I.; mons. Hanna G. Alwan; p. Cyril Vasil, S.I.; sac. Natale Loda; p. David Maria Jaeger, O.F.M.; sac. Antonio Zani; sac. Boris Gudziak; p. Thom Sicking, S.I.; p. Macie j Bielawski, O.S.B.; sac. Johannes Hoffmann; mons. Osvaldo Raineri; prof. Herman Teule, *Consultori della Congregazione per le Chiese Orientali « ad quinquennium ».*

» » » Le LL.EE. i monsignori: Slawoj Leszek Glódz; Joseph Khoury; p. Ivan Zuzek, S.I.; mons. Pio Abresch; mons. Basilio Petra; sac. Dimitrios Salachas; p. Velasio De Paolis, C.S.; p. Jannis Spiteris, O.F.M. Cap., *Consultori della Congregazione per le Chiese Orientali « in aliud quinquennium ».*

14 dicembre » S.B. Ignace Moussa I Daoud, Patriarca di Antiochia dei Siri; le LL.EE. i monsignori: Varkey Vithayathil, Arcivescovo maggiore di Ernakulam-Angamaly dei Siro Malabaresi; Zenon Grocholewski, Arcivescovo tit. di Agropoli; Mario Francesco Pompedda, Arcivescovo tit. di Bisarcio, *Membri del Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi « ad quinquennium ».*

» » » L'Em.mo Sig. Card. Gilberto Agustoni, *Membro del Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi « usque ad 80um ».*

21 » » Mons. Celestino Migliore, *Sotto-Segretario della Sezione per Rapporti con gli Stati della Segreteria di Stato « in aliud quinquennium ».*

11 gennaio 2001. Le LL. EE. i Monsignori: Jan Chrapek, Vescovo di Radom; Joseph Anthony Galante, Vescovo Coadiutore di Dallas; Jean-Michel di Falco, Vescovo tit. di Vallis; i Reverendi: p. Robert Astorino, M.M.; sac. Joseph Befe Ateba; sac. Franco Lever, S.D.B.; sac. Dermod McCarthy; p. Robert A. White; diacono William Kokesch; i Signori: prof. Mario

Agnes; Patricia Bustamante Marin; dott.ssa Daniela Frank; prof. Norberto Gonzalez Gaitano; dott. Emilio Rossi; Russell Shaw, *Consultori del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali « ad quinquennium ».*

11 gennaio 2001. I Reverendi: sac. Valerio Crivelli; p Pasquale Borgomeo, S.I.; p. Franz Josef Eilers, S.V.D.; p. László Lukács, Sch. P.; suor Giovannamaria Carrara, F.S.P.; i Signori: dott. Jerry O'Sullivan-Ryan; dott. Gian Maria Fara; Virgil C. Dechant; dott. James McDonnell; dott. Reinhold Jacobi; Thomas Lorsung; Raphael Chainarong Monthienvichienchai; dott. Helmut Steindl, *Consultori del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali « in aliud quinquennium ».*

17 » » S.E. mons. Diarmuid Martin, Arcivescovo tit. di Glenndálocha, *Osservatore permanente della Santa Sede presso l'Ufficio delle Nazioni Unite ed Istituzioni Specializzate a Ginevra e presso l'Organizzazione Mondiale del Commercio.*

20 » » Mons. Carlo Liberati, *Delegato della Sezione Ordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

29 » » Gli Em.mi Signori Cardinali Joseph Ratzinger, Franciszek Macharski, Jozef Tomko ed Edmund Casimir Szoka, *Membri della Congregazione per i Vescovi « in aliud quinquennium » seu « usque ad 80um ».*

NECROLOGIO

5 dicembre 2000. Mons. Johannes B. Nienhaus, Vescovo tit. di Benda.

7 » » Mons. Fidelis U. Orgah, Vescovo di Otukpo *(Nigeria).*

8 » » Mons. Robert R. Bamrungtrakul, Vescovo em. di Chiang Mai *(Thailandia).*

10 » » Mons. James T. McHugh, Vescovo di Rockville Centre *(Stati Uniti d'America).*

13 » » Mons. Benedict D. Sekey, Vescovo di Gbarnga *(Liberia).*

14 » » Card. Myroslav I. Lubachivsky, del titolo di Santa Sofia a via Boccea, Arcivescovo Magg. di Lviv degli Ucraini *(Ucraina).*

20 » » Mons. Luis Reynoso Cervantes, Vescovo di Cuernavaca *(Messico).*

21 » » Mons. Antoine M. Maanicus, Vescovo di Bangassou, *(Rep. Centroafricana).*

Recens nuntiatum est Antonium Hofmann, ep. em. Passaviensem die 11 m. Martii a. 2000 et Gustavum Olombe Atelumbu Musilamu, ep. em. Vambaënsem die 5 m. Iunii a. 2000, de vita decessisse.

An. et vol. XCIII 3 Martii 2001 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus Beatae Mariae a Iesu Sacramentato Venegas de la Torre Sanctorum ho' nores decernuntur

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

«Omnes male habentes curavit» *(Mt* 8, 16).

Per saeculorum decursum discipuli misericordem Iesu amorem in homines corpore spirituque patientes secuti sunt et imitati. Ii enim Evangelii monitiones sectantes, fratres dilexerunt, iis, pauperibus aegrotisque potissimum, inservientes. Ita se quoque gessit beata Maria a Iesu Sacramentato, quae in Deum amore incitata, se egenis languentibusque ipsa devovit.

Beata haec, in baptismo Maria Nativitas vocata, in oppido *Zapotlanejo,* quod in Civitate Mexici *Jalisco* locatur, die VIII mensis Septembris anno MDCCCLXVIII, Dorotheo Venegas Ñuño et Maria Nieves de la Torre pientissimis parentibus, orta est, qui eam docuerunt christianam fidem principalem obtinere locum. A pueritia inde pia, verecunda et oboediens fuit. Studiose religionis muneribus, precationi, eucharisticae pietati operam dedit, cum Deo coniunctionem simpliciter constanterque colendo. Anno MDCCCXC inter Mariae Filias annumerata est atque, quibusdam perfectis exercitationibus spiritalibus, animadvertit se ad vitam consecratam a Domino vocari. Anno MCMV se cum piarum mulierum communitate sociavit, quae Guadalaiarensi in urbe parvum veletudinarium pauperibus curandis ministrabant. Anno MCMX privatim vota nuncupavit atque anno MCMXXI Antistita illius commu-

nitatis electa est. Praestantium ecclesiasticorum virorum de consilio Constitutiones scripsit, ut Operam illam in Congregationem Sororum Filiarum Sacri Cordis Iesu converteret, quae a Guadalaiarensi Archiepiscopo anno MCMXXX comprobata est. Una cum novem sororibus perpetua vota nuncupavit, nomen sibi imponens Mariam a Iesu Sacramentato atque xxxin annos Generalis Antistita fuit. Usque operata est ut ipsa et sorores sanctificarentur, caritatem erga Christum exercendo, qui in patientibus membris humiliter amabiliterque agnoscebatur et iuvabatur. Eucharistica fervens pietas eius spiritalem vitam designabat. Cum Domino coniunctionem persécuta est, Eum requirens, adorans et in eucharistico mysterio amans, ex quo eius anima in aegritudinibus ac persecutionum in Mexico illius aetatis religiosarum mobilitatibus pacem ac tranquillitatem hauriebat. Multum adlaboravit ut Christi amor omnes homines, pauperes praesertim, aegrotos, senes, peccatores, pervaderet. Sacri Cordis virginisque Mariae pietatem coluit. Suis sororibus cunctisque ad se venientibus exemplum exhibuit ipsaque in fidei, spei, caritatis, oboedientiae, paupertatis, humilitatis virtutibus exercendis se moderatricem praebuit. Summa cum fidelitate constitutiones cum observaret, Summi Pontificis, Episcoporum, sacerdotum auctoritatem veneratione cum prosequeretur, Seminarii tirones cum curaret, spectabilem fidelis consecrationis in Dei perdolentisque humanitatis deditionem testificationem praebuit. Antistitae Generalis relicto officio, precans ac meditans postremos vitae annos exegit. Strenue ac patienter novissimas aerumnas toleravit. Die xxx mensis Iulii anno MCMLIX de hoc mundo demigravit, claram sanctitatis opinionem relinquens. Guadalaiarensis Archiepiscopus anno MCMLXXXI beatificationis canonizationisque Causam incohavit. His igitur cunctis rebus a Congregatione de Causis Sanctorum praescriptis absolutis, die xxn mensis Novembris anno MCMXCII ei Beatorum honores decrevimus. Eius posthac intercessioni mira sanatio adscripta est, de qua inquisitio apud Curiam Guadalaiarensem facta est. Eventus felici cum exitu a Congregatione de Causis Sanctorum pervestigatus est atque die xxvi mensis Martii anno MCMXCIX coram Nobis Decretum super miraculo prodiit. Patrum Cardinalium Episcoporumque in Consistorio die II mensis Iulii anno MCMXCIX coadunatorum faventibus suffragiis auditis, statuimus ut canonizationis ritus Romae die xxi mensis Maii iubilaris anni **MM** celebraretur.

Hodie igitur in foro Petriano inter sacra haec protulimus verba: Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, bea-

torum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Christophorum Magallanes et viginti quattuor Socios, Iosephum Mariam de Yermo y Parres et Mariam a Iesu Sacramentato Venegas de la Torre Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime efficientibus rebus quibuslibet.

Datum apud Sanctum Petrum, die vicesimo primo mensis Maii anno Domini bis millesimo, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 480.814

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

IANAUBENSIS

In Brasilia nova conditur dioecesis Ianaubensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Maiori bono Christifidelium studentes consulere Venerabiles Fratres Gerardus Maiella de Castro, Episcopus Montisclarensis, et Anselmus Müller, Episcopus Ianuariensis, audita Conferentia Episcopali Brasiliae, ab hac Apostolica Sede petiverunt ut, quibusdam seiunctis locis a circumscriptionibus ecclesiasticis suis, nova conderetur dioecesis. Nos vero, praehabito faventi voto Venerabilis Fratris Alfii Rapisarda, Archiepiscopi titulo Cannensis et in eadem Natione Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis admotae postulationi libenter concedendum esse putavimus. Summa igitur Nostra potestate quae sequuntur decernimus atque iubemus. A dioecesi Montisclarensi separamus territorium, prout nunc civili lege circumscribitur, municipiorum patrio sermone nuncupatorum: Janauba, Porteirinha, Pai Pedro, Serranópolis, Nova Porteirinha, Riacho dos Machados, Varzelândia, Ibiracatu, Verdelândia, Rio Pardo de Minas, Montezuma, Indaiabira, Santo Antonio do Retiro, Vargem Grande, Sâo Joào do Paraíso et Ninheira; a dioecesi autem Ianuariensi seiungimus territorium, prout nunc civili lege circumscribitur, municipiorum nuncupatorum: Espinosa, Mamonas, Monte Azul, Gameleira, Catuti, Mato Verde, Jaiba et Matos Cardoso atque ex ita distractis locis novam constituimus dioecesim *Ianaubensem,* quae iisdem limitabitur finibus, quibus praedicta municipia simul sumpta, prout in civili lege exstant, ad praesens terminantur. Sic conditae Ecclesiae sedem in urbe Janaúba ponimus, ibique situm paroeciale templum Sacro Cordi Iesu dicatum, ad gradum et dignitatem ecclesiae cathedralis evehimus, mandantes ut in eo, ad normam iuris, Canonicorum Capitulum instituatur. Praeterea dioecesim Ianaubensem suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Adamantinae eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Adamantini pro tempore subicimus. Cetera vero secundum canonicas le-

ges temperentur. Quae praescripsimus, perficienda committimus Venerabili Fratri Alfio Rapisarda, quem diximus, vel, absente eo, illi, qui ibidem curat negotia Apostolicae Nuntiaturae, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quinto mensis Iulii, anno bis millesimo, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOANNES B. card. RE
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 480.373

II

LITUANIA

Ordinariatus Militaris in Lituania conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Christi discipuli nos, « in carne ambulantes, non secundum carnem militamus — nam arma militiae nostrae non carnalia sed potentia Deo » *(2 Cor* 10, 3-4). Verumtamen magni aestimamus, qui patriam suam aliaque bona secundum iustitiam defendunt, eisque necessaria spiritalia iuvamina providere curamus. Nunc igitur, cum inter Apostolicam Sedem et Lituaniam inita sit pactio hunc in finem ut catholicis christifidelibus ad copias terrestres, maritimas et aërias pertinentibus, stabili firmioreque ratione spiritualia praestentur adiumenta, Nos *Ordinariatum Militarem in Lituania* constituimus, sollicito animo cupientes ut ibidem milites iisdem bonis frui possint

quibus ceteris in nationibus christiani gaudent eiusmodi munus exercentes. Ordinariatus militaris praedictae Dicionis regetur normis generalibus Constitutionis Apostolicae « Spirituali militum curae », Statutibus ab Apostolica Sede editis, legibus ecclesiasticis universalibus. Ad haec omnia perficienda delegamus Venerabilem Fratrem Hervinum Iosephum Ender, Archiepiscopum titulo Germaniensem in Numidia et Nuntium Apostolicum in Lituania, vel, ipso absente, negotiorum Sanctae Sedis in eadem Republica gestorem, necessarias et opportunas eidem tribuendo facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito remittendi ad Congregationem pro Episcopis, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Has Litteras Nostras firmas esse nunc et in posterum tempus volumus, quibuslibet rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quinto mensis Novembris, anno Domini bismillesimo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

£8 **ANGELUS** card. **SODANO**
Secretarius Status

IOANNES B. card. **RE**
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret, Status tab., n. 487.129

III

GREGORII DE LAFERRERE

In Argentina nova conditur dioecesis Gregorii de Laferrere.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Haud parva laetitia afficimur quoties Nobis datur occasio novae erigendae dioecesis in animarum salutem. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Georgius Arturus Meinvielle, S.D.B., Episcopus Sancti Iusti, audita Confe-

rentia Episcopali Argentina, ab hac Apostolica Sede petivisset ut, distractis territoriis a circumscriptione ecclesiastica sua, nova dioecesis conderetur, Nos, habito faventi voto Venerabilis Fratris Ubaldi Calabresi, Archiepiscopi titulo Fundani et in eadem Natione tunc Apostolici Nuntii, re mature diligenterque perpensa, admotae postulationi perquam libenter concedendum esse putavimus. De consilio igitur Congregationis pro Episcopis, summa Nostra potestate haec decernimus. A dioecesi Sancti Iusti separamus integrum territorium civilis regionis patrio sermone nuncupatae Cañuelas atque e regione La Matanza seiungimus territorium illud quod ad meridiem exstat lineae designatae a subsequentibus viis: a via Cristiania usque ad coniunctionem cum via Juan Manuel de Rosas; a via Juan Manuel de Rosas usque ad coniunctionem cum ferrivia « Gral. Manuel Belgranó »; a ferrivia « Gral. Manuel Belgrano » usque ad coniunctionem cum via Bartolomé de las Casas; a via Bartolomé de las Casas usque ad coniunctionem cum via Bruselas; a via Bruselas usque ad coniunctionem cum via Perito Moreno; a via Perito Moreno usque ad coniunctionem cum via Cristiania; a via Cristiania usque ad coniunctionem cum via Don Bosco; atque ex ita distractis territoriis novam constituimus dioecesim *Gregorii de Laferrere*, quae iisdem limitabitur finibus praedictis. Sic conditae Ecclesiae episcopalem sedem in urbe « Gregorio de Laferrere » ponimus, ibique situm templum, Deo in honorem Christi Regis dicatum, ad gradum et dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus, mandantes ut in eo, ad normam iuris, Canonicorum Capitulum instituatur. Praeterea dioecesim Gregorii de Laferrere suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Bonaerensi eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Bonaërensis pro tempore subicimus. Cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perficienda committimus Venerabili Fratri Sancti Abril y Castellò, Archiepiscopo titulo Tamadensi et in Argentina Apostolico Nuntio, vel, absente eo, illi, qui ibidem curat negotia Apostolicae Nuntiaturae, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis, cum primum fas erit, remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quinto mensis Novembris, anno Magni Iubilaei bis millesimo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

83 **ANGELUS** card. **SODANO**
Secretarius Status

IOANNES B. card. **RE**
Congr. pro Episcopis Praef,

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret, Status tab., n. 487406

IV

AGRIGENTINAE C ATAÑEN. MESSANEN. PANORMITANAE SYRACUSANAE et ALIARUM

Ecclesiasticarum provinciarum Siciliae nova fit ordinatio.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Ad maiori consulendum spirituali bono Christifidelium Ecclesiarum particularium Siciliae, Nos, qui gravissimo fungimur munere supremi Pastoris totius gregis Dominici, normis Decreti Sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II « Christus Dominus », n. 40, obsequentes ac prae oculis habentes can. 431, 1-2 Codicis Iuris Canonici, audito Praeside Conferentiae Episcoporum Italiae, de consilio Congregationis pro Episcopis, summa Apostolica potestate sequentia decernimus. Archiepiscopalem Ecclesiam Catanensem, hucusque Sanctae Sedi immediate subiectam, et episcopalem Ecclesiam Agrigentinam, ob magna ac laeta incrementa quae iam a plurimis annis coeperunt, ad gradum Ecclesiarum metropolitanarum attollimus iisque iura ac privilegia cuncta conferimus, quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae ad normam communis iuris fruuntur; simulque ex integro ecclesiasticas Provincias utriusque servato nomine constituimus. Catanensem et Agrigentinum nunc ipsos Episcopos, Venerabiles Fratres Aloisium Bommarito et Carmelum Ferraro, ad gradum Archiepiscoporum metropolitarum promovemus, quos iuribus privilegiisque exornamus, quibus potiuntur alii metropolitae Archiepiscopi, at oneribus similiter nectimus et officiis quibus illi itidem su-

biacent. Nova proinde Provincia ecclesiastica Catanensis constabit quidem ex metropolitana Ecclesia Catanensi atque ex suffraganeis Ecclesiis Iaciensi, usque nunc immediate subiecta, et Calatayeronensi, hactenus archidioecesi Syracusanae suffraganea. Simili modo, nova erecta ecclesiastica Provincia Agrigentina constabit ex metropolitana Ecclesia Agrigentina, exque suffraganeis Ecclesiis Calatanisiadensi, hucusque metropolitanae Ecclesiae Montis Regalis suffraganea, et Platiensi, hactenus archidioecesi Syracusanae suffraganea. Praeterea ecclesiastica Provincia Panormitana constabit ex metropolitana Ecclesia Panormitana atque ex suffraganeis Ecclesiis Cephaludensi, Mazariensi, Drepanensi et Montis Regalis, usque nunc metropolitana, quae prorsus archiepiscopalem dignitatem retinebit. Ecclesiasticam autem Provinciam Syracusanam component Ecclesiae eiusdem nominis et suffraganeae dioeceses Ragusiensis ac Netensis. Denique ecclesiasticam Provinciam Messanensem-Liparensem-Sanctae Luciae efformabunt Ecclesia eiusdem nominis, cui manebunt suffraganeae dioeceses Herbitensis et Pactensis. Quae praescripsimus committimus perficienda Venerabili Fratri Andreae Cordero Lanza di Montezemolo, Archiepiscopo titulo Tuscanensi et in Italia Apostolico Nuntio, eidem tribuentes necessarias atque opportunas facultates quem libet alium delegandi, virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito, cum primum fas erit, sincerum exemplar actus effectae exsecutionis ad Congregationem pro Episcopis remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die altero mensis Decembris, anno Magni Iubilaei bis millesimo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

£8 **ANGELUS** card. **SODANO**
Secretarius Status

IOANNES B. card. **RE**
Congr, pro Episcopis Praef

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco & Plumbi
In Secret. Status tab., n, 486 900

V

ZARIENSIS

In Nigeria nova conditur dioecesis Zariensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Totius dominici gregis spiritale curantes summa diligentia bonum, studiose contendimus ut Christi Evangelium ubique terrarum nuntietur **Tecta**que ratione explanetur. Nunc vero de Christifidelibus deque cunctis hominibus bonae voluntatis in Nigeria cogitamus atque res disponere properamus ut salutiferae ibi veritatis praedicatio facilius commodiusque eveniat. Accepta igitur sententia Congregationis pro Gentium Evangelizatione, ab archidioecesi Kadunaënsi regionem, vulgo dictam « Kaduna », decem « Local Government Areas », scilicet « Zaria, Sabon Gari, Soba, Ikara, Makarfi, Kubau, Kudun, Giwa, Bernin Gwari et Igabi », cum exceptione districtuum civilium vulgo « Rigasa » nec non « Rigachukun », abstrahimus quibus nova dioecesis constituitur *Zariensis* appellanda. Novae ecclesialis communitatis sedem in urbe vulgo dicta « Zaria » locamus templumque ibidem in honorem Christi Regis dicatum ad gradum evehimus Ecclesiae Cathedralis, cunctis consentaneis concessis iuribus et privilegiis. Dioecesim Zariensem metropolitanae sedi Kadunaënsi suffraganeam efficimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione obnoxiam. Cetera cuncta ad Iuris Canonici normas exsolvantur. Ad explenda quae per has Litteras statuimus Venerabilem Fratrem Osvaldum Padilla, Archiepiscopum titulo Piensem atque in Nigeria Apostolicum Nuntium, legamus. Re denique ad exitum perducta, documenta apparentur, quorum sincera exempla ad Congregationem quam diximus diligenter mittantur, contrariis rebus minime obsistentibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quinto mensis Decembris, anno Domini bismillesimo, Pontificatus Nostri tertio et vigesimo.

83 **ANGELUS** card. **SODANO**
Secretarius Status

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr, pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret, Status tab., n, 487.102

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Eduardo Ioanni Mariae Poppe Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Qui manet in me, et ego in eo fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere» *(Io* 15, 5).

Arta cum Iesu coniunctio vitae exstitit gaudium et apostolici operis animatio Eduardi Ioannis Mariae Poppe, qui in semetipso imaginem fínxit vividam Christi boni Pastoris ipseque multum ad eius regnum aedificandum contulit, frugiferum ministerium pro pueris potissimum, sacerdotibus opificibusque sustinendo. Dei hic vir apud Belgas in pago Temse vocitato Gandavensis dioecesis die xvin mensis Decembris anno MDCCCXC, Desiderio Aloisio Poppe pistore et Iosepha Ogiers parentibus, a quibus in christiana disciplina est institutus, ortus est. A puero cum Deo inambulavit. Studiorum apud Universitatem Lovaniensem lauream in philosophicis rebus est consecutus atque apud Seminarium Gandavense sua studia produxit. Popularis sui S. Ioannis Berchmans exempla tenens, quam celerrime se voluit sanctum fieri ideoque ad sacerdotium perquam studiose se comparavit, quod suscepit die i mensis Maii anno MCMXVI. Paulo post vicarius cooperator paroeciae sanctae Colettae, in vico quodam Gandavi sitae, nominatus est. Pauper inter pauperes, salutis animarum amator, illius plebis saluti ac praesertim pueris in christiana disciplina erudiendis ipsisque ad sacram synaxim primum accedentibus operam animose dedit. Hac de re manipulum catechesis magistrarum instituit, rationem viamque ad eucharistiam accedendi iniit atque *Communionis frequentis* consociationem condidit. Eius ex apostolico studio quaedam dissensiones ortae sunt, quae, una cum haud firma valetudine, effecerunt ut in sanctitatis via expeditius incederet. Anno MCMxviii ad parvum pagum Moerzeke, non longe a Temse, intra Flandriae Orientalis fines, missus est, ut communitatem aliquam Sororum veluti rector temperaret, quae hospitium senum pupillorumque moderabantur. In solitudine ac silentio ad precationem, doctrinam adipiscendam ac ministerium exercendum se contulit, etsi infirma valetudo effecit ut multum temporis in lecto iacens exigeret. Ut potuit proximae paroeciae sacerdotes iuvit atque domum suam compluribus laicis, religiosis ac presbyteris reclusit, qui eius

ministerium consiliaque requirebant. Ecclesiam adamavit itemque liberaliter periteque societatis sanctificationi studuit. Corporis rebus saecularibusque moribus praeter modum affectatis per efficacem evangelizationem, cuius initium ac finis Eucharistia fuit, obstitit. Sacerdotum coniunctionem, catechesis operam, liturgiae renovationem, laicorum apostolatum, socialem Flandriae motum promovit. Die xv mensis Septembris anno MCMXX Lexovii sepulcrum S. Teresiae a Iesu Infante invisit atque ex illo tempore in se ipse recepit eius parvam viam. Per innumeras epistulas scriptaque varia suum is gessit magno cum spiritali profectu apostolatum. Anno MCMXXII Leopoldsburg petiit, ut clericos religiososque totius nationis coleret, qui stipendia apud castra dicta Beverlo merebant. Laetanter iis thesauros tradidit sui inflammati cordis, quod in Dominum, Ecclesiam, Virginem Mariam amore flagrabat, cui ipse, exemplo S. Ludovici Mariae Grignion de Montfort compulsus, se addixit. Sub fidei, humilitatis, abnegationis lumine summa alacritate ac perseverantia quamlibet virtutem coluit ac fidelis evasit Evangelii testis, vitae exemplar ac prudens christianae perfectionis magister. Caritate incitatus, Deo pro sacerdotum sanctificatione se vovit. Cum Moerzeke pervenisset ut Natalis Domini sollemnia celebraret, gravi morbo correptus est eoque consumptus. Dominus die x mensis Iunii anno MCMXXIV ad se eum vocavit. Sanctitatis fama, quem vivum comitata est, increbruit post eius mortem. Eiusdem vitae scripta ipsiusque opera ubique terrarum evulgata sunt, in Africa etiam et Asia. Compluribus postulantibus fidelibus, Episcopus Gandavensis Beatificationis et Canonizazionis Causam incohavit. Nos Ipsi die XXX mensis Iunii anno MCMLXXXVI declaravimus Dei Servum heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse. Die III mensis Iulii anno MCMXCVIII Nobis coram decretum super miraculo prodiit, Venerabilis Dei Servi intercessioni adscripto. Statuimus exinde ut beatificationis ritus die III mensis Octobris anno MCMXCIX Romae celebraretur.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri spectante, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam: Nos, vota Fratrum Nostrorum Iacobi Cardinalis Biffi, Archiepiscopi Bononiensis, Arturi Luysterman, Episcopi Gandavensis, Iulii Sanguineti, Episcopi Brixiensis, Mauri Meacci, Abbatis Ordinarii Sublacensis, et Ottorini Petri Alberti, Archiepiscopi Calaritani, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ferdinandus Maria Baccilieri, Eduardus Ioannes Maria Poppe,

Archangelus Tadini, Marianus ab Arce Casali, Didacus Oddi et Nicolaus a Gesturi Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Ferdinandi Mariae Baccilieri die prima Iulii, Eduardi Ioannis Mariae Poppe die decima Iunii, Archangeli Tadini die vicesima prima Maii, Mariani ab Arce Casali die trigesima Maii, Didaci Oddi die sexta Iunii et Nicolai a Gesturi die octava Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime officientibus rebus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die tertio mensis Octobris anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo nono, Pontificatus Nostri vicesimo primo.

De mandato Summi Pontificis
£8 **ANGELUS** card. **SODANO**

Loco 68 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 471.330

II

Venerabili Servo Dei Nicolao Bunkerd Kitbamrung Beatorum caelitum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Libenter hanc patior acerbitatem, quoniam Deus permittit ut ego patratos luam errores et peccata pro mundi pace et pro dilecti mei populi utilitate... Iesum, meum supremum Magistrum vestigiis sequens. Deum semper precatus sum pro illis tribus falsis testibus qui me mendacii reum accusaverunt... ». Haec verba Nicolaus Bunkerd Kitbamrung ad episcopum suum scripsit e carcere, dum per tres novissimus vitae suae annos propter sacerdotium et assiduam Evangelii sollicitudinem ingentes patiebatur dolores. Pater Nicolaus in Thailandia die xxxi mensis Ianuarii anno MDCCCXCV natus est, in Provincia vulgo Nakhon Pathon prope Bangkokium. Ecclesiasticis studiis expletis, die xxiv mensis Ianuarii anno MCMXXVI sacro presbyteratus ordine est insignitus in cathedrali ecclesia Bangkokiensi, Beatae Mariae Virgini in caelum Assumptae dicata. Ab inito sacerdotio alacrem se praebuit ad Evangelium gentibus nondum

christianis ferendum et ad catholicos in plenam fidei firmitudinem revocandos. Catechistas diligenter instituit, conversionem textuum liturgicorum in Thailandicam linguam summo curavit studio, eiusque nomen ob auxilium pauperibus assidue praestitum quandam favoris popularis auram obtinuit. Ad incepta contulit pro suis fratribus sacerdotibus iuvandis, et adiumentum praebuit ad vitam suorum civium digniorem reddendam. Omnibus adiutor, amicus, magister ac potius sacerdos exstitit. Anno MCMXXXIII, simul cum alio presbytero, missionale iter arripuit per montes in Thailandia septemtrionali, vicos peragrans nondum christiana fide signatos. Usque ad vicum vulgo Burma pervenit intuitu missionalis ministerii. Attamen diversis ex adiunctis custodia est detentus eo ipso tempore quo Deus vocaturus erat eum ad aliud reddendum testimonium.

Ad annum MCMXL exortus est nationalismus politicus et socialis clamitans: « Una civitas: Thailandia! Una religio: Buddhismus! »

Ad res nimias perventum erat! Associationes, « Coetus stirpis Thailandicae » appellatae, ex omni civitatis parte sunt exortae, quae statim in christianos Thailandicos irruerunt. Hi quidem discrimina passi sunt et persecutiones; tempia et scholae clausa sunt, quaedam etiam igne consumpta. Eminentes sacerdotes, quos inter P. Nicolaus, sunt oppugnati. Quamvis adiuncta instarent pericula, Servus Dei ministerium palam exercere non cessavit, sive gregem suum invisendo, sive animum illius in difficultatibus firmando, sive sacramenta administrando. Quidam ex presbyteris in tutiores partes nationis sese receperunt; Nicolaus suo populo adesse maluit. Die xn mensis Ianuarii anno MCMXLI, dum in sollemnitate Epiphaniae Domini populum ad Eucharisticam celebrationem congregaret, Pater Nicolaus simul cum octo fidelibus comprehensus est; alii coacti sunt ad falsum testimonium reddendum; omnes in carcerem Bangkokiensem sunt deportati. Specie processus peracta, ex qua ne ulla quidem vera erui poterat probatio, ad vincula unus quisque damnatus est per aliquot annos. P. Nicolaus longiore poena limitatus est, quindecim scilicet annorum. In carcere sociis catholicis solamen ferebat eosque statis horis congregabat ad orandum. Exiguum cibum cum indigentibus participabat; intra muros carceris docere et baptizare potuit duodeseptuaginta inclusos. Hac de causa, asperius tractatus est et in partem carceris phthisicis destinatam consulto est translatus: hoc quidem illi exstitit veluti poena capitis. Brevi enim tempore illa vitiatus est contagione, quae eum die xn mensis Ianuarii anno MCMXLIV ad mortem duxit. Corpus eius, semitectum ac feretro privatum, in fovea quadam prope templum

Buddhistarum est conditum, sed aliquantum post erutum est et in Cathedrali templo Bangkokiensi debita dignitate sepultum. Sepulcrum eius sedes factum est quo fidelis populus se confert memoriam veneraturus Servi Dei qui pro Deo et pro Ecclesia animam posuit.

Beatificationis et canonizationis causa incohata est anno MCMXCV et decretum prodiit super martyrio die xxvn mensis Ianuarii anno MM. Deinde statuimus ut beatificationis ritus Romae eodem anno, die v mensis Martii, Romae perageretur.

Hoc igitur die in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Hectoris de Araújo Sales, Archiepiscopi Natalensis, Michaelis Cardinalis Michai Kitbunchu, Archiepiscopi Bangkokiensis, Alexandri Kaszkiewicz, Episcopi Grodnensis Latinorum, Richardi Cardinalis Vidal, Archiepiscopi Caebuani, et Pauli Iosephi Pham Dinh Tung Archiepiscopi Hanoiensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Andreas de Soveral, Ambrosius Franciscus Ferro et viginti octo Socii, Nicolaus Bunkerd Kitbamrung, Maria Stella Adelaidis Mardosewicz et decem Sociae, Petrus Calungsod et Andreas a Phu Yen Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Andreae de Soveral, Ambrosii Francisci Ferro et viginti octo Sociorum die tertia Octobris; Nicolai Bunkerd Kitbamrung die decima secunda Ianuarii; Mariae Stellae Adelaidis Mardosewicz et decem Sociarum die quarta Septembris; Petri Calungsod die secunda Aprilis; et Andreae a Phú Yen die vicesima sexta Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem decrevimus et fecimus, volumus nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus minime officientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Martii, anno MM, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

De mandato Summi Pontificis
& ANGELUS card. SODANO

Loco EB Sigilli
In Secret. Status tab., n. 471.577

CONVENTIO

INTER SANCTAM SEDEM ET SLOVACHIAE REM PUBLICAM

ACCORDO BASE TRA LA SANTA SEDE E LA REPUBBLICA SLOVACCA

La Santa Sede e la Repubblica Slovacca,

facendo riferimento, la Santa Sede ai documenti del Concilio Vaticano II ed al Diritto Canonico e la Repubblica Slovacca alle norme della Costituzione,

richiamandosi ai principi internazionalmente riconosciuti sulla libertà religiosa, alla missione autorevole della Chiesa Cattolica nella storia della Slovacchia, nonché al suo ruolo attuale in campo sociale, morale e culturale,

riferendosi all'eredità spirituale Cirillo-metodiana,

riconoscendo il contributo dei cittadini della Repubblica Slovacca alla Chiesa Cattolica,

manifestando la volontà di contribuire al bene spirituale e materiale della persona umana ed al bene comune,

hanno concordato quanto segue:

Articolo 1

1. La Santa Sede e la Repubblica Slovacca (in seguito solo « le Alte Parti ») si considerano reciprocamente soggetti indipendenti ed autonomi di diritto internazionale e si ispireranno a questi principi nei loro mutui rapporti.

2. Le Alte Parti riconoscono la loro rispettiva personalità giuridica, ed anche quella di tutte le persone giuridiche e fisiche che ne godono secondo l'ordinamento giuridico della Repubblica Slovacca o secondo il Diritto Canonico.

Articolo 2

1. La Repubblica Slovacca riconosce il diritto della Chiesa Cattolica nella Repubblica Slovacca (in seguito solo « la Chiesa Cattolica ») e dei suoi membri alla libera ed indipendente attività, che comprende soprattutto la professione pubblica, l'annunzio e la pratica della fede cattolica, la libertà nell'esercizio della missione della Chiesa Cattolica, l'esercizio delle sue com-

petenze definite dal Diritto Canonico, l'esercizio dei diritti di proprietà relativi ai suoi mezzi finanziari e materiali e di gestione dei propri affari interni.

2. La Santa Sede garantisce che la Chiesa Cattolica utilizzerà tutti i mezzi adeguati per la formazione morale dei cittadini della Repubblica Slovacca, per il bene comune, secondo i principi della dottrina cattolica, in conformità con l'ordinamento giuridico della Repubblica Slovacca.

Articolo 3

1. La Chiesa Cattolica ha il diritto esclusivo di decidere e modificare il suo ordinamento giuridico, erigere, modificare e sopprimere le strutture ecclesiastiche proprie, soprattutto province, arcidiocesi, diocesi, eparchie, esarcati ed amministrazioni apostoliche.

2. La Santa Sede informerà in via riservata la Repubblica Slovacca circa l'erezione, la modifica o la soppressione di una provincia ecclesiastica, di una archidiocesi, di una diocesi, di un'eparchia, di un'esarcato o di un'amministrazione apostolica, prima della loro pubblicazione.

3. La Santa Sede assicurerà la coincidenza dei confini delle diocesi e amministrazioni apostoliche slovacche romano-cattoliche, come anche delle eparchie e degli esarcati greco-cattolici con i confini statali della Repubblica Slovacca.

4. La Chiesa Cattolica ha il diritto di costituire persone giuridiche. La Repubblica Slovacca garantisce la protezione della loro proprietà e la libertà delle loro attività. Le attività di queste persone giuridiche devono essere in conformità con l'ordinamento giuridico della Repubblica Slovacca.

Articolo 4

La Chiesa Cattolica ha il diritto di mantenere contatti con la Santa Sede e con la Chiesa universale, specialmente con le Conferenze Episcopali di altri Paesi, e con le altre Chiese e confessioni religiose come anche con altre persone giuridiche e fisiche nella Repubblica Slovacca ed all'estero.

Articolo 5

1. La Chiesa Cattolica ha il diritto di svolgere la sua missione apostolica, in particolare di compiere riti liturgici e atti religiosi, di annunciare e di insegnare la dottrina cattolica.

2. La Repubblica Slovacca garantisce l'inviolabilità dei luoghi sacri che, conformemente al Diritto Canonico, sono destinati allo svolgimento delle funzioni religiose. Con l'inviolabilità dei luoghi sacri, le Alte Parti intendono la protezione di questi luoghi, che consiste nell'impedire di farne uso per altri scopi che non siano conformi al Diritto Canonico, e nell'impedirne la violazione della propria dignità.

3. Per gravi motivi, e con il consenso della Chiesa Cattolica, un luogo sacro può eccezionalmente essere utilizzato anche per altri scopi, che non siano in contrasto con la sacralità degli stessi luoghi.

4. L'eccezione alla regola dell'inviolabilità dei luoghi sacri è ammessa, se si rende necessaria in vista di un immediato pericolo per la vita o la salute, la sicurezza o la proprietà, anche se non è stato possibile avere in anticipo il consenso della Chiesa Cattolica. In questi casi, la Repubblica Slovacca può prendere le misure necessarie e adeguate per tali luoghi salvaguardando sempre il loro carattere sacro.

Articolo 6

1. La Santa Sede ha il diritto esclusivo di provvedere agli uffici ecclesiastici secondo il Diritto Canonico, in particolare decidere indipendentemente ed esclusivamente nella scelta dei candidati per il ministero episcopale, nonché circa la nomina, il trasferimento, la rinuncia e la rimozione dei Vescovi.

2. La Santa Sede comunica al Governo slovacco, in via riservata e prima della pubblicazione, nome e cognome della persona che sarà nominata Vescovo, ed anche il trasferimento, la rinuncia o la rimozione di un Vescovo. La confidenzialità della comunicazione comprende l'obbligo da parte della Repubblica Slovacca di non esprimere opinioni circa la persona dell'interessato e neanche di prendere posizioni sulla decisione della Santa Sede.

3. La Chiesa Cattolica ha il diritto esclusivo di decidere circa la nomina, il trasferimento, la rinuncia e la rimozione di una persona con riferimento agli altri uffici ecclesiastici o i ministeri relativi alla missione apostolica.

Articolo 7

La Repubblica Slovacca riconosce ä tutti il diritto dell'obiezione di coscienza secondo i principi dottrinali e morali della Chiesa Cattolica. La misura e le condizioni dell'applicazione di questo diritto saranno definite in una intesa particolare tra le Alte Parti.

Articolo 8

1. Il segreto confessionale è inviolabile. L'inviolabilità del segreto confessionale comprende il diritto di rifiutare la deposizione davanti agli organi statali della Repubblica Slovacca.

2. La Repubblica Slovacca garantisce anche l'inviolabilità del segreto d'informazione, affidato oralmente o per iscritto sotto la condizione di riservatezza alla persona incaricata della cura pastorale.

Articolo 9

La Repubblica Slovacca rispetterà come giorni di riposo tutte le domeniche e i seguenti giorni:

a) I° gennaio, Solennità di Maria Ss.ma, della Circoncisione del Signore, e di San Basilio il Grande,

b) 6 gennaio, Epifania del Signore,

c) Venerdì Santo,

d) Lunedì di Pasqua,

e) 5 luglio, Solennità dei santi Cirillo e Metodio,

f) 15 settembre, Solennità della Madonna Addolorata, Patrona della Slovacchia,

g) I° novembre, Solennità di Tutti i Santi,

h) 24 dicembre, Vigilia di Natale,

i) 25 dicembre, Solennità del Natale del Signore,

j) 26 dicembre, Festa di Santo Stefano protomartire e del Coro della Santa Madre di Dio.

Articolo 10

1. Il matrimonio contratto secondo il Diritto Canonico, che adempie anche le condizioni stabilite dal diritto della Repubblica Slovacca per contrarre il matrimonio, ha nel territorio della Repubblica Slovacca identica validità e identiche conseguenze giuridiche come il matrimonio contratto secondo la forma civile. La registrazione statale dei matrimoni celebrati secondo il Diritto Canonico e la loro iscrizione nel registro matrimoniale è definita nell'ordinamento giuridico della Repubblica Slovacca.

2. Le decisioni della Chiesa Cattolica circa la nullità del matrimonio e lo scioglimento del vincolo matrimoniale sono comunicate a richiesta di una delle parti interessate alla Repubblica Slovacca. La Repubblica Slovacca procederà nel caso secondo il suo ordinamento giuridico.

Articolo 11

Le Alte Parti collaboreranno alla difesa e alla promozione del matrimonio nonché della famiglia che proviene dal matrimonio.

Articolo 12

1. La cura e l'educazione dei figli è diritto e dovere dei genitori. Se, per motivi gravi, i genitori non possono esercitare questo diritto, in base alla decisione del tribunale competente della Repubblica Slovacca, questo diritto passa ad altre persone o alle istituzioni per la realizzazione dell'educazione istituzionale o protettiva.

2. I genitori e altre persone e istituzioni menzionate nel paragrafo (1), hanno il diritto di educare i figli secondo i principi dottrinali e morali della Chiesa Cattolica.

Articolo 13

1. La Chiesa Cattolica ha il diritto di costituire, gestire ed utilizzare per l'educazione e l'istruzione, scuole elementari, scuole medie, università e altre istituzioni scolastiche, secondo le condizioni stabilite dall'ordinamento giuridico della Repubblica Slovacca.

2. Le scuole e le istituzioni scolastiche, di cui al paragrafo (1), hanno uguale condizione come le scuole e le istituzioni scolastiche statali e fanno parte inseparabile ed equivalente del sistema educativo-formativo della Repubblica Slovacca. Il contributo finanziario per dette scuole e istituzioni scolastiche da parte del bilancio statale della Repubblica Slovacca sarà stabilito con una Intesa speciale, secondo l'articolo 20 del presente Accordo.

3. I genitori ed altre persone menzionate nell'Articolo 12 paragrafo (1) hanno il diritto di scegliere liberamente la scuola e l'istituzione scolastica.

4. La Repubblica Slovacca riconosce la validità dei certificati degli studi compiuti nelle scuole e nelle istituzioni scolastiche di cui al paragrafo (1), nei limiti dei criteri di validità dei documenti di studi delle scuole statali e delle istituzioni scolastiche dello stesso o equivalente ordine e grado, secondo le condizioni stabilite dall'ordinamento giuridico della Repubblica Slovacca per la validità dei certificati di studi compiuti in tutte le scuole e le istituzioni scolastiche che fanno parte del sistema educativo e istruttivo della Repubblica Slovacca. La Repubblica Slovacca riconosce l'equipollenza di questi certificati. Le regole menzionate in questa disposizione riguardano anche i certificati dei titoli e gradi accademici e scientifici.

5. La Repubblica Slovacca si impegna a creare le condizioni per l'educazione cattolica degli alunni nelle scuole e nelle istituzioni scolastiche in conformità con la convinzione religiosa dei loro genitori. Tale impegno comporta il dovere di adempiere le richieste dei genitori di avvalersi dell'educazione religiosa cattolica in tutti i gradi delle scuole elementari, in tutti gli ordini ed in tutti i tipi delle istituzioni scolastiche, e di sussidiare le organizzazioni cattoliche educative ed i movimenti giovanili.

6. La Chiesa Cattolica ha il diritto di insegnare la religione in tutte le scuole ed istituzioni scolastiche, che fanno parte del sistema educativo e formativo della Repubblica Slovacca secondo le condizioni stabilite nel paragrafo (9). L'insegnante di religione gode, nelle relazioni giuridiche di lavoro, uguale posizione come gli insegnanti di altre materie, se il medesimo adempie le condizioni dell'insegnante per le scuole del rispettivo ordine e grado stabiliti nell'ordinamento giuridico della Repubblica Slovacca. L'autorizzazione della Chiesa Cattolica è condizione necessaria per lo svolgimento dell'attività pedagogica dell'insegnante di religione in tutte le scuole.

7. Le persone di confessione cattolica hanno il diritto di far valere nel processo educativo e formativo la propria convinzione per quanto riguarda

l'educazione alla famiglia, conformemente ai principi dell'etica cristiana. Ciò non tocca i doveri di queste persone, stabiliti conformemente all'ordinamento giuridico della Repubblica Slovacca nell'ambito dell'educazione e della formazione.

8. La Santa Sede, nel processo educativo e formativo, rispetterà i principi della tolleranza religiosa, dell'ecumenismo e della collaborazione come anche i sentimenti delle persone di diversa convinzione religiosa e i sentimenti delle persone non credenti.

9. Le Alte Parti definiranno in particolari Intese internazionali altre norme relative alle scuole ed alle istituzioni scolastiche considerate nel paragrafo (1), all'insegnamento della religione cattolica e all'educazione cattolica degli alunni, all'università cattolica, alle facoltà teologiche, ai seminari ed alle istituzioni formative religiose.

Articolo 14

1. La Chiesa Cattolica ha il diritto di esercitare la cura pastorale per i membri delle Forze Armate e dei Corpi di Polizia.

2. I sacerdoti, i diaconi, i religiosi, i seminaristi ed i novizi hanno il diritto di svolgere il servizio militare obbligatorio con un servizio spirituale nelle Forze Armate.

3. I membri delle Forze Armate e i membri dei Corpi di Polizia hanno il diritto di partecipare alla Santa Messa, la domenica e nei giorni festivi di precetto, se ciò non è in conflitto con l'adempimento di gravi compiti di servizio. Ad altri riti religiosi partecipano, durante gli orari d'impiego, con il consenso del responsabile di servizio.

4. Le Alte Parti definiranno i particolari relativi all'assistenza pastorale alle Forze Armate e ai Corpi di Polizia, al servizio militare obbligatorio e al servizio civile alternativo dei sacerdoti, dei diaconi, dei religiosi, dei seminaristi e dei novizi con una apposita Intesa internazionale.

Articolo 15

La Chiesa Cattolica ha il diritto di svolgere la cura pastorale per i fedeli che soggiornano negli istituti penitenziari e in quelli di detenzione e di rieducazione.

Articolo 16

1. La Chiesa Cattolica ha il diritto di svolgere attività pastorale, spirituale, formativa ed educativa in tutte le istituzioni statali formative, educative e sanitarie, nelle istituzioni statali di servizi sociali, comprese quelle adibite all'educazione istituzionale obbligatoria, alla cura e al reinserimento sociale dei tossicodipendenti, in conformità con le condizioni concordate tra la Chiesa Cattolica e la rispettiva istituzione. La Repubblica Slovacca assicurerà le condizioni adatte per l'esecuzione di questo diritto. Le persone che sono sotto la cura di queste istituzioni hanno il diritto di partecipare alla Messa nella domenica e nei gorni di precetto e la libertà di adempiere tutti gli atti religiosi.

2. Le Alte Parti collaboreranno alla realizzazione dei progetti comuni nei settori della cura sanitaria, della formazione e dell'educazione, e in quella dell'assistenza degli anziani e dei malati. Questi progetti riguarderanno scuole, istituzioni educative e sanitarie, istituzioni di servizi sociali, di terapia e di reinserimento dei tossicodipendenti. La Santa Sede garantisce che la Chiesa Cattolica promuoverà questi progetti soprattutto con il personale; la Repubblica Slovacca vi provvederà, in misura proporzionale, soprattutto materialmente e finanziariamente.

Articolo 17

1. La Chiesa Cattolica ha il diritto di svolgere attività formative, educative, scientifico-sperimentali, missionarie, caritative, sanitarie e sociali. Questo diritto comprende anche la costituzione, la proprietà e la gestione di istituzioni di questo genere conformemente con le condizioni stabilite nell'ordinamento giuridico della Repubblica Slovacca.

4. Una parola particolare vorrei ora rivolgere a coloro, tra voi, che hanno il delicatissimo compito di formulare ed approvare le leggi: un compito che avvicina l'uomo a Dio, Legislatore supremo, dalla cui Legge eterna ogni legge attinge, in ultima analisi, la sua validità e la sua forza obbligante. Proprio a questo si intende alludere quando si afferma che la legge positiva non può contraddire la legge naturale, null'altro essendo quest'ultima se non l'indicazione delle norme prime ed essenziali che regolano la vita morale, e quindi di quelli che sono i caratteri, le esigenze profonde e i valori più alti della persona umana. Come già ho avuto modo di affermare anche nell'Enciclica Evangelium vitae, « alla base di questi valori non possono esservi provvisorie e mutevoli "maggioranze" di opinione, ma solo il riconoscimento di una legge morale obiettiva che, in quanto "legge naturale" iscritta nel cuore dell'uomo, è punto di riferimento normativo della stessa legge civile ».[4]

Questo significa che le leggi, quali che siano i campi in cui il legislatore interviene o è obbligato ad intervenire, devono sempre rispettare e promuovere — nella varietà delle loro esigenze spirituali e materiali, personali, familiari e sociali — le persone umane. Perciò una legge che non rispetti il diritto alla vita — dalla concezione alla morte naturale — dell'essere umano, quale che sia la condizione in cui si trova — sia esso sano o malato, ancora allo stato embrionale, vecchio o in stadio terminale — non è una legge conforme al disegno divino: perciò, un legislatore cristiano non può né contribuire a formularla né approvarla in sede parlamentare, anche se, là dove già esiste, gli è lecito proporre emendamenti che ne attenuino la dannosità in sede di discussione parlamentare. Lo stesso deve dirsi di ogni legge che danneggi la famiglia e attenti alla sua unità e alla sua indissolubilità oppure dia validità legale a unioni tra persone, anche dello stesso sesso, che pre-

[3] Cfr *Centesimus annus,* 42

[4] N.. 70.

tendano di surrogare con gli stessi diritti la famiglia fondata sul matrimonio tra un uomo e una donna.

Indubbiamente, nell'attuale società pluralistica, il legislatore cristiano si trova di fronte a concezioni di vita, a leggi e a richieste di legalizzazione che sono in contrasto con la propria coscienza. Sarà allora la prudenza cristiana, che è la virtù propria del politico cristiano, ad indicargli come comportarsi per non venir meno, da una parte, al richiamo della sua coscienza rettamente formata, e non mancare, dall'altra, al suo compito di legislatore. Non si tratta, per il cristiano di oggi, di uscire dal mondo in cui la chiamata di Dio l'ha posto, ma piuttosto di dare testimonianza della propria fede e di essere coerente con i propri principi, nelle difficili e sempre nuove circostanze che caratterizzano l'ambito della politica.

5. Illustri Signori e gentili Signore, i tempi che Dio ci dà da vivere sono per tanta parte oscuri e difficili, poiché sono tempi in cui è messo in gioco il futuro stesso dell'umanità nel millennio che si apre dinanzi a noi. In molti uomini del nostro tempo dominano la paura e l'incertezza: dove stiamo andando? quale sarà nel prossimo secolo il destino dell'umanità? dove ci porteranno le straordinarie scoperte scientifiche, soprattutto in campo biologico e genetico, fatte in questi ultimi anni? Siamo infatti consapevoli di essere solo all'inizio di un cammino che non si sa dove potrà sboccare e se sarà a vantaggio o a danno degli uomini del XXI secolo.

Noi cristiani di questo tempo, formidabile insieme e meraviglioso, pur partecipando alle paure, alle incertezze e agli interrogativi degli uomini di oggi, non siamo pessimisti riguardo al futuro, poiché abbiamo la certezza che Gesù Cristo è il Signore della storia, e perché abbiamo nel Vangelo la luce che illumina il nostro cammino, anche nei momenti difficili e oscuri.

L'incontro con Cristo ha trasformato un giorno la vostra vita e oggi Voi avete voluto rinnovarne lo splendore con questo pellegrinaggio alle memorie degli apostoli Pietro e Paolo. Nella misura in cui persevererete in questo stretto legame con Lui, attraverso la preghiera personale e la partecipazione convinta alla vita della Chiesa, Egli, il Vivente, continuerà ad effondere su di Voi lo Spirito Santo, lo Spirito della verità e dell'amore, la forza e la luce di cui tutti noi abbiamo bisogno.

Con un atto di fede sincera e convinta, rinnovate la vostra adesione a Gesù Cristo, Salvatore del mondo, e fate del suo Vangelo la guida del vostro pensiero e della vostra vita. Sarete allora nella società odierna quel fermento di vita nuova di cui l'umanità ha bisogno per costruire un futuro più giusto e più solidale, un futuro aperto alla civiltà dell'amore.

V

Ad docentes et alumnos Catholicae Universitatis a Sacro Corde Iesu.*

Magnifico Rettore,
Illustri Presidi,
Chiarissimi Professori,
Signori medici ed ausiliari,
Carissimi studenti!

1. E per me una grande gioia potervi di nuovo incontrare, quasi restituendovi la visita che mi avete fatto il 13 aprile scorso nella Basilica di San Pietro, quando l'Università Cattolica ha voluto celebrare il suo Giubileo in forma solenne.

Incontro, in questa occasione solenne, tutta la realtà dell'Università Cattolica. Saluto perciò di cuore non soltanto voi qui presenti, ma anche coloro che dalle altre sedi dell'Ateneo — a Milano, Brescia e Piacenza — sono collegati con noi. Un saluto speciale rivolgo al Cardinale Camillo Ruini, mio Vicario generale per la diocesi di Roma e Presidente della Conferenza episcopale Italiana, nonché alle altre illustri personalità ed autorità civili e religiose che ci fanno dono della loro presenza. Ringrazio di cuore l'onorevole Emilio Colombo, Presidente dell'Istituto Toniolo, e il professor Sergio Zaninelli, Rettore Magnifico dell'Università, per le nobili parole che mi hanno rivolto.

2. Vengo a gioire con voi per due significativi ottantesimi: quello dell'Università Cattolica del Sacro Cuore e quello dell'Istituto « Giuseppe Toniolo » di Studi Superiori, a cui il Padre Gemelli, l'ardente francescano che sta alle vostre origini, affidò la fondazione della stessa Università Cattolica e il compito di farsene nel tempo sostenitore e garante. A giudicare dalla vitalità che l'Università ha dimostrato in questi ottant'anni, quel compito è stato efficacemente assolto. La stessa intitolazione dell'Istituto al Venerabile Toniolo, che preparò i tempi e il terreno dell'Università con una vita interamente spesa alla causa della « cultura cristiana », è stata come un'indicazione programmatica posta nel codice genetico di questo Ateneo. Consacrato con santa audacia al Sacro Cuore, esso vive da allora per mostrare l'intima

* Die 9 Novembris 2000,

armonia di fede e ragione e formare al tempo stesso professionisti e scienziati che sappiano attuare una sintesi tra Vangelo e cultura, sforzandosi di fare dell'impegno culturale una via di santità.

3. Cultura e santità! Non dobbiamo temere, nel pronunciare questo binomio, di operare un accostamento indebito. Queste due dimensioni, al contrario, se ben comprese, si incontrano in radice, si alleano con naturalezza nel cammino, si ritrovano congiunte nella meta finale.

Si incontrano in radice! Non è forse Dio, il tre volte Santo,[1] la sorgente di ogni luce per la nostra intelligenza? Dietro ogni nostra conquista culturale, se andiamo al fondo delle cose, fa capolino il mistero. Ogni realtà creata, infatti, rinvia al di là di se stessa a Colui che ne è la scaturigine ultima e il fondamento. L'uomo, poi, proprio mentre indaga ed impara, riconosce il suo statuto di creatura, sperimenta uno stupore sempre nuovo di fronte agli inesauribili doni del Creatore, si proietta con l'intelligenza e la volontà verso l'infinito e l'assoluto. Una cultura autentica non può non portare il segno della salutare inquietudine stupendamente scolpita da Sant'Agostino nell'esordio delle sue Confessioni: « Ci hai fatti per Te, e il nostro cuore è inquieto, finché non riposa in Te ».[2]

4. Pertanto, l'impegno culturale e l'impegno spirituale, lungi dall'escludersi o dall'essere in tensione tra loro, si sostengono a vicenda. L'intelligenza ha certo le sue leggi e i suoi percorsi, ma ha tutto da guadagnare dalla santità della persona in ricerca. La santità, infatti, pone lo studioso in una condizione di maggiore libertà interiore, ne arricchisce di senso lo sforzo, ne sostiene la fatica con il contributo di quelle virtù morali che plasmano uomini autentici e maturi. L'uomo non si può dividere! Se ha un valore l'antico motto « mens sana in corpore sano », a maggior ragione si può dire: « mens sana in vita sancta ». L'amore di Dio, con la coerente adesione ai suoi comandamenti, non mortifica, ma esalta il vigore dell'intelligenza, favorendo il cammino verso la verità. Cultura e santità è perciò il binomio « vincente » per la costruzione di quell'umanesimo plenario di cui Cristo, rivelatore di Dio e rivelatore dell'uomo all'uomo,[3] è il modello supremo. Di questo umanesimo le aule di un'Università Cattolica devono essere come un laboratorio qualificato.

[1] Cfr *Is* 6, 3,
[2] ***Conf., I,*** 1
[3] ***Gaudium et Spes*** 22.

5. È provvidenziale, a tal proposito, che questo mio incontro con voi coincida col decimo anniversario della Costituzione Apostolica « *Ex corde Ecclesiae* », da me firmata il 15 agosto 1990. In essa, com'è a voi ben noto, ho delineato le caratteristiche imprescindibili di un'Università Cattolica, definendola « luogo primario e privilegiato per un fruttuoso dialogo tra Vangelo e cultura ».[4] Permettete che io vi riconsegni questo documento, affidandolo ad una vostra rilettura attenta e operosa, perché la vostra Università, onorando pienamente l'intuizione del suo Fondatore, incarni sempre meglio questo ideale. Esso non vi separa dal tessuto delle altre Università, ed ancor meno dal dialogo costruttivo con la società civile, ma vi chiede di essere presenti con uno specifico contributo, tenendovi ancorati alle esigenze cristiane ed ecclesiali inscritte nella vostra identità. Siate fino in fondo discepoli della verità, anche quando questo dovesse costare incomprensione e solitudine. La parola di Gesù è perentoria: « La verità vi farà liberi ».[5]

6. Proprio in quest'ottica, trovo di grande significato quanto oggi avete voluto porre in atto con due iniziative che suscitano in me vivo compiacimento. Penso innanzitutto al nuovo «Istituto Scientifico Internazionale "Paolo VI" di ricerca sulla fertilità e infertilità umana », che la vostra Università ha deciso di costituire proprio in questo Policlinico, come il Magnifico Rettore ha poc'anzi annunciato. L'Istituto intende far convergere qualificati ricercatori operanti nel settore di questa delicata problematica, perché essa possa trovare soluzioni sempre più efficaci, nella linea dell'etica sessuale e procreativa costantemente ribadita dal Magistero.

In questo stesso spirito apprezzo vivamente la testimonianza che oggi l'Università Cattolica ha inteso dare con il documento firmato da alcuni illustri vostri docenti sul tema « Sviluppo scientifico e rispetto dell'uomo », con specifico riferimento al problema dell'utilizzo degli embrioni umani nella ricerca sulle cellule staminali. Su temi come questi, è in gioco non qualche aspetto peregrino della cultura, ma un complesso di valori, di ricerche e di comportamenti da cui molto dipende del futuro dell'umanità e della civiltà.

7. Continuate, carissimi docenti ed alunni, in questo appassionante cammino di una ricerca sempre rigorosa sotto il profilo scientifico, ma al tempo stesso attenta alle dimensioni dell'etica, alle esigenze della fede, alla promozione dell'uomo.

[4] N. 43..

[5] ***Gv*** 8, 32.

In particolare, desidero augurarvi che questo impegno si traduca anche in un clima di vita accademica, che sappia sempre coniugare l'impegno dell'intelligenza con quello di un'autentica esperienza cristiana. L'Università è destinata non solo a far crescere la conoscenza, ma anche a formare le persone. Questo compito educativo non può essere mai sottovalutato. Del resto, la stessa trasmissione della verità ha tutto da guadagnare da un clima di rapporti umani improntato a valori di sincerità, amicizia, gratuità, rispetto reciproco. Sono convinto che, se i docenti ambiscono ad essere veri « formatori », debbono esserlo non solo come maestri di dottrina, ma anche come « maestri di vita». Per tutto questo avete alle spalle una tradizione ricchissima di testimoni da imitare. Mi ha colpito in questo senso un proposito del Venerabile Toniolo, consegnato al suo Diario spirituale: « Aver massima sollecitudine dei miei discepoli, trattandoli come sacro deposito, come amici del mio cuore, da dirigere nelle vie del Signore ».[6] E a simili testimoni che dovete ispirarvi. Gioisco, perciò, al pensiero che, fra qualche giorno, in questo vostro Policlinico, a me particolarmente caro anche per ciò che ha rappresentato in momenti difficili della mia vita, la nuova cappella sarà dedicata al santo medico Giuseppe Moscati. La sua figura sia per voi un continuo monito, un concreto ideale di vita: dalle aule dell'Università Cattolica dovrebbero uscire tanti medici come lui!

8. A voi, ora, carissimi studenti, mi rivolgo con speciale affetto. L'inizio dell'anno accademico vi offre l'occasione per riflettere sul senso del vostro studio al fine di consolidarne la prospettiva cristiana a vantaggio del vostro futuro servizio alla società. Voi sarete i dirigenti di domani, gli operatori culturali, sociali, sanitari dei prossimi decenni. Applicatevi con amore alla fatica dello studio e della ricerca, non limitandovi a sognare il pur legittimo successo professionale, ma guardando alla bellezza del servizio che potrete rendere per l'edificazione di una società più giusta e solidale. In particolare voi, futuri medici, dotatevi non soltanto della più rigorosa competenza scientifica, ma anche di uno stile umano che sappia incontrare le attese profonde del malato e della sua famiglia; uno stile che faccia percepire al sofferente la dimensione misteriosa e redentiva del dolore. Imparate fin d'ora a trattare i malati come Cristo stesso!

Anche io ho sperimentato un tale trattamento qui al Gemelli. E non posso non ricordare il compianto Professor Crucitti e tanti altri Professori, come anche la compianta Suor Ausilia. « *Requiescant in pace* ».

[6] G. Toniolo, ***Voglio farmi santo,*** Roma, 1995, p 60.

9. Carissima famiglia dell'Università Cattolica del Sacro Cuore! Ottant'anni sono passati da quando il sogno del Padre Gemelli cominciò a diventare realtà. Questa realtà si è gradatamente consolidata, così da presentarsi oggi imponente non solo nelle sue dimensioni, ma anche nella varietà e nella qualità dei suoi servizi. L'Italia cattolica può andare orgogliosa di voi. Ma so che l'intero Paese vi guarda con rispetto e apprezzamento. Grande è la vostra tradizione, grande è anche il compito che vi aspetta! Oggi state affrontando le sfide di una fase storica di cambiamenti, nella quale si impongono adattamenti e innovazioni anche delle strutture universitarie. Sappiate realizzarle con coraggio e intelligenza, senza mai tradire lo spirito che da sempre vi anima.

Ancora una volta vi affido in questo cammino alla Vergine Santissima Sedes Sapientiae, implorandone la materna protezione su voi, sui vostri cari e sul vostro lavoro. Con questi sentimenti a tutti imparto di cuore l'Apostolica Benedizione.

NUNTIUS

Die Nativitatis Domini.*

1. « Il primo uomo, Adamo, divenne un essere vivente, ma l'ultimo Adamo divenne spirito datore di vita».[1]

Questo afferma l'apostolo Paolo, riassumendo il mistero dell'umanità redenta da Cristo. Mistero nascosto nel disegno eterno di Dio, mistero che si è fatto, in certo modo, storia con l'incarnazione del Verbo eterno del Padre; mistero che la Chiesa rivive con intensa emozione, in questo Natale dell'Anno Duemila, Anno del Grande Giubileo.

Adamo, il primo « uomo vivente », Cristo l'ultimo Adamo, « spirito datore di vita »: le parole dell'Apostolo ci aiutano a guardare in profondità, a riconoscere nel Bambino nato a Betlemme l'Agnello immolato che svela il senso della storia.[2] Nel suo Natale si sono incontrati il tempo e l'eternità: Dio nell'uomo e l'uomo in Dio.

2. « Il primo uomo, Adamo, divenne un essere vivente ». Il genio immortale di Michelangelo ha rappresentato sulla volta della Cappella Sistina l'i-

* Die 25 Decembris 2000

[1] ***1 Cor*** 15, 45,

[2] Cfr ***Ap*** 5, 7-9.

stante in cui Dio Padre comunica l'energia vitale al primo uomo, facendo di lui « un essere vivente ». Tra il dito di Dio e quello dell'uomo, protesi l'uno verso l'altro fino quasi a toccarsi, sembra scoccare un'invisibile scintilla: Dio pone nell'uomo un palpito della sua stessa vita, lo crea a propria immagine e somiglianza.

In quel soffio divino sta l'origine della singolare dignità dell'essere umano, della sua inesauribile nostalgia di infinito. È a quell'attimo d'insondabile mistero, in cui la vita umana ha inizio sulla terra, che torna il pensiero quest'oggi contemplando il Figlio di Dio farsi figlio dell'uomo, il volto eterno di Dio brillare nel volto di un Bambino.

3. « Il primo uomo, Adamo, divenne un essere vivente ». Per la scintilla divina riposta in lui, l'uomo è un essere intelligente e libero, e perciò capace di decidere responsabilmente di sé e del proprio destino.

Il grande affresco della Sistina continua con la scena del peccato originale: il serpente, arrotolato intorno all'albero, induce i progenitori a mangiarne il frutto proibito. Il genio dell'arte e l'intensità del simbolo biblico si sposano perfettamente per evocare il momento drammatico, che inaugura per l'umanità una storia di ribellione, di peccato e di dolore. Ma poteva Iddio dimenticare l'opera delle sue mani, il capolavoro della creazione? Conosciamo la risposta della fede: « Quando venne la pienezza del tempo, Dio mandò il suo Figlio, nato da donna, nato sotto la legge, per riscattare coloro che erano sotto la legge, perché ricevessimo l'adozione a figli ».[3] Risuonano con singolare eloquenza queste parole dell'apostolo Paolo, mentre contempliamo l'evento stupendo del Natale, nell'anno del Grande Giubileo. Nel Neonato deposto nella mangiatoia noi salutiamo il « nuovo Adamo » divenuto per noi « spirito datore di vita ». L'intera storia del mondo è protesa verso di Lui, nato a Betlemme per ridare speranza ad ogni uomo sulla faccia della terra.

4. Dal presepe lo sguardo si allarga oggi all'intera umanità, destinataria della grazia del « secondo Adamo », ma pur sempre erede del peccato del « primo Adamo ». E non è forse quel primo « no » a Dio, ribadito nel peccato di ogni uomo, che continua a sfigurare il volto dell'umanità? Bambini percossi, umiliati e abbandonati, donne violentate e sfruttate, giovani, adulti, anziani emarginati, interminabili teorie di esuli e di profughi, violenza e guerriglia in tanti angoli del pianeta.

[3] ***Gal*** 4, 4-5.

Penso con apprensione alla Terra Santa, dove la violenza continua ad insanguinare il faticoso cammino della pace. E che dire di vari Paesi — penso in questo momento in particolare all'Indonesia — dove nostri fratelli nella fede, persino in questo giorno di Natale, vivono ore drammatiche di dolore e di sofferenza? Non possiamo non ricordare quest'oggi che tenebre di morte minacciano la vita dell'uomo in ogni sua fase e specialmente ne insidiano il primo inizio ed il naturale tramonto. Si fa sempre più forte la tentazione di impadronirsi della morte procurandola in anticipo, quasi si fosse arbitri della vita propria o altrui. Siamo di fronte a sintomi allarmanti della « cultura della morte », che costituiscono una seria minaccia per il futuro.

5. Ma per quanto fitte appaiano le tenebre, più forte è la speranza del trionfo della Luce apparsa nella Notte Santa a Betlemme. C'è tanto bene che si compie nel silenzio da uomini e donne che vivono quotidianamente la loro fede, il loro lavoro, la loro dedizione alla famiglia e al bene della società. Incoraggiante è poi l'impegno di quanti, anche nell'ambito pubblico, operano perché siano rispettati i diritti umani di ciascuno e cresca la solidarietà tra popoli di culture diverse, perché sia condonato il debito dei Paesi più poveri, perché si giunga ad onorevoli accordi di pace tra Nazioni coinvolte in rovinosi conflitti.

6. Ai popoli che in ogni parte del mondo si orientano con coraggio verso i valori della democrazia, della libertà, del rispetto e dell'accoglienza reciproca, ad ogni persona di buona volontà, a qualunque cultura appartenga, oggi si rivolge il gioioso annuncio di Natale: « Pace in terra agli uomini che Dio ama

All'umanità che s'affaccia sul nuovo millennio, Tu, Signore Gesù, nato per noi a Betlemme, chiedi il rispetto di ogni persona, soprattutto se piccola e debole; chiedi la rinuncia ad ogni forma di violenza, alle guerre, alle sopraffazioni, ad ogni attentato alla vita! Tu, o Cristo, che contempliamo oggi tra le braccia di Maria, sei il fondamento della nostra speranza! Ce lo ricorda l'apostolo Paolo: « Le cose vecchie sono passate, ecco, ne sono nate di nuove! ».[5] In Te, solo in Te è offerta all'uomo la possibilità di essere una « creatura nuova ».

Grazie per questo tuo dono, Bambino Gesù!

Buon Natale a tutti!

[4] Cfr *Lc* 2, 14

[5] *2 Cor* 5, 17.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

TAURINENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Marci Antonii Durando sacerdotis Congregationis Missionis S. Vincentii De Paul fundatoris instituti Sororum a Iesu Nazareno (1801-1880)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Veritatem autem facientes in caritate crescamus in illum per omnia, qui est caput Christus » » *(Eph* 4, 15).

Haec Apostoli Pauli verba vitae apostolicae Sancti Vincentii de Paul (1581-1660) norma fuerunt, actionis viri, qui non verbis umquam contentus fuit, et potissimam hanc regulam filiis suis spiritalibus reliquit iisque, quotquot in eius Instituti opera incumbunt. Mos, quem Sanctus ille Missionariis suis suggerebat hic erat, ut « Carthusiani essent domi, apostoli extra », cui addebat: « Se sanctificare caritatis exercitio oportere ».

Dignus filius Sancti Vincentii de Paul fuit Marcus Antonius Durando, qui longam vitam impendit totam in Dei servitium, Ecclesiae, suarum Communitatum et pauperum, humilem ostendens, constantem, serenam cordis apertionem; « si quid boni facere possum — dicere solebat — id facio; si non, manibus Providentiae res defero ».

Egregius hic Christi discipulus Monte Vici, in Pedemontio, in lucem est susceptus die 22 mensis Maii anno 1801, ab insigni religiosaque familia. Claris cum vocationis signis ad statum sacerdotalem, decem et septem annos natus, studiis philosophicis peractis in seminario dioecesano illius urbis atque tonsura accepta Ordinibusque minoribus, Congregationem Missionis est ingressus. Secreto sperabat se ad Sinarum missiones missum iri. Post studia theologica in studiorum sede Sarzanensi confecta, est presbyter ordinatus Fossani pridie idus Iunias anno 1824.

Eius missionum exterarum petitio, pluries iterata, non est a Superioribus accepta, et contra missionibus popularibus in patria est destinatus, tamquam missionarius ruralis atque exercitationum spiritalium ad clerum praedicator. Zelo suo moderato et indefatigabili, praeparatione sua, vita interiore et eloquentia, horum duorum principalium Congregationis Missionis ministeriorum instaurationi in Pedemontio profuit.

Augustam Taurinorum missus, nominatus est illius domus Superior (anno 1831) et postea Superior Provincialis (anno 1837) necnon Filiarum Caritatis Rector provinciae septemtrionalis Italiae. Per duos et quadraginta annos, usque ad mortem, cum firmitate cumque lenitudine provinciam Vincentianam Pedemontanam-Langobardam rexit, eius opera multiplicans, a legibus eversoriis protegens anni 1866 atque disciplinam renovans religiosam.

Anno 1833 Filias Caritatis a Gallia in Italiam arcessiverat, mirum fovens vocationum atque operum florem ardore suo. Anno 1835 Sodalitium Matronarum a Caritate restituit, quod suis ordinibus ditissimas nobilissimasque dominas Taurinenses annoveravit. Earum atque Filiarum Caritatis auxilio verum creavit aedium intextum assiduitati pauperibus praebendae, quae dictae sunt "Misericordiae", quarum fautor fuit indefatigatus. Cum missiones exteras adipisci non potuisset, singulari cum fervore diffundendae Operae Propagationis Fidei interfuit, et in domo Genuensi ephebeum aedificavit *Brignole-Sale* denominatum, futuris apostolis missionum toto orbe terrarum formandis (anno 1856).

Augustae Taurinorum, praecipua laboris sui provincia, consiliator prudens fuit atque conscientiarum moderator magni aestimatus, ad omnes questiones paratus etiam ad rem politicam attinentes. Urbis Archiepiscopus, viri politici et personae eminentes eum in consilium adhibuerunt. Carolus Albertus rex episcopum eum esse exoptabat, sed Servus Dei semper ex humilitate hunc vitavit honorem.

Anno 1865, Serva Dei Aloisia Borgiotti adiuvante, Institutum condidit Sororum a Iesu Nazareno pro illis puellis, quae ab aliis Congregationibus ob natalium vitium non excipiebantur. Eius mentis atque cordis aperitio magis etiam apparuit cum Sororibus uti propositum praecipuum concredidit aegrotorum curam in eorundem domibus diu noctuque atque iuventutis derelictae.

Eius vita industriosa mentisque locuples ad finem venit Augustae Taurinorum die 10 mensis Decembris anno 1880.

Servus Dei alacrem immensamque actionem apostolicam et beneficam explicavit difficillimis temporibus, idque magna cum fide; cotidie Domini

auxilio confisus et Virginis Mariae, atque invicta cum animi fortitudine et singulari prudentia.

Omnem eius actum fides permeavit. Coram Eucharistia vim hauriebat, quae centrum fuit eius vitae sacerdotalis. Impense pietatem sensit erga Christi Passionem, Eucharistiae mysterii continuationem, memoriale mortis Domini. Religionem coluit filialem ac simplicem in Matrem Redemptoris. Praecipue meditari studebat eius Immaculatae Conceptionis mysterium, ac diffusionis Consociationis Filiarum Mariae in domibus Filiarum Caritatis patrocinium suscepit. Eius spes, Dei fiducia et fortitudo praesertim apparuerunt in abolitione communitatum religiosarum anno 1866. In eiusmodi casibus cum serenitate sequi solebat quae Providentia statuerat: « In intimis cordibus nostris, dicere erat solitus, Dei adoremus consilia, qui tantam permittit eventuum rerumque commutationem, e qua, suo tempore, suam promet gloriam, quamvis hoc tempus providere non possimus ».

Eius in Deum amor purus erat et ab omni humano studio immunis amoreque proximorum se expressit et potissimum Ecclesiae ac Summi Pontificis.

Servus Dei pater bonus fuit, qui omnes excipiebat, divites et pauperes, magnos et parvos, multa cum caritate, benignitate et Gomitate.

Papam dilexit et magnum cepit dolorem ex his, quae Summo Pontifici perferenda fuerunt aetate e resurgente Italia nuncupata. « Ex animo cupio pacem inter Potestates et Ecclesiam — fratri suo Iacobo scripsit, Reipublicae ministro — cupio contra Ecclesiam, contra eius Instituta pugnare desinatur. Pontificia auctoritas semper sol fuit Italiae. Sine Summis Pontificibus Roma sicut Babylonia esset et Ninive ». In rebus ad politicam pertinentibus maxima egit cum prudentia ac suos missionarios nullam aliam rem politicam praedicare docuit, nisi Evangelii.

In sua gubernandi ratione fortitudinem cum clementia temperavit, multumque dolebat cum aliquod inordinatum praevertere non poterat. Simplici sinceraque humilitate impulsus est ad postulandum semel atque iterum, usque ad extremos vitae annos, ut vacatio sibi daretur a munere Superioris Provincialis et Rectoris Filiarum Caritatis. Numquam autem est a Superioribus Maioribus exauditus, qui bene eius moderationis praestantiam cognoscebant.

Industrius fuit, temperans, castus, iustus et consideratus administrator ac privatim ipse artissimam dilexit paupertatem illamque explicavit. Renovatio observantiae religiosae in provinciis Vincentianis eius attribuenda est exemplo et plus etiam eius adhortationibus atque animadversionibus.

Eius virtutum fama post mortem non decrevit, sed potius est aucta; quocirca Archiepiscopus Taurinensis Causam iniit beatificationis et canonizationis atque annis 1928-1930 Processum Ordinarium Informativum instruxit. Decreto promulgato super Causae Introductione (anno 1941), apud eandem Curiam Taurinensem celebratus est Processus Apostolicus super virtutibus in specie. Horum canonicorum Processuum auctoritas et vis probata est anno 1951. Apparata Positione, inquisitum est an Servus Dei virtutes coluisset théologales, cardinales et iis adnexas heroum in modum. Consultores Theologi sua tulerunt suffragia in Congressu Peculiari pridie idus Ianuarias anno 1971. Summario historico Additionali confecto, actus est, exitu cum felici, alter Congressus Peculiaris die 21 mensis Septembris anno 1978. Patres Cardinales atque Episcopi Positionem exquisiverunt die 27 mensis Martii anno 1979. Peractis deinde aliis studiis peculiaribus, die 20 mensis Iunii anno 2000, Causae Ponente Excellentissimo Domino Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo Calaritano, acta est altera Cardinalium et Episcoporum Sessio Ordinaria, qui professi sunt Servum Dei Marcum Antonium Durando sicut heroas decet virtutes coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite essel factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Marci Antonii Durando, Sacerdotis Congregationis Missionis S. Vincentii de Paul, Fundatoris Sororum a Iesu Nazareno, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2000.

& **IOSEPHUS SARAIVA MARTINS**
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

UTINENSIS

Canonizationis beati Aloisii Scrosoppi sacerdotis Oratorii Sancti Philippi Neri fundatoris congregationis Sororum a Providentia (1804-1884)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Aloisius Scrosoppi Utini in vitam venit pridie nonas Augustas anno 1804. Presbyter dioecesanus ordinatus anno 1827, Institutum condidit Sororum a Providentia. Anno 1842 sodalis factus est Oratorii Sancti Philippi Neri. Instituti quod condiderat confirmationem rexit, scholas aperuit et hospitium pro mulieribus surdis mutisque atque multis aliis operibus caritatis se dedidit pro pauperibus et egenis. Fama sanctitatis clarus, mortus est die 3 mensis Aprilis anno 1884.

Beatificationis et canonizationis Causa inchoata est anno 1932. Summus Pontifex Ioannes Paulus II eum in Beatorum numerum rettulit anno 1981, die 4 mensis Octobris.

Anno 1996 in Zambia coniectus mirus eventus factus est, quem Causae Postulatio iudicio permisit Congregationis de Causis Sanctorum. Casus pertinet ad Petrum Chungu Shitima qui, mense Aprili anno 1996, cum in Africa erat Meridiana, doloribus diffusis coepit laborare cum asthenia praevalenti artuum inferiorum atque cibi appetentiae amissione. Condicio continuo in peiorem partem vertebatur et mutabatur; quapropter in valetudinarium est deductus mense Iunio subsecuto. Diagnosi facta de gravi polyneurite artus inferiores afficiente coniuncta cum contagione ab HIV (humanae immunodeficientiae viro), aegrotus dimissus est, cum curantes morbi momentum terminale esse iudicavissent.

Scientiae medicae animadversis inefficacibus remediis, communitas catholica urbis *Oudtshoorn*, a medio mense Iunio divinum petivit auxilium per intercessionem beati Aloisii Scrosoppi. Repente, nocte inter diem 9 et diem 10 mensis Octobris, anno 1996, sanatio facta est et sanatus ab insequenti mane affirmavit se non iam doloribus affici, ac rursus sine difficultatibus gradi incepit atque manducare.

Mirus casus inspectus est apud Curiam Oudtshoornensem anno 1998 per Inquisitionem dioecesanam, cuius auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto prodito die 29 mensis Ianuarii anno 1999.

Collegium Medicorum Dicasterii, in sessione habita postridie nonas Iulias anno 1999 uno ore affirmavit sanationem a polyneurite et a cachexia rapi-

dissimam fuisse, completam, duraturam ex scientia inexplicabilem "quoad modum" et efficacitatem HIV permanere. Die 16 mensis Novembris eodem anno actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris ac die 15 mensis Februarii anno 2000 Sessio Ordinaria est facta Patrum Cardinalium atque Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Aloisio Barbarito, Archiepiscopo titulari Florentinensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, per intercessionem beati Aloisii Scrosoppi, sacerdotis Oratorii Sancti Philippi Neri, Fundatoris Congregationis Sororum a Providentia, videlicet de rapidissima, completa, duratura sanatione Petri Chungu Shitima a polyneurite et a cachexia in subiecto cum efficacitate HIV.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. & S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VALENTINA seu CASALENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Casimiri Barello Morello christifidelis laici (1857-1884)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Dum vivam peregrinabor. Pedibus intectis incedam et nudo capite. Itinera mea semper pedibus conficiam. Sub divo vel in aliquo deversabor tugurio. Dona a nullo accipiam. Panis frustum emendicatum mihi sat erit.

Ante Iesum eucharisticum stationem habebo, coram quo integros consumami dies. Me mundus irridebit, percutiet, depellet, in custodiam coniciet. Has indignitates sitio, quas patienter excipiendo Deo meo ostendam totum eius esse cor meum ».

Novum hoc vitae propositum statutum Servus Dei Casimirus Barello Morello perfecte ad effectum adduxit, Deo in maxima serviendo paupertate et imitari nitendo Dominum Iesum, qui dixit: « Vulpes foveas habent et volucres caeli tabernacula, Filius autem hominis non habet, ubi caput rechnet » *(Mt* 8, 20).

Familia igitur ceterisque rebus relictis, sine intermissione de urbe ad urbem peregrinatus est, gravia oppetens incommoda et non raro etiam indecoras vexationes. Soli divino fisus auxilio, laeto promptoque cum animo conatus est praeceptum perficere Evangelii: « Nolite ergo solliciti esse dicentes: "Quid manducabimus", aut "Quid bibemus", aut "Quo operiemur?". Haec enim omnia gentes inquirunt: scit enim Pater vester caelestis quia his omnibus indigetis. Quaerite autem primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis » *(Mt* 6, 31-33). Dum equidem vias mundi obibat pieque diversorum locorum visebat ecclesias, potissimum vita sua Deum laudare cupiebat, fidei lumen inicere iis, in quos incidebat, et caelestem denique civitatem adipisci, nullas alias divitias efferens, quam virtutum, quae ob Dei oculos pulchram reddunt animam et aptam ad gloriam Domini participandam a mortuis suscitati.

Hic Christi discipulus, legitimorum coniugum Iosephi Barello et Angelae Morello primo loco natus, in vico lingua vernacula *Cavagnolo* appellato, intra dioecesis Casalensis fines, est ortus pridie Calendas Februarias anno 1857, eodemque die est aquis Baptismatis ad gratiam regeneratus; undecim annis post sacramentum accepit Confirmationis.

Pueritiam in simplicitate egit, sed iam tum indolis bonitate eminuit, intellegentiae alacritate, deprecationis et solitudinis studio, lusuum moderatione. In schola exemplar fuit docilitatis et discendi diligentiae, in familia vero industrias in domus officiis exsequendis. Per longum matris morbum, cui filii cum cura assedit, religiosorum librorum et sanctorum vitarum lectione est multa pietate incensus quae, propinquis obstupescentibus, crescebat in dies. Sed constans non fuit; nam, matre immature mortua (anno 1869), ardens ille precationis et solitudinis amor deferbuit.

Annis 1872-1873 gravi morbo aegrotavit, quo liberatus est Virgine Maria impetrante, ut ipse affirmabat. Cum corpore anima quoque refloruit. Hinc qualibet oblectatione neglecta, in agris colendis tempus insumebat et magis etiam in precatione atque in sui castigatione. Animadvertens deinde se non

posse in familia operibus pietatis vacare, sic ut voluisset, autumno anni 1875 de domo paterna decessit et alibi modestis laboribus se sustentavit. At, cum plus plusque exoptaret vires suas Domino soli consecrare, confessario probante statuit peregrinus fieri seseque maxime Providentiae concredere. Italiam peragravit et ad Hispaniam pervenit. In patriam reversus ut stipendia mereret, primo erga Dominum fidelem Se servavit, commilitonum sollicitationibus restitit omnesque vicit illecebras; postea autem vanitatibus indulsit, sed non diu. Etiam tum miles erat, cum, gratia adiutus, opera caritatis resumpsit et paenitentiam agere, commilitum risum ferens.

Militiae stipendia emeritus (anno 1880), litteras ad patrem misit, in quibus praeter alia haec scripsit: « Scias me non esse creatum ad terrena, sed ad caelestia, neque genitum ut panis temporalis frustum reservem, sed ut panis caelestis frustum acquiram et provideam: nec destinatum ad hominem amandum eique ad serviendum, sed ad Deum amandum et ad ei serviendum ». Puellae etiam scripsit illi quae — magis fortasse patris appetitane quam eius — in matrimonium ei ducenda fuisset: « Dominus — inquit — me illuminavit traxitque ad se, mihique eius monita sequenda sunt ». Et addidit: « Ego quidem tibi tam bene volebam, ut ad monendum potius paratus essem, quam ut te desererem. Sed Iesu amor et gaudium quo fruor in eo amando, milies maiora sunt, et, si propter amorem tui semel mori paratus eram, nunc propter amorem Dei mei milies potius mori paratus sum, quam ut eum ob mulierem relinquam ».

Iam clara erat eius peregrini paenitentis vocatio, quam ad mortem usque singulari cum fidelitate erat secuturas. Italiae urbes lustravit, Galliae, Hispaniae, bonum diffundens virtutum suarum odorem. Quot chilometra pedibus emetitus sit, quot loca quotque ecclesias viserit, quot occurrent personis suaque caritate servierit, ad amussim dicere est difficile dictu. Certum est tamen eum, cum Deo coniunctum, continenter in ardua perfectionis christianae via esse progressum eiusque exemplum homines ad bona spiritus immortalia revocavisse. Nihilo minus quidam, saltem aliquamdiu, non verum eum habuerunt Christi imitatorem et austerum sectatorem Evangelii, sed iuvenem insolitum. Mendicus esse putatus et erro, pluribus in locis est contumeliam expertus ludibriorum et carceris, sed potius quam molestiam, magnam ostendit patientiam, maturam fortitudinem et imperturbatam interiorem pacem. Ignominiarum memor quas Christus in passione subiit, laetitia afficiebatur quod falso insimularetur, divexaretur et nihil hominis duceretur esse. Vere ei omnia Deus erat; qua re nec praesentibus afflictabatur difficultatibus nec erat de futuris sollicitus. Nihil ei cordi esse terrena videbantur: prudens, contra, erat et indefatigabilis in thesauris pro

regno caelorum cumulandis. Ex hoc spiritu paternam fratri cessit hereditatem, et cum stipes accipere obstringebatur, has statim pauperibus erogabat. Durissimae paupertatis amans, se a qualibet bonorum terrestrium et commodorum cupiditate alienum retinuit. Miseras sibi vestes induebat, a cibo saepe se abstinebat, asperis se exercebat paenitentiis. Hortantibus ut tam acerbam et incertam vitam desineret, respondebat: « Maxima, quam in mundo optare possim, fortuna, haec est vita quam ago, et in perpetuum infelix essem, si ab ea discederem ». Affectuum humanorum expers servavit cor, et egregie virtutem castitatis coluit; cum vero temptationes vehementiores factae sunt, non dubitavit aliquot menses anachoreta exsistere et crebriora reddere preces, ieiunia et castigationes, quae iam multa erant.

Laudanda haec se gerendi ratio, quam nonnulli cum ratione comparaverunt sancti Benedicti Iosephi Labre, virtutibus theologalibus firmiter nitebatur. Casimirus namque non solum sine dubitationibus divinae revelationi assensus est et Ecclesiae magisterio, sed Deo se credidit humili cum spe et ardenti cum amore, nec aliud exoptavit, quam cum eo vivere eiusque fideliter facere voluntatem. Quam ob rem quodlibet peccati genus vitabat semperque paratus erat ad ea omnia perficienda, quae Deo gloriae essent et proximo animaeque suae utilitati. Deprecationis, contemplationis, paenitentiae avidissimus fuit. Maiorem diei partem in ecclesia degebat, fervidam ostendens erga Christum Crucifixum et Eucharistiam pietatem. Novimus quo modo plerumque tempus consumeret cum in urbibus erat: « Mane, hora ferme quarta, ad ostium se conferebat alicuius ecclesiae, ibique genibus nixus meditabatur et precabatur donec, ecclesia reclusa, ingressus, quot posset Missis interesset, sanctam Communionem acciperet et, post longam et ardentem gratiarum actionem, ecclesiam adiret, ubi eo die Quadraginta Horae celebrarentur: ibi provolutus in pavimento et, fere ieiunus, usque ad vesperam manebat ore tam suavis et pius, ut etiam incuriosiores et pii id demirarentur ».

Tenera et filii pietate Dei Matrem coluit, a qua affirmabat se gratias accepisse magni momenti, eamque multimodis veritus est, praesertim ad eius templa peregrinationibus et Rosarii recitatione.

Ex fide vixit (cfr *Rom* 1, 17), quam, officiis baptismalibus suaeque vocationi congruenter, ceteris inicere nisus est verbo et vitae testimonio. De animarum salute sollicitus, affirmabat: « Magis precari expeto, non mihi soli, sed etiam tot aliis, qui non precantur et Dei immemores vivunt, ut illuminentur et convertantur. Dominum rogo ut mihi omnia mundi imponat peccata utque omnes homines salvi fiant ». Per suas peregrinationes prudenter et dulciter verum explicabat apostolatum et, propter eum, non pauci ad

Deum redierunt. Non solum spiritale bonum proximi curavit; sed, quantum potuit, operas fecit misericordiae ad corpora pertinentes. Laetus erat egentioribus se paulum illud donare, quod habebat, adeo ut se vel calceamentis et subuculis privaret. Effecit ut caritatis suae fructus in carcere inclusi, aegroti, moniales degustarent.

Eius vagae vitae ultima statio urbs fuit Alcoy, in archidioecesi Valentina sita. Ibi a populo aestimatus et veneratus, pie obiit, Viatico confirmatus et Infirmorum Unctione, die 9 mensis Martii anno 1884. Eius corpus, tunica indutum Tertiariorum Sancti Francisci Asisinatis, ingens hominum numerus, etiam e vicinis convenientium, viserunt. Exsequiae eius sollemnissimae fuerunt et sunt ad finem adductae per sepulturam in loci illius coemeterio. Postea corpus translatum est in ecclesiam Sancti Georgii urbis Alcoy.

Paucis mensibus post mortem Servi Dei, cogitatum est de ineunda Canonizationis Causa, sed ob rationes ad eandem non pertinentes, Processus Informativus solummodo annis 1947-1948 Valentiae celebratus est. Apud Curiam episcopalem Casalensem actus est Processus canonicus Additicius anno 1952. Causa est introducta die 16 mensis Iulii anno 1963. Antea edita erant Decreta super scriptis Servi Dei (anno 1951) et super non cultu (anno 1952). Concessa venia celebrationis Processus Apostolici, Causa credita est Officio Historico Sacrae id temporis Rituum Congregationis, quod instrumentorum ad eundem Servum Dei spectantium collationem curavit et studium criticum. Hunc laborem Consultores Historici probaverunt in sessione diei 13 mensis Decembris anni 1972. Deinde inspectae sunt virtutes. Die 13 mensis Decembris anno 1989 secundo cum exitu actus est Congressus Peculiaris super virtutibus. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 22 mensis Maii, anni 1990, coacti, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, professi sunt Casimirum Barello Morello heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse. Deinceps novae pertractationes peractae sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata fideli que relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Casimiri Barello Morello, Christifidelis laici, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2000.

ES IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

ES Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

QUICENSIS

de nominis in lingua vernacula dioecesis mutatione

DECRETUM

Cum Quicensis episcopalis sedes vulgari nomine *Santa Cruz del Quiche* sit denominata, Exc.mus P.D. Iulius Edgarius Cabrera Ovalle, prsedictae dioecesis Episcopus preces porrexit ut dioecesis Quicensis vulgo « Quiché » in posterum nominetur. Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Ramiri Moliner Inglés, Archiepiscopi titularis Sardanensis et in Guatemala Apostolici Nuntii, porrectis precibus benigne annuendum censuit. Quapropter, eadem Congregatio, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia Pp. II, tributarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut dioecesis Quicensis vulgo « Quiché » in posterum designetur.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Episcopis, die 11 mensis Iulii anno 2000.

ES Franciscus Monterisi, *a Secretis.*

Ferdinandus Ramos, *Off.*

L. a s.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 189/2000

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 30 Ianuarii 2001. — Metropolitanae Ecclesiae Catacensi-Squillacensi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Antonium Cantisani, hactenus Archiepiscopum eiusdem sedis.

— Metropolitanae Ecclesiae Cosentinae-Bisinianensi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Iosephum Agostino, hactenus Archiepiscopum eiusdem sedis.

— Cathedrali Ecclesiae Nemausensi R.D. Robertum Wattebled, hactenus Vicarium generalem Atrebatensem.

die 2 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Zamorensi R.D. Casimirum Lopez Llórente, hactenus Vicarium generalem dioecesis Oxomensis-Sorianae.

die 3 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Urbis Orientalis, Exc.mum P.D. Ignatium Gogorza Izaguirre, S.d. di Béth., hactenus Episcopum Oviedopolitanum.

die 7 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Ioannis in Brasilia Exc.mum P.D. Davidem Dias Pimentel, hactenus Episcopum titularem Marazanensem et Auxiliarem Bellohorizontinum.

die 8 Februarii. — Titulari Ecclesiae Bleranae, cum dignitate archiepiscopali, R.D. Henricum Iosephum Nowacki, nunc in Secretaria Status Consiliarium Nuntiaturae, quem constituit Nuntium Apostolicum in Slovacchia.

die 16 Februarii. — Coadiutorem archidioecesis Novae Aureliae, Exc.mum P.D. Alfredum Clifton Hughes, hactenus Episcopum Rubribaculensem.

die 23 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Budovicensi Episcopum Coadiutorem Exc.mum P.D. Georgium Padour, hactenus Episcopum titularem Ausuccurensem et Auxiliarem archidioecesis Pragensis.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 23 Octobris 2000. — Titulari episcopali Ecclesiae Chimaerensi P.D. Iosephum a Iesu Quintero Díaz, hactenus Episcopum Tibuensem in civitate Columbiensi, quem ibi constituit primum Vicarium Apostolicum Laetitiae.

die 30 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Aquaenovensi in Proconsulari R.D. Aloisium Mariam Ling Mangkhanekhoun, in praesens Vicariatus Apostolici Vientianensis Vicarium delegatum, quem constituit Vicarium Apostolicum Paksensem.

die 5 Decembris 2000. — Titulari episcopali Ecclesiae Tatiltensi R.D. Ulixem Gonzalez Sánchez, templi cathedralis Girardotensis in Columbia curionem, quem constituit primum Vicarium Apostolicum Sancti Andreae et Providentiae.

multum mihi superest vitae, sed perlaetus sum praeterita mea respiciens, quia Dominus mihi gratiam concessit numquam illum graviter offendendi. Perseverate in vocatione et felices eritis». Sedulus etiam in minimis muneribus exsequendis, suos fratres sodales praecessit vitae sanctitate idque cum modestia fecit, humilitate et singulari cum simplicitate. Aequo animo « sororem mortem » obiit, quae eum die 9 mensis Aprilis anno 1924 visitavit.

Fama sanctitatis qua in vita claruit, post eius mortem perduravit; quocirca Episcopus Vicentinus Causam iniit beatificationis et canonizationis per celebratum Processum canonicum (annis 1970-1974), qui est a Congregatione de Causis Sanctorum probatus decreto die 16 mensis Novembris anno 1991 pervúlgate Positione praeparata, disceptatum est ex more an Servus Dei virtutes théologales, cardinales et iis adnexas heroum in modum coluisset. Exitu cum prospero die 17 mensis Decembris anno 1999 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris ac Nonis Marths anno 2000 Sessio Ordinaria est facta Patrum Cardinalium atque Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Fiorino Tagliaferri, Episcopo emerito Viterbiensi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Hadriani Osmolowski (in saec.: Petri), Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

ZAMORENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Bonifatiae Rodríguez Castro fundatricis Congregationis Sororum Servarum a S. Ioseph (1837-1905)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Super omnia autem haec caritatem, quod est vinculum perfectionis » *(Col* 3, 14).

Perfecta praecepti caritatis cultrix Serva Dei fuit Bonifatia Rodríguez Castro, quae pro puellarum operariarum humana christianaque progressione nisa est atque in munere perseveravit, sibi a Providentia concredito, animo forti ac misericordi iniustitias ferens atque aegritudines, quas quidem intimo in corde custodivit. Possunt de ea verba adhiberi Sacrarum Litterarum: « Datum Dei est mulier sensata et tacita» *(Eccli* 26, 17-18).

Proba haec mulier Salmanticae in vitam venit postridie Nonas Iunias anno 1837 a Ioanne Rodríguez Gutiérrez et Maria Castro Jiménez. Paucis post diebus Sacramentum accepit Baptismi atque anno 1842 Confirmationem. In familia solida est imbuta christiana educatione et in scholis urbis doctrina elementaría. A prima aetate aerumnis est affecta et dolore; etenim anno 1843 frater et soror minores natu ei mortui sunt, anno 1853 est optimo patre orbata, quem paulo post alia filia est in morte secuta; anno 1858 tertiam amisit sororem; unica soror superstes Augustina domum reliquit matrimonium initura. Serva Dei eiusque mater, solae relictae, ut necessaria ad vivendum sibi compararent, parvam aperuerunt segmentariam tabernam; eodem autem tempore suas auxerunt religiones, assidue proximam ecclesiam Societatis Iesu frequentando. Illarum mulierum mores exemplares nonnullarum puellarum gratiam eis conciliaverunt, quae cum iisdem diebus festis eongregatae sunt ut precarentur atque doctrinam discerent christianam. Ex hac experientia, per Dei Servam perque P. Franciscum Xaverium Butina Hospital, S. I. (1834-1899), eius confessarium, primum exorta est Consociatio Iosephina et deinde Congregatio Sororum Servarum a Sancto Ioseph, eo consilio, ut christiane iuvenes parentibus orbatas atque derelictas educarent easdemque artem aliquam docerent qua honeste se cotidiane sustentarent. Novum Institutum, cuius primae sodales ipsa Bonifatia, eius mater et quinque sociae fuerunt, est ab Episcopo Salmanticensi ex iure constitutum die 7 mensis Ianuarii anno 1874. Post aliquot dies vita com-

munis est inita et prima Instituti domus aperta, quae est appellata "Taller (officina) de Nazareth", idque ex proposito ut «domus Congregationis *Talleres de Nazareth* denominarentur, cum earum modus et exemplar pauper sedes esset, in qua Iesus, Maria et Ioseph labore et frontis suae sudore victum sibi quaeritabant ». Industria manuum Sororum et puellarum quae adiuvabantur in arte suendi consistebat et in textura.

Die 19 mensis Martii anno 1874, una cum sodalibus Serva Dei vestem sibi induit religiosam et communitatis Antistita nominata est. Mense secuto Conditor pro civilibus illius temporis legibus est ex Hispania expulsus.

Novi rectores ecclesiastici Communitatis perturbationem attulerunt et divisiones inter Sorores. Factio facta est adversus Servam Dei quae, anno 1882 — cum Gerundae domum visitaret Servarum a Sancto Ioseph anno 1875 conditam a P. Butiñá Hospital, qui in Hispaniam erat reversus — est ex improviso et nescia de munere Antistitae deiecta et in eius locum novitiarum magistra est substituta. Mater Bonifatia gravem indignitatem tacita accepit novaeque Antistitae potestati se permisit. Attamen eius praesentia Salmanticae minus usque tolerabatur: quapropter, Episcopo consentiente, Zamoram se contulit, ut Instituti domum conderet (anno 1883). Exinde nulla Sororum Salmanticensium cum Sororibus Zamorensibus consuetudo fuit, etsi Serva Dei complures cepisset conatus. Solummodo, ea mortua, illa restituta est unitas, quam tantum exoptaverat.

Hi omnes eventus, patienter suscepti, Matri Bonifatiae excellens fuerunt purificationis et sanctificationis ratio. Constanter enim ac sine intermissione in via christianae perfectionis progredi appetivit, omni condicione usa, aut laeta aut adversa, ut cognitione et imitatione Christi proficeret inque arta coniunctione cum Deo. Per totam vitam eam lumen fidei rexit ac peculiari cum fulgore in acerbitatis casibus nituit, quos in familia obiit et in difficultatibus in Congregatione subitis, quam instituerat. In Deum firmiter credidit et in eius Providentiam; Ecclesiae filia fuit oboediens, et cum assiduitate precationem coluit atque pietatem erga Christum crucifixum, Sacrum Cor Iesu, Eucharistiam, Immaculatam Conceptionem, Sanctum Ioseph. Propter Dei amorem summa cum generositate ex sua vixit consecratione, peccatum fugit, divina servavit mandata, Ecclesiae leges votaque religiosa, alacriter pro Christi Regno laboravit, pro salute animarum ac pro christiana iuventutis femininae operariae formatione. Proximorum caritate redundavit et praesertim Sororum, parentibus orbatorum, puellarum, pauperum, infirmorum. Sorores suas monebat: « Duae coniunctiones nobis tenendae

sunt, si hic esse volumus felices et paradisum consequi: altera cum Deo per recessum, precationem et sacrificii studium, et altera inter nos ipsas per caritatem, qua pari modo nos diligimus ». Eos est amore prosecuta, a quibus est ex Antistitae munere submota atque moraliter inducta ad domum Salmanticensem relinquendam, segregata et ignominia notata, iisdemque ignovit. Nemo cordis eius pacem turbare potuit, quandoquidem in Domino et in eius auxilio spem suam collocaverat. In Sancta Nazarena Familia mente defixa, orationem et industriam, silentium et paupertatem evangelicam cum simplicitate cordis coluit et vitam consecravit puellis pauperioribus gratuito adiuvandis, humano labori auctoritatem attribuens. Dum cum Sororibus Zamorae vivebat, saepe dicebat: « Nobis Sancta Familia imitanda est », et addebat: « Beatus Ioseph praecipuum exemplum ad imitandum atque custos nostrae Congregationis est ». Mater Bonifatia sic Beato Ioseph se tradidit et commendavit ut vestigia Iesu orantis et laborantis Nazareth, mentis contemplatio habitu, sit secuta. Temperans fuit, demissa, casta, iusta erga Deum et proximos, fortis in acerbitatibus, in bono perseverans, in regimine vitae suae consecratae suique Instituti moderatione prudens, erga omnes humilis.

Serva Dei ad mortem se praeparavit eadem qua vixerat simplicitate. Mense Augusto anni 1905 ineunte coepit non bene se habere. Eius valetudinis condiciones sunt in peius mutatae. Magna cum fide acceptis sacramentis, precans obviam Domino se dedit, qui eam vespere diei 8 mensis Augusti anno 1905 in aeternitatem introduxit.

Serva Dei tum in vita, tum in morte et post mortem fama claruit sanctitatis praecipue apud Sorores et populum Zamorensem. Multum temporis contra processit prius quam Salmanticae eius vitae et operum sanctitas agnosceretur, et nonnisi anno 1941 est totius Congregationis Conditrix habita, quae anno 1907 erat rursus in unum corpus coniuncta. Beatificationis et canonizationis Causa inchoata est apud Curiam Zamorensem, quae annis 1954-1962 Processum Ordinarium informativum celebravit, quem est Inquisitio dioecesana historica secuta, anno 1995 instructa. Decretum de Processus auctoritate et vi deque Inquisitione a Congregatione de Causis Sanctorum promulgatum est postridie Calendas Februarias anno 1996. Confecta Positione, die 26 mensis Ianuarii anno 1999 Consultorum Historicorum sessio est facta. Deinceps disceptatum est an Serva Dei virtutes théologales, cardinales, iisque adnexas sicut heroas addecet observavisset. Exitu cum prospero die 17 mensis Martii anno 2000 Congressus Peculiaris est actus

Consultorum Theologorum et mensis Iunii insequentis die 20 Sessio Ordinaria est habita Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Iosepho Sebastiano Laboa, Archiepiscopo titulari Zaraïteno.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Bonifatiae Rodríguez Castro, Fundatricis Congregationis Sororum Servarum a S. Ioseph, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 1 mensis Iulii A. D. 2000.

88 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. & S.

88 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominns Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 16 Februarii 2001. — Titulari episcopali Ecclesiae Stagnensi Exc.mum P.D. Georgium Ivanum Castaño Rubio, CM.F., hactenus Episcopum Quibduanum, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Medellensis.

die 17 Februarii. — Praelaturae territoriali Pompeianae, cum dignitate archiepiscopali, R.D. Dominicum Sorrentino, e clero dioecesis Nolanae, hactenus in Pontificia Facultate Italiae Meridionalis docentem, quem constituit Delegatum Pontificium Sanctuarii Beatissimae Virginis Mariae a Sanctissimo Rosario in Valle Pompeia.

die 18 Februarii. -— Titulari episcopali Ecclesiae Casamedianensi R.D. Vidonem de Kérimel, e clero Aquensi in Gallia, quem deputavit Auxilarem dioecesis Nicensis.

die 21 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Teresianae Exc.mum P.D. Celsum Iosephum Pinto da Silva, hactenus Episcopum Victoriensem de Conquista.

die 22 Februarii. -— Titulari episcopali Ecclesiae Cellae Sancti Auxilii R.D. Donai McKeown, hactenus Collegii Sancti Malachiae dioecesis Dunensis et Connorensis praesidem, quem constituit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 23 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Foronovanae R.D. Marcellum Sánchez Sorondo, nunc e clero Romanae dioecesis, Pontificiae Academiae Scientiarum et Pontificiae Academiae Scientiarum Socialium cancellarium.

die 24 Februarii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Gradensi Exc.mum P.D. Didacum Causerò, in Syria Apostolicus Nuntius, hactenus Archiepiscopum titularem Metensem.

die 27 Februarii 2001. — Metropolitanae Ecclesiae Portus Montt, Exc.mum P.D. Christianum Caro Cordero, hactenus Episcopum titularem Arcavicensem et Auxiliarem archidioecesis Sancti Iacobi in Chile.

— Cathedrali Ecclesiae Cliftoniensi R.D. Declanum Lang, hactenus Vicarium Generalem Portus magni.

— Titulari episcopali Ecclesiae Amiterninae, cum dignitate archiepiscopali, R.D. Timotheum Broglio, e clero dioecesis Clevelandensis, quem deputavit Apostolicum Nuntium in Republica Dominiciana et Delegatum Apostolicum in Portu Divite.

die 1 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Minoricensi R.D. Ioannem Piris Frigola, hactenus in archidioecesi Valentina curionem.

die S Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Acropolitanae R.P. Marcum Ouellet, Societatis Presbyterorum a S. Sulpitio sodalem, quem constituit Pontificii Consilii ad Unitatem Christianorum fovendam a Secretis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bisarchiensi R.D. Ioannem Paulum Crepaldi, e clero dioecesis Adriensis-Rhodigiensis, quem constituit Pontificii Consilii de Iustitia et Pace a Secretis.

die 8 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Sandhurstensi, Exc.mum P.D. Iosephum Angelum Grech, hactenus Episcopum titularem Belesasensem et Auxiliarem archidioecesis Melburnensis.

— Cathedrali Ecclesiae Riviascianensi, Exc.mum P.D. Armandum Larios Jiménez, hactenus Episcopum Maganguensem.

die 14 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Graecensi-Seccoviensi Exc.mum P.D. Eginonem Kapellari, hactenus Episcopum Gurcensem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Martedì, 20 Febbraio 2001, S.E. il Signor **MOHAMED HOSNI MUBARAK** Presidente della Repubblica Araba d'Egitto.

Lunedì, 26 Febbraio 2001, S.E. il Signor **MIKHAÏL MIKHAILOVICH KASIANOV**, Presidente del Consiglio dei Ministri della Federazione Russa.

Lunedì, 26 Febbraio 2001, S.E il Signor **WLADISLAW BARTOSZEWSKI**, Ministro degli Affari Esteri della Polonia.

Venerdì, 2 Marzo 2001, S.E. il Signor **EMILE LAHOUD**, Presidente della Repubblica del Libano.

Venerdì, 16 Marzo 2001, S.E. il Signor **JÁNOS MARTONYI**, Ministro degli Affari Esteri dell'Ungheria.

Martedì 13 marzo 2001 il Santo Padre ha tenuto Concistoro ordinario pubblico.

Giovedì 22 marzo 2001 il Santo Padre ha presieduto una riunione degli Em.mi Signori Cardinali Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

8 febbraio 2001. Ill.mo e rev.mo mons. Renzo Civili, *Protonotario Apostolico « de numero participantium ».*

27 » » S.E. mons. François Bacqué, Arcivescovo tit. di Gradisca, *Nunzio Apostolico nei Paesi Bassi.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

21 febbraio 2001. S.E, mons. Francesco Marchisano, Arcivescovo tit. di Populonia, *Membro della Congregazione per l'Educazione Cattolica « in aliud quinquennium ».*

22 febbraio 2001. Gli Em.mi Signori Cardinali Thomas Stafford Williams; Ivan Dias; Cormac Murphy-O'Connor; Edward Michael Egan, *Membri del Consiglio di Cardinali per lo studio dei problemi organizzativi ed economici della Santa Sede « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali, Joachim Meisner; José Freiré Falcäo; Frédéric Etsou-Nzabi-Bamungwadi; Roger Michael Mahony; Camillo Ruini; Jean-Claude Turcotte; Ricardo Maria Caries Gordó; Juan Sandoval Iñiguez, *Membri del Consiglio di Cardinali per lo studio dei problemi organizzativi ed economici della Santa Sede « in aliud quinquennium ».*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Edmund Casimir Szoka, *Presidente della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano e Presidente del Governatorato « usque ad expirationem praecedentis mandati ».*[1]

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Andrzej Maria Deskur, Carlo Fumo, Lorenzo Antonetti, *Membri della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano « usque ad expirationem praecedentis mandati ».'*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Angelo Sodano, Giovanni Battista Re e Agostino Cacciavillan, *Membri della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano « ad quinquennium*

» » » S.E. mons. Gianni Danzi, Vescovo tit. di Castello, *Segretario Generale del Governatorato dello Stato della Città del Vaticano « ad quinquennium »* mons. Giorgio Corbellini, *Vice Segretario Generale del Governatorato dello Stato della Città del Vaticano « ad quinquennium ».'*

» » » S.E. il Marchese Don Giulio Sacchetti, *Consigliere Generale dello Stato della Città del Vaticano;* S.E. il Principe Don Alessandro Torlonia; prof. avv. Gian Carlo Perone; prof. dott. Alberto Quadrio Curzio; dott. ing. Gaetano Rebecchini; dott. Francesco Silvano; sig. Virgil Dechant *Consiglieri dello Stato della Città del Vaticano « usque ad expirationem praecedentis mandati*

» » » Prof. dott. Angelo Caloia, *Consigliere dello Stato della Città del Vaticano « ad quinquennium »}*

3 marzo » L'Em.mo Signor Cardinale Walter Kasper, *Presidente del Pontificio Consiglio per la promozione dell'Unità dei Cristiani « ad quinquennium ».*

5 » » L'Em.mo Signor Cardinale Camillo Ruini, *Presidente della Conferenza episcopale Italiana « in aliud quinquennium ».*

[1] Cf ***AAS*** Supplemento Leggi e Disposizioni Stato della Città del Vaticano, anno 71, n. 18, 26 novembre 2000: Legge fondamentale dello Stato della Città del Vaticano.

NECROLOGIO

25	dicembre	2000.	Mons. Robert F. Garner, Vescovo tit. di Blera.
5	febbraio	2001.	Mons. Mark J. Hurley, Vescovo em. di Santa Rosa *(Stati Uniti d'America).*
8	»	»	Card. Giuseppe Casoria del Titolo 'pro hac vice' di S. Giuseppe al Trionfale.
»	»	»	Mons. John J. Sullivan, Vescovo em. di Kansas City-Saint Joseph *(Stati Uniti d'America).*
15	»	»	Mons. Wolfgang Grosse, Vescovo tit. di Lamasba.
»	»	»	Mons. Benito E. Rodríguez, Vescovo tit. di Aricanda.
17	»	»	Mons. Heinrich Machens, Vescovo tit. di Bida.
21	»	»	Card. José A. Lebrun Moratinos, del Titolo di S. Pancrazio.
26	»	»	Mons. Roberto Cannello, Vescovo em. di Volterra *(Italia).*

An. et vol. XCIII 3 Maii 2001 •N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano -** *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSISTORIA

CONSISTORIUM ORDINARIUM PUBLICUM

Feria III die XIII Martii MMI, in Palatio Apostolico Vaticano vocatis praesentibusque patribus cardinalibus, sacris praesulibus et Romanae Curiae praelatis quibus intimari solet, fuit *Consistorium ordinarium publicum* ad novem Canonizationis causas perpendendas, scilicet Beatorum Iosephi Narello, Aloisii Scrosoppi, Augustini Roscelli, Bernardi a Corleone, Teresiae Eustochii, Paulae a Sancto Iosepho Calasanctio, Franciscae Salesiae Aviat, Mariae Crescentiae Höss, Rebeccae.

Dicta hora sexta cardinalis Iosephus Sarai va Martins, Congregationis de Causis Sanctorum praefectus, brevem excursum habuit de vita et miraculis Beatorum et singulas causas apud Summum Pontificem peroravit.

Hisce auditis, Sanctissimus, nemine ex patribus iure suffragii praeditis contradicente, ex cathedra sententiam Suam sic protulit:

Auctoritate Dei Omnipotentis, Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, decernimus ut Beatus Aloisius Scrosoppi, Beatus Augustinus Roscelli, Beatus Bernardus a Corleone, Beata Teresia Eustochium, et Beata Rebecca die decima Iunii anno bismillesimo primo; Beatus Iosephus Marello, Beata Paula a Sancto Iosepho Calasanctio, Beata Francisca Salesia Aviat et Beata Maria Crescentia Höss die vicesima quinta Novembris anno bismillesimo primo in Sanctorum album referantur.

Post Domini Papae benedictionem, protonotarii apostolici participantes, de more rogati, instrumentum publicum se confecturos esse promiserunt et sic Consistorium absolutum est.

EPISTULA APOSTOLICA

Episcopis clero fidelibus Magni Iubilaei anni MM sub exitum.

Fratribus in episcopatu,
presbyteris et diaconis,
religiosis viris et mulieribus,
laicis fidelibus universis.

1. Novo millennio ineunte, dum Magno Iubilaeo finis imponitur, quo a Christo nato duo milia celebravimus annorum dumque novum itineris spatium patet Ecclesiae, eadem in corde nostro referuntur verba quibus, postquam in Simonis navicula turbae locutus erat, Apostolum invitavit quondam Iesus ut piscaturus altum peteret: *Due in altum (Lc* 5, 4). Petrus sociique primi Christi verbis fidem tribuerunt, atque rete laxarunt. « Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam» *(Lc* 5, 6).

Due in-altum] Verba haec nobis hodie personant nosque simul compellunt ut praeterita teneamus grata memoria, praesentia studiose experiamur, ad futura fidenter nos expediamus: « Iesus Christus heri et hodie idem, et in saecula» *(Heb* 13, 8).

Magna fuit hoc anno Ecclesiae laetitia, quae ad suum Sponsum Dominumque contemplandum sese applicavit. Plus quam umquam ipsa facta est peregrinans populus, quem is ducit qui est pastor magnus ovium (cfr *Heb* 13, 20). Praestabili quidem alacritate, quae omnia membra complexa est, Dei Populus simul hic Romae, simul Hierosolymis et in unaquaque Ecclesia locali, « Portam Sanctam » transivit, quae est Christus. Ad eum, qui est historiae fastigium unusque mundi Salvator, Ecclesia Spiritusque clamaverunt: *Maraña tha* — Veni, Domine Iesu (cfr *Apc* 22, 17.20; *1 Cor* 16, 22).

Gratiae eventus perpendi non potest, qui anno vertente hominum conscientias attigit. At procul dubio « fluvium aquae vivae », perpetuo « procedentem de throno Dei et Agni » (cfr *Apc* 22, 1) large effuseque recepit Ecclesia. Aqua est Spiritus quae sitim depellit ac renovat (cfr *Io* 4, 14). Misericors Patris est amor, qui in Christo denuo revelatur et donatur. Huius anni sub exitum pristinum grati animi verbum renovato cum gaudio iterare possumus: « Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius» *(Ps* 118 [117], 1).

2. Quaedam Nos tenet necessitas ad vos, carissimi, Nos convertendi ut laudis canticum communicemus. Sancto de hoc anno Bismillesimo, singulari quadam scilicet de meta, inde a Nostri Pontificatus principio cogitavimus. In celebratione illa quandam provide constitutam opportunitatem percepimus, in qua Ecclesia, Concilii Vaticani II triginta quinque exactis annis, sua de renovatione interrogatura erat, ut novo impetu suam evangelizationis missionem susciperet.

Estne Iubilaeum hoc propositum consecutum? Munus nostrum, alacribus illatis virium contentionibus atque simul haud dubiis exstantibus debilitatibus, Dei in conspectu positum est. At grati animi officium ob « mirabilia », quae Deus pro nobis patravit, posthabere non possumus. « Misericordias Domini in aeternum cantabo! » *(Ps* 89 [88], 2).

Eodem tempore id quod nostros ante oculos obversabatur considerari et, aliquo sensu, enodari vult, ut quod Spiritus hunc sic plenum per annum Ecclesiae dixit audiatur (cfr *Apc* 2, 7.11.17 et cet.).

3. Cumprimis, carissimi fratres carissimaeque sorores, oportet ut in futurum aevum, quod pro nobis est, nos protendamus. Compluries his mensibus novum adveniens millennium respeximus, Iubilaeum experientes non modo veluti *praeteriti temporis memoriam,* verum etiam *futuri prophetiam.* Necesse nunc est perceptam gratiam thesaurizare, quae in ferventia proposita et certos inceptorum ordines convertetur. Ad munus hoc omnes locales invitare cupimus Ecclesias. In unaquaque earum, quae circum Episcopum congregantur, in verbi auditione, in fraterna communione et in « fractione panis » (cfr *Act* 2, 42), « vere inest et operatur Una Sancta Catholica et Apostolica Christi Ecclesia ».[1] In definitis ipsis cuiusque Ecclesiae condicionibus potissimum unius Dei Populi mysterium illam peculiarem consequitur effigiem, quae efficit ut singulis statibus et culturis is adhaereat.

Eo quod in tempus spatium que radices agit Ecclesia, id ad extremum *Incarnationis ipsum motum* prae se fert. Tempus idcirco est ut unaquaeque Ecclesia, dum id cogitat quod Dei Populo hoc peculiari gratiae anno, immo longiore temporis intervallo quod inter Concilium Vaticanum II et Magnum Iubilaeum intercedit, dixit Spiritus, suum fervorem periclitetur novumque in spiritalem pastoralemque operam impetum suscipiat. Hanc propter cau-

[1] CONC. OECUM. VAT. II, Decr.. de pastorali episcoporum munere in Ecclesia ***Christus Dominus,*** 11.

sam hisce Nostris Litteris, iubilari Anno finem imponentes, Nostri ministerii Petrini adiumentum praebere cupimus, ut Ecclesia in suorum donorum varietate itinerisque unitate magis magisque fulgeat.

I
CUM CHRISTO CONGRESSIO: MAGNI IUBILAEI HEREDITAS

4. «Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens» *(Apc* 11, 17). In Bulla qua Iubilaeum indiximus exoptavimus ut bismillesimam Incarnationis mysterii celebrationem veluti « Laudis canticum perpetuum adversus Trinitatem »[2] haberemus ac simul ipsa teneatur tamquam « reconciliationis semita nec non verae spei documenta iis omnibus qui Christum respiciunt eiusque Ecclesiam ».[3] Huius gratiae anni experientia vitales ad has rationes explicata est, quae quaedam attigit graviora, ut Dei praesentiam quasi manu tangeremus a quo descendit « omne datum optimum et omne donum perfectum» *(Iac* 1, 17).

Prae omnibus *de laudis ratione* cogitamus. Hinc nempe omnis fidei vera responsio oritur ad Dei in Christo revelationem. Christiana religio gratia est, est inopinatum Dei quiddam, qui, haud satis habens mundum condere, una cum sua creatura iter facit, atque postquam multifariam ac multis modis effatus est, «in novissimis his diebus locutus est nobis in Filio» *(Heb* 1, 12).

His diebusl Sane quidem, Iubilaeum effecit ut duo milia historiae transiisse annorum animadverteremus, haud illius « hodie » extenuata viriditate, quo pastoribus mirum Iesu Bethléem nati eventum nuntiarunt angeli: « Natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David » *(Lc* 2, 11). Duo milia annorum transierunt, at plus quam umquam vivida perstant ea quae Iesus de sua missione coram suis stupentibus concivibus in Nazarethana synagoga dixit, Isaiae ad se referens prophetiam: « Hodie impleta est haec Scriptura in auribus vestris» *(Lc* 4, 21). Transierunt duo milia annorum, sed peccatores, misericordia indigentes — quis ea non indiget? — salutis illud « hodie » usque solatur, quod in Cruce Dei Regnum latroni paenitenti ianuam reseravit: « Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso » *(Lc* 23, 43).

[2] Cfr Bulla ***Incarnationis mysterium*** (29 Novembris 1998), 3: ***AAS*** 91 (1999), 132.

[3] ***Ibid.,*** 4, ***l.m.,*** 133.

Plenitudo temporis

5. Eo quod Magnum hoc Iubilaeum tempore contigit eodem quo novum millennium incohavit, id procul dubio iuvit ut, nullis mille annorum doctrinis admissis, Christi mysterium in magno historiae salutis prospectu perciperetur. *Christiana disciplina religio est quae in historia innititur]* In historiae namque provincia foedus cum Israel facere et sic Filii in Mariae gremio nativitatem parare voluit Deus, «ubi venit plenitudo temporis» *(Gal* 4, 4). Suo in humano divinoque mysterio perceptus, Christus fundamentum est historiae eiusque medium obtinet locum, cuius sensus ac postrema meta est. Etenim per eum, Verbum Patrisque imaginem « omnia facta sunt » *(Io* 1, 3; cfr *Col* 1, 15). Eius incarnatio, quae in paschali mysterio atque in Spiritu donato ad summum pervenit, temporis est quasi micans cor, hora arcana, qua « appropinquavi t regnum Dei» (cfr *Me* 1, 15), immo radices egit, tamquam semen in magnam arborem evasurum (cfr *Me* 4, 30-32), nostra in historia.

«Gloria tibi, Christe Iesu, hodie ac semper regnabis ». Hoc cantico sexcenties iterato contemplati hoc anno sumus Christum, qualem ostendit Apocalypsis: « Ego Alpha et Omega, primus et novissimus, principium et finis » *(Apc* 22, 13). Et cum Christum contemplaremur, Patrem simul et Spiritum, unam individuamque Trinitatem, ineffabile mysterium in quo omnia principium suamque consummationem habent, adoravimus.

Memoriae purificatio

6. Ut mysterii contemplandi causa purior esset oculus noster, Annus hic iubilaris insigniter *expetita venia* distinctus est. Quae res non modo ad singulos attinuit, qui propria de vita se interrogaverunt ut misericordiam implorarent atque peculiare indulgentiae donum consequerentur, verum et ad totam Ecclesiam, quae noxas in memoriam revocare voluit, quibus tot ipsius filii Christi Sponsae vultui caliginem induxerunt.

Iam diu ad hoc conscientiae examen nos comparavimus, cum hoc sciremus: « Ecclesia in proprio sinu peccatores complectens, sancta simul et semper purificanda » est.[4] Scientiae congressus nos ad has facies definiendas iuverunt, in quibus Evangelii sensus, duorum milium annorum exactorum decursu, haud semper eminuit. *Permovens sacra Liturgia, die XII mensis*

[4] CONC. OECUM. VAT. II, Const.. dogm, de Ecclesia ***Lumen gentium*, 8.**

Martii anno MM acta, non est obliviscendi, qua sancti Pauli in Basilica, Christum cruci affixum contuentes, vox facti sumus Ecclesiae, pro peccatis eiusdem filiorum veniam petentes. Haec « memoriae purificatio » gressus nostros in futurum tempus reddidit firmiores, humiliores nos dum facit nosque Evangelio adhaerentes vigilantiores.

Fidei testes

7. Paenitentialis tamen viva conscientia non obstitit quominus Domino gloriam redderemus de his quae omnia per saecula patravit, atque potissimum de saeculo nuper exacto, cum Ecclesiae *magnam sanctorum martyrumque multitudinem* praeberet. Nonnullis ex iis iubilaris Annus beatificationis canonizationisque fuit annus. Cum ad Pontifices spectet, qui in annalibus praeclare fulserunt, vel humilioris ordinis laicos ac religiosos religiosasque, per omnes continentes sanctitas plus quam umquam facies illa visa est quae Ecclesiae mysterium aptius patefacit. Cum conspicue sine verbis nuntiet, vivum Christi vultum ipsa prae se fert.

Anni Sancti oblata occasione, multum adlaboratum est ut *XX saeculi fidei Testium memoriae* colligerentur. Die VII mensis Maii anno MM una cum aliarum Ecclesiarum Communitatumque ecclesialium procuratoribus, Amphitheatro Flaviano permoventes exhibente scaenas, quod antiquarum persecutionum est signum, eosdem commemoravimus. Hereditas est quaedam quae non est dissipanda, eademque est usque grati animi officio committenda atque imitationis renovato proposito demandanda.

Peregrinans Ecclesia

8. Semitas Sanctorum fere calcantes, complures Romam advenerunt, apud Apostolorum sepulcra, Ecclesiae filii, suam fidem profiteri, propria peccata confiteri atque salutiferam misericordiam recipere studentes. Mirantes non modo Nos peregrinatorum turbas, quae Forum Petrianum complerunt, compluribus celebrationibus exstantibus, hoc anno contuiti sumus. Longa saepenumero peregrinatorum agmina sistentes adspiciebamus, qui aequo animo exspectabant usque dum Portam Sanctam transirent. In unoquoque eorum vitae historiam fingebamus, quae gaudiis, sollicitudinibus, doloribus distinguebatur; hanc historiam Christus convenerat, quae, cum eo instituto dialogo, spei denuo iter suscipiebat.

Cum exinde hominum manipulos progredientes conspiceremus, *expressam peregrinantis Ecclesiae imaginem* fingebamus, illius scilicet Ecclesiae, quae — ut ait sanctus Augustinus — « inter persecutiones mundi et consortiones Dei »[5] ponitur. Nobis tantum concessum est ut huius singularis eventus faciem manifestiorem inspiceremus. Quis gratiae mirabilia, quae in cordibus facta sunt, metiri potest? Ut sileamus et adoremus convenit, dum humiliter in Dei arcana opera fiduciam habemus atque eiusdem dilectionem sine fine cantamus: *« Misericordias Domini in aeternum cantabo! »*.

Adulescentes

9. Innumeri iubilares conventus perquam varios hominum ordines complexi sunt, cum vere mirabilem participationem recensèrent, quae interdum auctorum suasorumque, sive ecclesiasticorum sive civilium, operam exercuit. Has Nostras per Litteras cunctis gratias easque ex corde persolvere cupimus. At praeter numerum, saepe permoti sumus eo quod seriam precationis, meditationis, communionis voluntatem animadvertimus, quam conventus hi plerumque ostenderunt.

In memoriam potissimum est revocanda *tam laeta quam animum permovens adulescentium coadunatio.* Si quidem aliqua superest Iubilaei imago Anni MM, quae prae ceteris vivida in memoria manet, procul dubio ea est imago celeberrimorum adulescentium, quibuscum quendam singularem dialogum instituere potuimus, mutua dirigente benevolentia et magna animorum consensione. Id quidem factum est ubi primum in Platea sancti Ioannis Lateranensis ac in Foro Petriano eos salutavimus. Deinde eos vidimus per Urbem discurrentes, laetos, quemadmodum adulescentes decet, at cogitabundos, precationibus, « sensui », verae amicitiae studentes. Neque ipsi, neque quoquot eosdem conspexerunt hebdomadam illam, cum Roma « adulescens cum adulescentibus » facta est, e memoria facile deponunt. Eucharistica celebratio apud Turrim Virgatam obliterari non potest.

Adulescentes Romae Ecclesiaeque rursus *peculiare Dei Spiritus fuerunt donum.* Cum adulescentes considerantur, difficultatibus inspectis et debilitatibus quibuscum huius temporis in societate iidem implicantur, quaedam ad pessimismum exsistit inclinatio. Adulescentium Iubilaeum nos quasi « de gradu deiecit », cum nobis significaret, etsi quaedam esse possent ambigua,

[5] ***De civ. Dei,*** XVIII, 51, 2: ***PL*** 41, 614; cfr CONC.. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia ***Lumen gentium,*** 8.

adulescentes insigne in germana bona studium demonstrare, quae in Christo suam consequuntur plenitudinem. Nonne Christus verae libertatis altaeque cordis laetitiae est arcanum? Nonne supremus amicus simulque omnis verae amicitiae institutor est Christus? Si quidem adulescentibus ostenditur Christus suum verum manifestans vultum, eum animadvertunt ipsi veluti persuadentem responsionem iique nuntium recipere valent, quamvis severum et Cruce signatum. Quocirca eorum concussi animorum fervore, ab eis quaerere non dubitavimus, ut fidem vitamque penitus eligerent, mirum exhibentes munus: quod est « custodis matutini temporis» (cfr *Is* 21, 11-12) hoc novi millennii diluculo.

Variorum ordinum peregrini

10. Singulos iubilares eventus ut patet nominatim recensere non possumus. Unusquisque eorum suam habuit peculiaritatem, qui non modo cunctis iis qui praesentes interfuerunt suum nuntium reliquerunt, verum etiam et iis qui eos cognoverunt vel eosdem per communicationum socialium instrumenta absentes participarunt. Memorandus est festivus animus *primae ac magnae congressionis parvulorum.* Quod cum illis incepimus, hoc sibi vult Iesu monitum servare: «Sinite parvulos venire ad me» *(Me* 10, 14). Magis etiam id significavit eandem agi rem quam ipse fecit, cum parvulum « statuit in medio » atque illius mentis ipsam finxit speciem, quam habere debet, si quis intrare vult in Regnum caelorum (cfr *Mt* 18, 2-4).

Sic, ut ita dicamus, parvulorum vestigia persequentes iubilarem misericordiam il agitarunt adulta aetate hominum admodum varii ordines: ii sunt senes, aegroti et dishabiles, fabricarum camporumque operarii et athleticam exercentes, artifices et studiorum universitatum doctores, Episcopi, presbyteri ac personae consecratae, rem politicam agentes, diurnarii et milites, qui sui servitii sensum confirmaverunt, in pacem servandam collati.

Multum eminuit *opificum coadunatio,* quae die I mensis Maii, tradito contingente operum festo, evenit. Ab iis poposcimus ut operis tenerent spiritalitatem, sanctum Ioseph imitantes et ipsum Iesum. Eorum praeterea iubilaeum Nobis dedit copiam gravem pronuntiandi invitationem ut oeconomica socialisque inaequabilitas in operum provincia sanaretur, atque oeconomiae cunctum orbem complectentis processus sine mora ordinarentur ob oculos habita solidarietate necnon in unamquamque humanam personam observantia. Parvuli, festivo sensu redundantes, in *Familiarum Iubilaeo* redierunt, in quo mundo sunt demonstrati veluti « ver familiae societatis-

que ». Insignis fuit iubilaris haec congressio, in qua tot familiae, undique gentium oriundae, renovato fervore ad Christi lucem pro se de primigenio Dei proposito hauriendam (cfr *Me* 10, 6-8; *Mt* 19, 4-6) venerunt. Operam dare studuerunt ut eadem culturam illuminaret, quae in periculo versatur matrimonii familiarisque instituti sensum ipsum in modum usque graviorem amittendi.

Inter maxime exinde permoventes conventus congressio Nobis fuit illa *cum captivis in Regina Coeli.* In eorum oculis dolorem inspeximus, sed etiam paenitentiam ac spem. Iis Iubilaeum peculiari nomine « annus misericordiae » fuit.

Iucunda tandem, postremis anni diebus, cum iis congressio fuit qui artem scaenicam agunt, unde tanta in populi animum oritur attractiva vis. Iis qui in hac provincia versantur grave memoravimus officium probandos nuntios una cum laeto oblectamento proferendi, qui, quod ad mores attinet, salubres habentur aptique ad fiduciam inferendam et vitae amorem.

Congressus Eucharisticus Internationalis

11. Anni iubilaris habita ratione, magnum pondus habere debebat *Congressus Eucharisticus Internationalis.* Quod habuit! Si quidem Eucharistia sacrificium est Christi inter nos praesentis, nonne eius *praesentia realis* Anno Sancto vertente, Verbi incarnationi dicato, principalem obtinere locum debuit? Hac de causa ille veluti annus « penitus eucharisticus »[6] prospectatus est atque hoc modo illum experiri studuimus. Eodem tempore, Filii nativitate memorata, deesse non poterat Matris memoria. Iubilari in celebratione non modo per opportunas praestantesque congressiones adfuit Maria, verum et potissimum per magnum dicationis Actum, quo, magna universalis Episcopatus parte comitante, eiusdem maternae sollicitudini virorum mulierumque novi millennii vitam commisimus.

Oecumenica ratio

12. Illud quidem intellegitur, Nos praesertim de Iubilaeo sponte et ultro loqui, quod in Petri sede consideratur. Attamen non obliviscimur Nos voluisse ut celebratio etiam in Ecclesiis particularibus pleno iure ageretur, at-

[6] Cfr IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. ***Tertio millennio adveniente*** (10 Novembris 1994), 55: ***AAS*** 87 (1995), 38.

que inibi videlicet fidelium maior pars peculiares gratias consequi potuit et nominatim Anni iubilaris indulgentiam. Praeclarum tamen est complures Dioeceses voluisse ut etiam hic magnas per fidelium turmas Romae adessent. Iterum suum providum illius loci officium aeterna Urbs ostendit, in quo divitiae donaque cuiusque Ecclesiae, immo cuiusque nationis et culturae, in « catholica religione » componuntur, ut una Christi Ecclesia sacramenti unitatis[7] mysterium magis ac magis perspicue demonstret.

Peculiarem diligentiam etiam poposcimus, peculiaribus ex Anni iubilaris consiliis, in *rationem oecumenicam* conferendam. Quae fuit opportunior occasio, ut in plenam communionem iter foveretur, quam Christi nati communis celebratio? Multum ob eam causam adlaboratum est, atque oecumenica apud Sancti Pauli Basilica congressio diei XVIII mensis Ianuarii anni MM exstat praeclara, cum primum in historiae annalibus *Porta Sancta coniunctim reclusa est a Petri Successore, Primate Anglico et Metropolita Patriarchatus Oecumenici Constantinopolitani,* coram Ecclesiarum Communitatumque totius mundi participibus. Hac ratione fuerunt quoque nonnullae magni momenti cum Patriarchis orthodoxis et aliarum christianarum confessionum rectoribus congressiones. Recordamur peculiarem in modum Nos proxime S.S. Karekin II, qui est Patriarcha Supremus et Catholicos Armenorum. Aliarum Ecclesiarum Communitatumque ecclesialium singularium coetuum iubilares congressiones participarunt. Iter certe laboriosum perstat, forsan longum, at nos tenet spes a Resuscitato praesenti ipsiusque Spiritus inexhausta vi nos actum iri, qui miras res usque novas praebere valet.

In Terram Sanctam peregrinatio

13. *Nostrum proprium Iubilaeum Terrae Sanctae in viis* oblivisci haudquaquam possumus. Suscipere idem ab Ur Chaldaeorum voluissemus ut Nostris quasi pedibus Abrahae, nostri patris in fide (cfr *Rom* 4, 11-16) semitas calcaremus. Satis necessario habuimus spirituale tantum suscipere iter, permoventem verbi liturgiam die XXIII mensis Februarii in aula Pauli VI celebrantes. Continuo post ipsam fecimus peregrinationem, historiae salutis iter persequentes. Laetantes itaque in Monte Sina constitimus, in scaena veluti quadam ubi Decalogus datus est ac primum Foedus ictum. Mense post iter rursus suscepimus, Montem Nebo primum ac post ipsa loca petentes, quae habitavit sanctificavitque Redemptor. Animi commotionem osten-

[7] Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 1.

dere difficile est, qua affecti sumus ipsius nativitatis Christique vitae loca, Bethléem ac Nazareth, venerantes, in Cenáculo sacram Eucharistiam celebrantes, in eodem scilicet loco in quo instituta est, Crucis mysterium apud Calvariae locum meditantes, ubi Christus suam pro nobis tradidit vitam. His in locis adhuc graviter vexatis atque proxime etiam vi afflictis, hospitium liberalissimum non ab Ecclesiae filiis, verum etiam a communitate Israelitica ac Palaestinensi experti sumus. Vehementer insuper permoti sumus apud Fletus Murum precantes et Mausoleum Yad Vashem invisentes, cum necatos homines in campis captivis custodiendis Nazistarum in horrificam memoriam revocaremus. Iter illud occasio fuit fraternitatis pacisque, quod unum ex pulcherrimis iubilaris eventus donis capere placet. Illorum dierum cogitantes sensum, facere non possumus quin fervidis votis expetamus ut quaestiones, quae adhuc illis sanctis in locis, quae cara habentur ab Hebraeis, Christianis et Muslimis, haud solutae manent, sollicite iureque expediantur.

Debita Nationum

14. Iubilaeum eventus magnus fuit caritatis — et aliter fieri non potuit. Ab annis inde praeparationis maiorem actuosioremque animorum intentionem in paupertatis difficultates, quibus adhuc terrarum orbis implicatur, concitare studuimus. Hac in re *debiti internationalis pauperum Nationum* quaestio peculiarem obtinet locum. Pro his liberalitatis aliquod documentum prae se ferebat Iubilaeum, quod sua in primigena sacrorum Bibliorum forma tempus erat cum communitas obstringebatur ut iustitia solidarietasque inter homines restituerentur, bona quoque naturae erepta reddendo. Laetanter animadvertimus nuper oratorum popularium coetus complurium Nationum, creditam pecuniam vindicantium, magna ex parte debiti synallagmatici pro pauperioribus Nationibus iisque aere alieno magis gravatis remissionem decrevisse. Vota facimus ut cuiusque Nationis regimina brevi haec quae oratorum popularium coetus decreverunt exsequantur. Implicatior autem exstitit debiti multilateri quaestio, quod indigentiores Nationes cum nummariis Institutis internationalibus conflarunt. Exoptatur ut Nationes quae haec Instituta complectuntur, illae potissimum quibus maius est decretorium pondus, necessarias consensiones reperiant, ut quaestio haec celeriter dissolvatur, ex qua multarum Nationum progressus iter pendet, gravibus exstantibus consecutionibus, quae ad oeconomicam exsistentialemque condicionem plurimorum hominum spectant.

Nova vis dynamica

15. Haec sunt quaedam lineamenta, quae ex iubilari experientia depromuntur. Tot recordationes in nobis ipsa infigit. At si magnam hereditatem, quam eadem nobis ministrat, summatim exponere volumus, absque dubitatione eam deprehendimus in *Christi vultu contemplatione:* is sua in historica effigie ac mysterio consideratur, in sua multiplici in Ecclesia Mundoque praesentia suscipitur, tamquam historiae sensus nostrique itineris lux agnoscitur.

Nunc futurum tempus spectare debemus, « ducere in altum » debemus, Christi verbo fisi: « *Duc in altum* »! Quod hoc anno patravimus comprobare non potest satisfactionis sensum atque etiam minus in nos inducere quandam exemptionis voluntatem. Sed contra ea quae experti sumus *novam vim in nobis concitare debent,* dum compellunt nos ut in certa opera conceptum animi ardorem conferamus. Iesus ipse nos monet: « Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro, aptus est regno Dei» *(Lc* 9, 62). In Regni domo tempus non datur retro aspiciendi, multo minus in ignavia sistendi. Multum nos manet, et hanc propter causam efficacia rerum exsequendarum consilia, quae spectant ad pastoralem rem post-iubilarem, capere debemus.

Operae tamen pretium omnino est ea quae facturi sumus, Deo iuvante, funditus alteque in contemplatione precationeque locare. Tempus nostrum usque movetur quod saepe animi perturbationem gignit, dum periculum adest « efficiendi ut efficiatur ». Huic temptationi obsistere debemus, « esse » studentes priusquam « faciamus ». Hac de re monitum memoramus Iesu ad Martham: « Sollicita es et turbaris erga plurima, porro unum est necessarium » *(Lc* 10, 41-42). Hac mente, antequam vestris considerationibus quaedam operis lineamenta proponamus, vobiscum quasdam meditationis particulas de Christi mysterio communicare volumus, qui est fundamentum omnis nostrae pastoralis actionis absolutum.

II
VULTUS CONTEMPLANDUS

16. «Volumus Iesum videre» *(Io* 12, 21). Quod rogaverunt Philippum nonnulli Graeci, qui paschalem ob peregrinationem Ierusalem venerant, hoc spiritaliter in auribus quoque nostris hoc iubilari Anno personuit. Quemadmodum peregrinatores illi, qui abhinc duo milia annorum exstiterunt, no-

strae aetatis homines, quamvis haud semper conscii, ab hodiernis fidelibus quaerunt ut non modo de Christo « loquantur », sed aliquo modo ut efficiant ut « videatur ». Nonne Ecclesiae est officium Christi in unoquoque historiae aevo lucem referre, efficere ut ipsius vultus etiam coram novi millennii generationibus splendeat?

Nostra tamen testificatio esset intoleranter inanis, nisi nos primi *contemplatores eius vultus* essemus. Magnum Iubilaeum nos procul dubio iuvit ut altius id experiremur. Finem Iubilaeo imponentes, dum suetum iter denuo suscipimus, rerum actarum divitias singularissimo hoc tempore in animo gestantes, contuitum plus quam umquam *in Domini vultu figimus.*

Evangeliorum testimonium

17. Christi vultus contemplatio necessario in eo innititur quod sacrae Litterae de Ipso tradunt, quae omnibus ex partibus eiusdem mysterio perfunduntur, quod latenter in Antiquo Foedere significatur, palam autem in Novo Testamento revelatur, ita ut sanctus Hieronymus elate edicit: « Ignoratio enim Scripturarum ignoratio Christi est ».[8] Sacrae Scripturae adhaerentes, Spiritus testimonio recludimur (cfr *Io* 15, 26), qui horum scriptorum initium affert, ac simul *Apostolorum testimonio* (cfr *ibidem,* 27), qui praesentes Christum experti sunt, vitae Verbum, eum suis oculis viderunt, suis auribus audierunt, manibus tetigerunt (cfr *1 Io* 1, 1).

Quae per illos ad nos pervenit, ea fidei est visio, quae certa historica testificatione roboratur. Vera est testificatio, quam Evangelia, etsi perplexa est eorum compositio eorundemque primarium propositum est catecheticum, nobis fidei prorsus dignam tradunt.[9]

18. Evangelia reapse totius Iesu vitae narrationem ad recentiores historicae scientiae rationes exhibere nolunt. Ex ipsis tamen *Nazareni vultus historico certo fundamento suffultus oritur,* quandoquidem evangelistae eundem figurare student, certa colligentes testimonia (cfr *Lc* 1, 3) atque per documenta operantes considerate ecclesiali iudicio perpensa. Ex his primigeniis testimoniis illud quod humanam exturbat mentem, per Spiritus Sancti illuminantem virtutem, didicerunt ii, Iesum virginali modo e Maria, Ioseph sponsa, natum. Ex illis qui triginta fere per annos Nazareth (cfr *Lc* 3, 23) exactos eum cognoverunt, vitae eius, qui fuit « fabri filius » *(Mt* 13, 55) et

[8] ***Comm. in Is.,*** Prot: ***PL*** 24, 17.

[9] Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const, dogm. de Divina Revelatione ***Dei Verbum,*** 19.

« f aber » ipse, res gestas colligerunt, qui inter suos necessarios probe numerabatur (cfr *Me* 6, 3). Ipsius recensuerunt pietatem, quae una cum familiaribus ad Hierosolymitanum templum petendum per annuum iter eum pellebat (cfr *Lc* 2, 41) atque potissimum efficiebat ut sui oppidi synagogam adire soleret (cfr *Lc* 4, 16).

Nuntii deinceps latiores fiunt, etiamsi de ordinatis narrationibus singillatimque traditis non agitur, ministerii publici tempore, initio sumpto ex quo iuvenis Galilaeus in lordano flumine a Ioanne Baptista baptizatus est, atque testimonio roboratus ex alto, conscius se esse filium dilectum (cfr *Lc* 3, 22), praedicare incipit Dei Regnum adveniens, dum eiusdem postulata atque per verba ac gratiae misericordiaeque signa vim demonstrat. Eum sic Evangelia per oppida vicosque peregrinantem, duodecim Apostolis (cfr *Me* 3, 13-19), mulierum manipulo, quae eum colunt (cfr *Lc* 8, 2-3), turbis quae eum quaerunt vel sequuntur, aegrotis qui eius sanantem vim requirunt, collocutoribus, qui ipsius vario cum proventu audiunt verba, comitatum, ostendunt.

Evangeliorum exinde narratio eodem spectat, augescentem ostendendo animorum intentionem, quae inter Iesum et eminentes societatis religiosae illius temporis globos intercedit, usque ad extremum discrimen, quod apud Calvariae locum suum habet gravem exitum. Hora est tenebrarum, quam novum, fulgidum, absolutum diluculum sequitur. Evangelicae namque narrationes finem faciunt Nazarenum ostendentes mortis victorem, ipsius vacuum sepulcrum demonstrant, eumque in manifestationum serie sequuntur, in quibus discipuli primum dubii atque stupentes, deinde ineffabili laetitia repleti, eum viventem et fulgentem experiuntur, atque ab eo Spiritus donum (cfr *Io* 22, 22) accipiunt simulque Evangelii nuntiandi ad « omnes gentes » *(Mt* 28, 19) mandatum.

Fidei semita

19. « Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino» *(Io* 20, 20). Vultus, quem Apostoli post resurrectionem sunt contemplati, idem erat illius Iesu quocum tres fere annos vixerant, atque de mirabili novae suae vitae veritate nunc eis persuadet, « manus et latus » *(ibidem)* ostendens. Certe haud facile credere fuit. Discipuli Emmaus post spiritale ac laboriosum iter confectum dumtaxat crediderunt (cfr *Lc* 24, 13-35). Thomas apostolus solummodo credidit postquam prodigium cognovit (cfr *Io* 20, 24-29). Reapse, ut eius corpus videretur ac tangeretur, *fides sola illius vultus mysterium plene ingredi*

poterat. Id iam in historica Iesu vita experti sunt discipuli, in interrogationibus scilicet, quae illorum mentibus occurrebant, quotiescumque ipsius verbis ipsiusque factis interrogabantur. Iesus revera adiri non potest nisi per fidem, quandam per semitam, cuius Evangelium ipsum in illa pernota Caesareae Philippi scaena (cfr *Mt* 16, 13-20) itinera demostrare videtur. Primam quodammodo rationem ducens suae missionis, ex discipulis quaerit Iesus quid « homines » de se sentiant. Hoc ii responderunt: « Alii Ioannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut unum ex prophetis » *(Mt* 16, 14). Responsio haec procul dubio excelsa est, sed adhuc longe abest — et quantum! — a veritate. Populus religiosam faciem, prorsus singularem illius *rabbi* vix perspicit, qui allicienti sic modo loquitur, sed ultra illos Dei homines eum locare non valet, qui Israelis annales designarunt. Iesus reapse prorsus aliud est! Hic nimirum est ulterior cognitionis gressus, quae eius personae profundum statum attingit, quem ipse a « suis » requirit. « Vos autem quem me esse dicitis? » *(Mt* 16, 15). Fides tantum, quam Petrus professus est, et cum eo omnium aetatum Ecclesia, ad cor pervenit, mysterii attingens altitudinem: «Tu es Christus, Filius Dei vivi» *(Mt* 16, 16).

20. Quomodo ad fidem hanc pervenit Petrus? Quid a nobis postulatur, si eius vestigia modo magis magisque certo tenere volumus? Matthaeus per verba illa quibus Petri confessionem recipit hac de re insigniter nos certiores facit: « Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est» (16, 17). Vocabula «caro et sanguis» hominem rationemque communem cognoscendi exprimunt. Communis haec ratio, quod ad Iesum spectat, non sufficit. «Revelatione» quae a Patre procedit opus est (cfr *ibidem).* Lucas quaedam nobis ministrat indicia quae eodem spectant, cum dicit hunc dialogum cum discipulis esse institutum, « cum solus esset orans » Iesus *(Lc* 9, 18). Utrumque indicium aequabiliter nos conscios reddunt Domini vultus ad contemplationem nos pervenire non nostris viribus, sed cum nos paene manu a gratia duci sinimus. *Silentii precationisque experientia* dumtaxat aptam fert condicionem, in qua absolvi et evolvi verissima potest cognitio, adhaerens congruensque, illius mysterii, quod in sollemni illa Ioannis evangelistae proclamatione suum attingit fastigium: « Et Verbum caro factum est et habitavit in nobis, et vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis » *(Io* 1, 14).

Mysterii altitudo

21. Verbum atque caro, divina gloria eiusque inter homines tabernaculum! In harum rerum extremarum intima et insolubili coniunctione consistit peculiaris Christi natura secundum celebrem sententiam Concilii Chalcedonensis (anno CCCCLI): «In duabus naturis... in unam personam». Illa persona est eademque sola Verbi aeterni Patrisque Filii. Divina nempe et humana sunt hae duae naturae sine ulla confusione verum etiam sine ulla qualibet separatione.[10]

Conscii nobis sumus quibus finibus notiones nostrae ac voces circumscribantur. Formula illa, licet semper humana, nihilominus accurate aequatur ipsi suae doctrinae interiori nosque sinit obviam quodammodo ire etiam trépidos altitudini mysterii. Ita est: Iesus verus Deus est verusque simul homo! Haud secus atque apostolus Thomas continenter a Christo invitatur Ecclesia ut ipsius plagas contrectet, nempe ut plenam humanitatem agnoscat ex Maria sumptam et morti traditam ac resurrectione transformatam: « Infer digitum tuum huc et vide manus meas et affer manum tuam et mitte in latus meum » *(Io* 20, 27). Et sicut idem Thomas se prosternit adorans Ecclesia coram Resuscitato Domino eius in splendoris divini amplitudine ac perpetuo exclamat: «Dominus meus et Deus meus! » *(Io* 20, 28).

22. «Et Verbum caro factum est» *(Io* 1, 14). Haec Ioannis fulminea propositio Christi mysterii universo confirmatur Testamento Novo. Ad eandem sententiam etiam Paulus apostolus dirigitur affirmans de Filio: « Factus est ex semine David secundum carnem» *(Rom* 1, 3; cfr 9, 5). Si vero hodie, cum rationalismus viget pervaditque tot culturae recentioris partes, fides in primis de Christi divinitate difficultates gignit, aliis in condicionibus historiae et culturae proclivitas potius fuit ad minuendam vel humanitatis Iesu historicam soliditatem solvendam. Verumtamen Ecclesiae fides necessarium habet et inevitabile officium nempe adseverare: « Verbum caro factum est », quod sibi *omnes humani generis partes* praeter peccatum assumpsit (cfr *Heb* 4, 15). Hac in re, incarnatio *kenosis* revera est, videlicet

[10] « Sequentes igitur sanctos Patres, unum eundemque confiteri Filium Dominum nostrum Iesum Christum consonanter omnes docemus, eundem perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum vere et hominem vere [.,] unum eundemque Christum Filium Dominum unigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter [......] non in duas personas partitum sive divisum, sed unum et eundem Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Iesum Christum »: ***DS*** 301-302.

« spoliatio » a Filio Dei illius gloriae quam aeterno iam possidet ab aevo (cfr *Philp* 2, 6-8; *1 Pe* 3, 18).

Finis per se non est aliunde haec Filii Dei exinanitio, quae potius ad Christi tendit glorificationem etiam humana in illius natura: « Propter quod et Deus illum exaltavit et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur: Dominus Iesus Christus! in gloriam Dei Patris» *(Philp* 2, 9-11).

23. «Faciem tuam, Domine, exquiram » *(Ps* 27 [26], 8). Nullibi potuit hoc antiquum Psalmistae desiderium plenius aut mirabilius quam in Christi vultus contemplatione impleri. Reapse in illo nobis Deus benedicit ac facit ut «illuminet vultum suum super nos» *(Ps* 67 [66], 3). Simul autem Deus et homo, sicuti est, nobis verum etiam hominis recludit vultum; « Hominem ipsi homini plene manifestat».[11]

Est quidem Iesus « novus homo » (cfr *Eph* 4, 24; *Col* 3, 10) qui redemptus vocat homines ut suae ipsius participes fiant vitae. Iaciuntur enim in Incarnationis mysterio cuiusdam anthropologiae fundamenta quae proprios excedere potest terminos ac suas ipsius repugnantias, dum ad Deum versus se dirigit, quin immo ad « divinizationis » finem, per hominis redempti in Christum insertionem qui ad vitae trinitariae interiora perducitur. Hanc ipsam soteriologicam Incarnationis mysterii rationem extulerunt tantopere Patres: idcirco solum, quod Dei Filius vere est homo factus, potest homo in Ipso ac per Ipsum revera filius fieri Dei.[12]

Filii facies

24. Species haec divina et humana ex Evangeliis ipsis vehementer elucet, novis quae copiam suppetunt rerum quarum adiutorio inserere nos possumus in extremum illum mysterii locum quem efficit *Christi conscientia sui ipsius.* Haud dubitat Ecclesia quin divinitus adflati Evangelistae sua in narratione recte omnino ex verbis a Iesu prolatis veritatem perceperint de illius persona atque conscientia quam ipse eiusdem habebat personae. Non-

[11] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis ***Gaudium et spes***, 22.

[12] Hac de re admonet sanctus Athanasius: « Homo cum re creata coniunctus non potuisset divinus effici, nisi Filius verus Deus esset », ***Oratio II contra Arianos*** 70: ***PG*** 26, 425 B - 426 G.

ne hoc fortasse illud est quod colligens primas Iesu voces duodecim nati annos in templo Hierosolymitano prodere cupit Lucas? Iam enim tunc temporis sibi conscius esse videtur se peculiari ratione cum Deo coniungi, ea nempe quae propria « filii est ». Etenim Matri suae nuntianti quanta animi sollicitudine ipsamet atque Iosephus eum conquisiverint respondet Iesus sine dubitatione: « Quid est quod me quaerebatis? Nesciebatis quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse? » *(Lc* 2, 49). Admirationem propterea non movet quod ille iam maturus suo sermone firmiter altitudinem mysterii sui expromit, prout affatim synopticis in Evangeliis effertur (cfr *Mt* 11, 27; *Lc* 10, 22), at praesertim ab evangelista Ioanne. Propria in sui conscientia Christus nihil omnino haesitat: « In me est Pater, et ego in Patre» *(Io* 10, 38).

Quantumvis credere liceat propter humanam condicionem quae faciebat ut Iesus cresceret «sapientia, aetate et gratia» *(Lc* 2, 52), humanam etiam mysterii illius conscientiam progressam usque esse ad plenam humanitatis glorificatae declarationem, dubitari non licet iam habuisse sua in historica vita Christum conscientiam suae veritatis, se nempe esse Dei Filium. Adeo hoc extollit Ioannes ut affirmet ea tandem de causa repudiatum eum esse ac damnatum: namque « quaerebant eum Iudaei interficere, quia non solum solvebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo » *(Io* 5, 18). Intra eventa horti Gethsemani atque Calvariae examinabitur durissime humana Iesu conscientia. Verumtamen ne passionis quidem mortisque tragoedia afficere poterit tranquillam ipsius conscientiam: caelestis se esse Patris Filium.

Dolens vultus

25. Adducimur itaque nos vultus Christi contemplatione ut *partem maxime admirabilem ipsius mysterii* adeamus, quae postremo quidem tempore crucis videlicet hora effulget. Mysterium intra ipsum mysterium est, ante quod facere homo non potest quin adorans se prosternât.

Nostro in conspectu transit vehementia ipsa illius eventus in hortu Olivarum, nempe Christi agoniae. Cum opprimitur Iesus praevidens dolorem, qui illum manet, coram Deo solo, consueta sua et tenera voce fiduciae advocat eum: « Abba, Pater ». Petit enim ut si fieri possit a se ille doloris submoveat calicem (cfr *Me* 14, 36). Videtur tamen Filii nolle Pater audire vocem. Ut vero Patris vultum hominibus referret, debuit Iesus non modo hominis induere vultum, verum etiam sibi peccati sumere « vultum ». « Eum,

qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso » *(2 Cor* 5, 21).

Satis numquam huius mysterii perserutabimur altitudinem. Omnis enim acerbitas huius paradoxi exoritur ex illo doloris clamore, qui videtur desperatus quemque Iesus profert in Cruce: « Heloi, Heloi, lema sabacthani? quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? » *(Me* 15, 34). Num mente fingi potest maior animi cruciatus, densior obscuritas? Revera istud angoris plenum «ut quid» ad Patrem directum primis Psalmi 22 verbis, etiamsi veritatem ineffabilis in se continet doloris, adfectu illustratur totius precationis, ubi dolorem ac fiduciam simul coniungit Psalmista acerbo quodam affectionum contextu. Pergit enim Psalmus: « In te speraverunt Patres nostri, speraverunt et liberasti eos... Ne longe fias a me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuvet » *(Ps* 22 [21], 5.12).

26. Christi clamor in cruce, carissimi fratres ac sorores carissimae, non angorem prodit desperantis, sed Filii precem qui Patri per amorem suam offert in omnium salutem vitam. Dum Ipse cum nostro peccato parem se reddit, a Patre derelictus, in Patris manus se « derelinquit ». In Patrem eius intenduntur semper oculi. Omnino propter cognitionem atque experientiam, quam Dei Ille habet solus, etiam hoc obscuritatis tempore liquido percipit peccati gravitatem et ob eam causam patitur. Is solus, qui Patrem cernit indeque plane gaudet, usque ad extremum aestimat quid sibi velit per peccatum proprio resistere amore. Primum iam, et antequam in corpore, passio eius atrox est animae dolor. Theologorum traditio non recusavit etiam interrogare quomodo Iesus vivere potuerit altissimam suam coniunctionem cum Patre, fonte nempe laetitiae ac beatitudinis suapte natura, ac simul hanc agoniam usque ad derelictionis gemitum. Harum rationum duarum coëxsistentia, quae inter se non conciliari posse videntur, reapse inseritur in unionis hypostaticae altitudinem investigabilem.

27. Hoc coram mysterio, post theologicam investigationem, dari nobis validum potest adiumentum amplissimo ex illo patrimonio quod *theologia quam sancti vixerunt* constituit. Indicia nobis magni pretii illi praebent, quae facilius nos percipere sinunt fidei intuitum, atque hoc quidem accidit peculiarem propter illam lucem, quam eorum nonnulli a Sancto Spiritu receperant, aut etiam illud per experimentum quod ii habuerunt statuum illorum terrificorum probationis quos mystica describit traditio tamquam « noctem obscuram ». Crebrius quidem sunt sancti aliquid experti quod *si-*

mile est Iesu experientiae in cruce in mirabili illa beatitatis dolorisque commixtione. In « Divinae Providentiae Dialogo » ostendit Deus Pater sanctae Catharinae Senensi quo modo in animabus sanctis simul adesse possint gaudium et supplicium: « Inde beatur quidem anima atque cruciatur: ob proximorum nempe torquetur delicta, exhilaratur autem propter coniunctionem affectionemque caritatis quam in semet illa recepit. Imitantur enim hi Agnum immaculatum, Unigenitum meum Filium, qui cruci adfixus gaudebat tum etiam dolebat ».[13] Item pariter sancta Teresia Lexoviensis suum vivit cruciatum coniuncta nempe cum Iesu dolore, in semet scilicet paradoxum Iesu comprobans beati simul et solliciti: « In Olivarum horto omnibus fruebatur Dominus noster Trinitatis gaudiis, nec vero minus erat ipsius agonia crudelis. Mysterium quamvis sit, tibi tamen confirmo ex iis quae ipsamet patiar, aliquid me illius intellegere».[14] Quam lucida testificatio! Ceterum eadem Evangelistarum narratio hanc confirmat sustentatque ecclesialem perceptionem Christi conscientiae, cum eum docet, altissimo etiam in dolore, mori indulgentiam suis carnificibus efflagitantem (cfr *Lc* 23, 34) Patrique eodem tempore extremam suam profitentem Filii deditionem: « Pater, in manus tuas commendo spiritum meum » *(Lc* 23, 46).

Resuscitati vultus

28. Quem ad modum Feria Sexta in Parasceve ac Sabbato Sancto, etiamnunc pergit Ecclesia faciem hanc cruentatam contemplari, ubi et Dei absconditur vita et mundi offertur salus. Attamen sistere haud potest eius Christi vultus contemplatio ad Ipsius cruci adfixi imaginem. *Etenim est Ille Resuscitatus!* Quod nisi ita esset, inanis nostra esset praedicatio vanaque nostra fides (cfr *1 Cor* 15, 14). Patris enim responsio fuit resurrectio eius oboedientiae, prout commeminit Epistula ad Hebraeos: « In diebus carnis suae, preces supplicationesque ad eum, qui possit salvum illum a morte facere, cum clamore valido et lacrimis offerens et exaudi tus pro sua reverentia, et quidem cum esset Filius, didicit ex his, quae passus est, oboedientiam; et, consummatus, factus est omnibus oboedientibus sibi auctor salutis aeternae » (5, 7-9).

Ad Christum iam respicit Ecclesia resuscitatum. Quod quidem facit vestigiis Petri ingressa qui lacrimas suas profudit propter proditionem atque

[13] N. 78.

[14] ***Ultimi Colloqui. Quaderno giallo,*** 6 Iulii 1897: ***Opere complete,*** Città del Vaticano 1997, 1003

iter repetivit Christo suum amorem, licet manifesta cum trepidatione, testans: «Etiam, Domine, tu scis quia amo te» *(Io* 21, 15-17). Id similiter efficit Ecclesia Paulum comitata qui illum in via Damascum versus offendit ab eoque est fulmine tactus: « Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum » *(Philp* 1, 21).

Duobus annorum milibus hos post eventus, experitur eos Ecclesia veluti si hodie contigerint. In Iesu namque vultu suum ipsa, sponsa nempe, thesaurum contemplatur, suam laetitiam: « Iesu dulcis memoria, dans vera cordis gaudia »: quam suavis est Iesu recordatio, verae cordis fons laetitiae! Hoc corroborata experimento suscipit iterum Ecclesia hodie suum iter ut mundo Christum nuntiet, ineunte tertio millennio: Ipse « heri et hodie idem, et in saecula» *(Heb* 13, 8).

III
PROFICISCENDUM A CHRISTO

29. « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad cosummationem saeculi » *(Mt* 28, 20). Duo iam annorum milia comitatur Ecclesiam, carissimi fratres sororesque, haec certitudo quam nostris in animis Iubilaei renovavit celebratio. Hinc hauriamus *novum christiana in vita invitum* oportet, quin immo inspirantem inde itineris nostri vim efficiamus. Conscii nobis huius inter nos praesentis Resuscitati, nobismet interrogationem ponimus quam Petrus aliquando in foro Hierosolymitano posuit continuo post sermonem de Pentecoste: «Quid faciemus, viri fratres? » *(Act* 2, 37).

Nos ipsi percontamur fidentes omnia in optimam partem interpretantes, tametsi difficultates non minoris existimamus. Fallax certissime nos non seducit iudicium, videlicet inveniri posse formulam veluti « magicam » pro magnis nostri temporis provocationibus. Nullo modo: servabit nos nulla formula, verum Persona una atque certitudo illa quam nobis Ipsa infundit: *Ego vobiscum sumi*

Non itaque agitur de hinc excogitando « novo consilio ». Iam enim praesto est consilium seu « programma »: illud nempe quod de Evangelio derivatur semper vivaque Traditione. Tandem in Christo ipso deprehenditur istud, qui sane cognoscendus est, diligendus atque imitandus, ut vita in eo trinitaria ducatur et cum eo historia ipsa transfiguretur ad suam usque in Hierosolymis caelestibus consummationem. Institutum enim hoc, variantibus quidem temporibus ipsis atque culturae formis, non mutatur quamvis

rationem quidem habeat temporis et culturae, ut verum instituat diverbium efficacemque communicationem. Constans vero institutum illud per tertium millennium pariter est nostrum.

Hoc omne tamen necesse est in *directorias normas pastorales cuiusque communitatis condicionibus idoneas* convertatur. Singularem profecto nobis opportunitatem obtulit Iubilaeum nosmet ipsos devovendi itineri cuidam coniuncto totius Ecclesiae plures annos, itineri videlicet catechesis bene ordinatae de argumento trinitario, quod etiam propria comitata sunt pastoralia incepta quorum finis fecunda fuit iubilaris experientia. Gratias quidem habemus quod tanto studio atque tam late receperint sententiam a Nobis in Litteris Apostolicis « Tertio millennio adveniente » expositam. Nunc vero non iam proximus ante nos describitur finis, sed meta multo maior nec minus exigens alicuius ordinariae operae pastoralis. Intra universales necessariosque limites oportet unica Evangelii institutio, quem ad modum continenter accidit, in historiam cuiusque ecclesialis regionis ingrediatur. *Particulares apud Ecclesias* rationes illae operis concretae et obiectivae decerni possunt — sicut agendi viae, tum formatio atque aestimatio ipsorum actorum, necnon instrumentorum necessariorum inquisitio — quae Christi nuntiationem homines singulos attingere sinunt, communitates conformare, alte res afficere per bonorum evangelicorum testificationem intra societatem atque humanitatis cultum.

Vehementer propterea Ecclesiarum particularium exhortamur Pastores ut, a diversis Populi Dei partibus simul agentibus ipsi adiuti, magna cum fiducia passus definiant instantis illius itineris ac dioecesanae cuiusque Communitatis voluntates componant cum Ecclesiarum finitimarum decretis tum etiam universalis Ecclesiae.

Facilior certe haec concordia reddetur per industriam collegialem, iam pridem passim vigentem, quae ab Episcopis in Conferentiis episcopalibus necnon Synodis procuratur. Nonne haec fortasse vis fuit sessionum continentalium Synodorum Episcoporum, qui Iubilaei praeparationem persecuti sunt, dum normas enucleabant ad hodiernam Evangelii nuntiationem diversis in locorum statibus variisque in cultus humani formis? Copiosum hoc deliberationum patrimonium non licet ad nihilum recidere, sed decet illud re ipsa aliquid operari.

Excitans ergo actuositas renovationis pastoralis nos manet, quae omnes quidem complectitur. Communem tamen ad utilitatem ac directionem volumus hic *potiores partes operis pastoralis* indicare, quas ipsa Magni Iubilaei experientia manifestius Nostros obiecit ante oculos.

Sanctitas

30. Nihil dubitamus ante omnia adfirmare visionem rerum illam, in qua collocari debet totum pastorale iter, esse *sanctitatem.* Haec nonne suprema erat indulgentiae iubilaris significatio, tamquam peculiaris gratiae quam offerebat Christus ut singulorum baptizatorum vita purificari posset penitusque renovari?

Inter eos ideo, qui Iubilaei fuerunt participes, exoptamus ut plurimi perfrui valuerint hac gratia, conscii nempe sibi indolis eius exigentis. Absoluto itaque Iubilaeo, communis iam repetitur semita; at necessitas restat pastoralis magis quam antehac sanctitatem efferre.

Iterum idcirco detegendum est caput V Constitutionis dogmaticae de Ecclesia « Lumen gentium », ubi « de universali vocatione ad sanctitatem in Ecclesia » agitur, omne secundum suum directorium pondus. Huic argumento si conciliares Patres tantum adsignaverunt momentum, non sane addere voluerunt ipsi ecclesiologiae solummodo spiritalem quendam afflatum, verum interiorem eius ac propriam extollere dynamicam vim. Si rursus reperta Ecclesia est veluti « mysterium » sive « de unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti plebs adunata »,[15] necessario simul evenit ut eius denuo recluderetur « sanctitas », quae praecipuo suo intellegitur sensu, nempe ut adhaerens ad illum qui nominatim ac praecipue est Sanctus, immo, « Ter Sanctus » (cfr *Is* 6, 3). Ecclesiam ergo appellare sanctam idem profecto est atque ipsius demonstrare faciem uti *Christi Sponsae* pro qua sese dedidit ipse, « ut illam sanctificaret» *(Eph* 5, 25-26). Hoc munus sanctitatis obiectivae, ut ita loquamur, cuique praebetur baptizato.

In officium aliquod rursus se hoc donum transfert quod totam christianam temperare debet exsistentiam: « Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra» *(1 Thess* 4, 3). Quae obligatio non aliquot dumtaxat respicit christianos: « Perspicuum est, omnes christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari ».[16]

31. Primariam hanc commemorare veritatem eamque sicut fundamentum iacere pastoralis totius ordinationis, quae ineunte novo millennio nos obstringit, forsitan videatur primo intuitu quiddam parum efficiens. Num forte sanctitatem « ordinare » possumus? Quid haec sibi vult locutio in alicuius institutionis pastoralis disciplina?

[15] S. CYPRIANUS, ***De Orat. Dom.,*** 23: ***PL*** 4, 553; cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia ***Lumen gentium,*** 4,

[16] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm, de Ecclesia ***Lumen gentium,*** 40.

Re quidem vera, si pastoralis ordinatio sub signo sanctitatis statuitur, aliquid compluribus cum consectariis decernitur. Inde enim in primis firma aperitur sententia: si vera est Baptismus ingressio in Dei sanctitatem per insertionem in Christum ipsum necnon Spiritus eius per inhabitationem, quaedam repugnantia est contentum esse mediocri vita, quae ad normam transigitur ethnicae doctrinae minimum solum poscentis ac religionis superficiem tantum tangentis. Ex catechumeno quaerere: « Vis baptizari? » eodem tempore est petere: « Vis sanctificari? ». Idem valet ac deponere eius in via extremum Sermonis Montani principium: « Estote ergo vos perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est» *(Mt* 5, 48).

Quem ad modum explicavit Concilium ipsum, optima haec perfectionis species non ita est iudicanda quasi si genus quoddam secum importet vitae extraordinariae quam soli aliqui sanctitatis « gigantes » traducere possint. Multiplices enim sanctitatis exsistunt viae atque cuiusque congruunt cum vocatione. Grates Domino referimus Nobis quod concessit his proximis annis tot christianos et christianas inter beatos adnumerare ac sanctos, ex quibus plures laici sanctimoniam sunt communissimis in vitae condicionibus adsecuti. Omnibus ergo tempus est iterum firmiter hunc proponere *« superior em modum » ordinariae vitae christianae:* ad hanc namque metam conducere debet omnis vita ecclesialis communitatis ac familiarum christianarum. Patet nihilominus sanctitatis semitas unius cuiusque esse proprias veramque ideo ac peculiarem postulare *sanctitatis paedagogiam,* quae motibus ac fluctibus singulorum hominum vere noverit se accommodare; divitias itaque adsumere debebit illius invitationis omnibus exhibitae una cum traslaticiis adiumenti singularis et communis formis, quas solidior ecclesiastica traditio suadere potest, tum etiam recentioribus cum modis qui praesto sunt in consociationibus et coetibus ab Ecclesia agnitis.

Oratio

32. Haec tamen indiget sanctitatis paedagogia affectu christiano qui cum primis *arte precationis* praecellit. Fuit scilicet iubilaris Annus tempus intentions precis tam in singulis quam in tota communitate. At nec precationem novimus dari veluti rem continuo concessam. Discere namque quemlibet precari oportet, sicut ipsis de labris divini Magistri perceperunt primi discipuli: « Domine, doce nos orare! » *(Lc* 11, 1). In precatione enim ille cum Christo perficitur dialogus qui nos ipsius reddit amicos intimos: «Manete in me, et ego in vobis» *(Io* 15, 4). Reciprocans haec necessitudo

ipsa substantia est, vitae christianae anima necnon omnis verae pastoralis vitae condicio. A Spiritu Sancto in nobis instituta recludit rursus nos, per Christum et in Christo, ad Patris vultus contemplationem. Trinitariam hanc precationis christianae discere logicam rationem, dum plene in primis vivitur in liturgia sacra, cacumine et ecclesialis vitae fonte,[17] tum in singulorum etiam experimentis, exstat secretum fidei christianae reapse vitalis, quae nihil quidem habet quod in posterum metuat, quoniam ad fontes continenter revolvitur in iisque regeneratur.

33. Nonne fortassis « signum temporum » est, hodie quod per orbem, licet ipsa illa saecularizatio longe lateque progrediatur, *universalis percipitur spiritualitatis postulatio,* quae maximam partem *renovata in precationis necessitate* declaratur? Aliae aequabiliter religiones, quae iam disseminatae vigent in antiquae christianizationis regionibus, sua eidem huic necessitati reddunt responsa idque nonnumquam notabilibus omnino modis. Qui gratiam accepimus, ut in Christum Patris revelatorem credamus hominumque Salvatorem, officio obstringimur ut commonstremus quam alte coniunctio cum eo nos provehere valeat.

Plurimum hac de re mystica Ecclesiae prodere valet traditio, tum in Orientali orbe tum in Occidentali. Quo enim pacto progredi possit oratio, veluti verus ac proprius amoris dialogus, ostendit, eo etiam usque ut ab Amato divino humana persona tota possideatur, quae Spiritus movetur factu et instar filii in Patris deseritur corde. Tunc quidem vivo modo Christi vivitur promissio: « Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum» *(Io* 14, 21). De itinere hic agitur quod totum gratia sustentatur, quod tamen magnum flagitat spiritalem ardorem atque acerbas subit purificationes — « noctem obscuram » videlicet —, sed variis sub formis ad illud accedit ineffabile gaudium quod mystici tamquam « sponsalem unionem » vixerunt. Quis non hoc loco tenet memoria, ex tot claris testificationibus, sancti Ioannis a Cruce magisterium et sanctae Teresiae Abulensis?

Ita est, fratres sororesque carissimae. Fiant christianae nostrae communitates oportet *germanae « scholae » orationis,* ubi cum Christo congressus non una postulatione auxiliorum declaratur, verum gratiarum etiam actione et laude, adoratione et contemplatione, auditu et aestu affectuum usque ad « amationem » cordis. Haec igitur precatio impensa erit, quae tamen ab offi-

[17] Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const.. de sacra liturgia ***Sacrosanctum Concilium,*** 10.

ciis historiae non abstrahit: dum enim Dei amori reserat illa animum, fratrum ac sororum -pariter recludit amori hominibusque historiam construere secundum Dei consilium permittit.[18]

34. Ad precem vocantur nominatim christifideles illi qui vocationis receperunt donum ad peculiaris consecrationis vitam, quae suapte natura paratiores eos efficit ad contemplativam experientiam; unde permagni interest ut magnanimo illam studio excolant. At valde quis erraverit qui communes christianos putaverit acquiescere posse in oratione quadam levi ac transeunte, quae eorum nequeat vitam complere. Praesertim pluribus coram probationibus, quibus fidem hodie obicit mundus, erunt illi non tantum christiani mediocres, verum christiani « in periculo ». Etenim « periculum » ipsi facient ne suam paulatim defervescere videant fidem ac forsitan etiam illecebris cedent « surrogatuum », complectentes scilicet aliena religionis proposita, quin immo etiam aberrantibus indulgentes superstitionis formis.

Necesse ideo est ipsa *educatio ad orationem* quadamtenus elementum quoddam proprium evadat cuiusvis pastoralis ordinationis. Nosmet proin ipsi destinaturi próximas institutiones catecheticas diebus Mercurii sumus *meditationibus super Psalmos,* initio facto a Laudibus, quibus publica nos Ecclesiae oratio hortatur ut devoveamus ac dirigamus dies nostros.

Quantum nimirum iuvabit si non in religiosis modo communitatibus, verum paroecialibus etiam, maior navabitur opera ut totus pervadatur precatione ambitus! Recte aestimari decebit congruoque iudicio populares orationis formas et in primis populum ad liturgicas institui. Dies enim christianae communitatis, ubi plura pastoralia officia necnon testificationis opera in mundo cum eucharistica celebratione coniunguntur ac fortassis cum Laudum et Vesperarum exsecutione, facilius « fingi animo » potest quam communiter censetur. Hoc tot manipuli comprobant hominum christiana fide permotorum, ubi etiam complures laici numerantur.

Eucharistia Dominici diei

35. Propterea studium maximum et momentum sacra est in liturgia reponendum quae « est culmen ad quod actio Ecclesiae tendit et simul fons unde omnis eius virtus emanat ».[19] Vicesimo hoc saeculo, maxime inde a

[18] Cfr CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI, Epistula de quibusdam rationibus christianae meditationis ***Orationis formas*** (15 Octobris 1989): ***AAS*** 82 (1990), 362-379

[19] CONC. OECUM. VAT. II, Const. de sacra liturgia ***Sacrosanctum Concilium,*** 10.

Concilio Oecumenico Vaticano Secundo, multum profecit christiana communitas in ratione ipsa Sacramentorum celebrandorum potissimumque Eucharistiae. In hanc partem omnino progredi oportet, peculiari in adsignando pondere *Eucharistiae diei Dominici* atque ipsi *diei Dominico,* qui percipi debet veluti praecipuus fidei dies, dies resuscitati Domini ac Spiritus Sancti doni, verum hebdomadae totius Pascha.[20] Iam duo annorum milia transigitur christianum tempus per memoriam illius diei qui fuit « prima sabbatorum... prima sabbati» *(Me* 16, 2.9; *Lc* 24, 1; *Io* 20, 1), quo resuscitatus Christus Apostolis pacis Spiritusque munus adtulit (cfr *Io* 20, 19-23). Christi resurrectionis veritas res illa primaria est qua christiana nititur fides (cfr *1 Cor* 15, 14), eventus qui *in medio ponitur temporis mysterio* quique novissimum praefigurat diem, cum gloriosus Christus redibit. Haud novimus nunc quae nos maneant eventa hoc in millennio iamiamque inituro; at certo saltem scimus: firmiter Christi manibus tractabitur qui « Rex regum et Dominus dominorum » exsistit *(Apc* 19, 16). Et suum celebrans Ecclesia Pascha, non semel solum in anno sed quoque Dominico die perget cuique aetati sive saeculo designare « in quod historiae constituit fulcrum, ad quod originum reducitur mysterium atque etiam extremae sortis orbis totius ».[21]

36. Quapropter persequentes cogitationem in litteris *Dies Domini* insistere volumus ac poscere ut omni baptizato *participatio Eucharistiae* sit revera *Dominici diei cor* et quasi centrum: quod indeclinabile quoddam officium est, non idcirco tantum persolvendum ut alicui satis fiat praecepto, sed tamquam vitae christianae necessitas quae vere conscia est sibique constat. Illud iam intramus millennium quod indolem videtur prae se ferre culturarum ac religionum inter se concurrentium, etiam in antiquae christianizationis nationibus. Multis enim iam locis sunt christiani, vel celeriter fiunt, « pusillus grex » *(Lc* 12, 32). Hoc ipsum illos provocat ad impensius testificandas proprias partes ac rationes suae peculiaris naturae, saepius quidem inter difficultates ac solitudinem. In illis partibus invenitur obligatio eucharisticae omni die Dominico celebrationis. Dominicalis ceterum Eucharistia, cum singulis hebdomadibus christianos circum Verbi vitaeque Panis mensam conglobet uti Dei familiam, remedium est maxime naturae adversus omnem dispersionem. Locus insuper praeoptatus illa est, ubi annuntiatur communio atque constanter frequentatur. Plane per eucharisticam partici-

[20] Cfr IOANNES PAULUS II, Litt. Ap. ***Dies Domini*** (31 Maii 1998), 19: ***AAS*** 90 (1998), 724.
[21] ***Ibid.,*** 2: ***Im.,*** 714,

pationem *dies Domini* etiam *Ecclesiae dies* evadit,[22] quae sic tam efficaciter potest suum munus uti sacramenti unitatis explere.

Reconciliationis sacramentum

37. Renovatam deinde pastoralem audaciam postulare cupimus, ut cotidiana christianarum communitatum paedagogia consuetudinem *sacramenti Reconciliationis* modo apto ad persuadendum efficientique simul exhibere sciat. Prout bene meministis, anno MCMLXXXIV hoc de argumento sumus Nos interlocuti in adhortatione post-synodali, cui titulus *Reconciliatio et paenitentia,* quae fructus deliberationum collegii sessionis Synodi Episcoporum eidem huic quaestioni dicatae contrahebat. Omnes tunc ut vires impenderentur hortabamur, unde occurreretur magno illi discrimini « sensus peccati » quod hodiernam culturam ac societatem permeat;[23] multo autem admonebamus magis ut Christus ipse denuo velut *mysterium pietatis* detegeretur, in quo videlicet misericordem suum nobis Deus ostentat affectum nosque secum plene conciliat. Hic nempe Christi vultus est quem oportet etiam per sacramentum paenitentiae revelari, quod « Christifideli via est communis, qua veniam consequatur ac remissionem gravium, quae post Baptismum commisit, peccatorum ».[24] Cum superius memorata Synodus hanc agitaret difficultatem, ob omnium oculos huius sacramenti discrimen obversabatur, in quibusdam praesertim orbis provinciis. Causae vero quae suberant hoc interea temporis intervallo perbrevi nequaquam evanuerunt. Iubilaris tamen Annus, quem sacramentalis paenitentiae signavit usus, nuntium nobis magnae obtulit fiduciae quem excidere nolumus: si permulti enim, inter quos et tot adulescentes, fructuose ad hoc adierunt sacramentum, necesse forte est sese Pastores ipsi maiore spe communicent et rerum excogitandarum facultate necnon perseverantia in illud sacramentum demonstrando plurisque aestimando. Carissimi in sacerdotio fratres: dedecet nos dedere ante temporaria rerum discrimina! Domini namque munera — inter quae maximi pretii sunt sacramenta — ab eo proficiscuntur qui hominum probe introspexit animum estque ipse historiae Dominus.

[22] Cfr ***ibid.,*** 35: ***l.m.,*** 734.
[23] Cfr 18: ***AAS*** 77 (1985), 224.
[24] ***Ibid.,*** 31: ***l.m.,*** 258.

Gratiae principatus

38. Res itaque posthac ordinantes, sicut erit quidem faciendum, fíducius obligare nos debemus ad pastoralem operam, quae precationi communi et singulari proprium concedat spatium; hinc honorabitur necessarium quoddam christianae visionis principium vitae: *gratiae principatus.* Invitamentum illud semper adest, quod omni etiam semper insidiatur spiritali itineri ipsique pastorali industriae: ut videlicet arbitremur effectus nostra pendere de agendi peritia atque consilia capiendi. Adiutricem certe nostram operam Deus expetit suam ad gratiam proindeque nos monet ut in ministerio nostro pro Regno omnes nostras intellegentiae atque navitatis opes collocemus. Vae nobis si obliti erimus: « Sine Christo nihil possumus facere » (cfr *Io* 15, 5).

Hac in veritate sinit nos oratio prorsus vivere. Primatum quippe Christi usque reducit in memoriam, primatum pariter interioris vitae ac sanctitatis. Quotiens vero non illud observatur principium, quid est mirandum, si ad nihilum proposita pastoralia nostra recidunt in animoque deceptae spei sensum relinquunt? Idem ergo experimur nos quod in evangelica narratione prodigiosae piscium capturae sunt discipuli experti: « Per totam noctem laborantes nihil cepimus » *(Lc* 5, 5). Fidei hoc tempus est et precationis et cum Deo dialogi ut recludantur corda nostra fluctibus gratiae utque ipsi Christi verbo permittatur nos omni cum propria potentia transire: « Due in altum! » Et ea in captura piscium vocem fidei profert Petrus: « In verbo autem tuo laxabo retia » *(ibidem).* Petri ideo Successorem sub millennii principium hoc patimini universam concitare Ecclesiam hunc ad fidei actum qui novato exprimitur in precandi studio.

Auditio verbi

39. Nihil vero dubitari licet quin sanctitatis hic precationisque principatus concipi non possit nisi post renovatam *verbi Dei auditionem.* Ex quo namque tempore praecipuas partes verbi Dei Ecclesiae in vita extulit Concilium Oecumenicum Vaticanum II, magni nimirum facti sunt ulteriores progressus in audienda sedulo ac legenda diligenter Scriptura Sacra. Ei sic praestatur honor quem publica in Ecclesiae oratione meretur. Ad eam iam fideles singuli ac communitates ipsae crebro decurrunt, in quibus plurimi laici ipsi sese Scripturis devovent utiliter quoque theologicis adiuti studiis ac biblicis. Exinde evangelizationis imprimis opus atque catechesis vivificatur attento verbi Dei auditu. Carissimi fratres ac sorores, corroboretur hic

motus necesse est altiorque efficiatur etiam inter familias et domos libro disseminando Bibliorum. Convenit ante omnia ut verbi auditio fiat vitalis « congressio », secundum vetustam semperque validam *lectionis divinae* traditionem, quae biblicis ex sententiis sinit vivam colligere vocem quae nos appellat, ordinat, in tota exsistentia conformat.

Verbi praedicatio

40. Sese alere verbo, ut inde quis « servus verbi » sit, in evangelizationis officio: hoc sine dubio praecipuum quoddam Ecclesiae exsistit munus, dum novum ingreditur millennium. Pridem enim iam occidit, in civitatibus quoque antiquae evangelizationis, status ille « societatis christianae » quae, quamvis tot inter débilitâtes quibus humana signatur natura, manifesto sese evangelica ad bona referebat. Hodie contra magno est animo obviam alicui condicioni procedendum, quae magis usque variatur ac difficilior redditur propter rerum complexionem totum iam orbem in unum veluti globum includentium ac propter novum mutabilemque populorum et culturarum contextum quo illa distinguitur. Totiens hisce iam superioribus annis adhortationem repetivimus ad *novam evangelizationem.* Iterum nunc eam inculcamus, praesertim ut persuadeatur in nobis impulsionem originum ipsarum denuo esse accendendam, unde ardore invicem ipsi apostolicae praedicationis post Pentecosten perfundamur. Incensa illa Pauli affectio in nobis est rursus sentienda olim exclamantis: « Vae enim mihi est, si non evangelizavero! » *(1 Cor* 9, 16).

Non poterit in Ecclesia non suscitare hic fervor novam veluti qualitatem missionalem quam haud uni soli manipulo committi licebit « peritorum », verum obstringere debebit omnium Populi Dei membrorum officium. Quicumque enim Christum vere cognovit, non sibi soli eum reservare potest; quem potius annuntiet foris oportet. Necesse est ut novus impetus apostolicus teneatur tamquam *cotidianum communitatum consociationumque christianarum officium.* Verumtamen id complebitur, congrua habita ratione itineris semper diversi singulorum hominum ac reverentia pariter habita erga varias humani cultus condiciones, in quas est christianus inserendus nuntius, ita quidem ut propria omnis populi bona non negentur sed purificentur ad plenitudinemque suam provehantur.

Tertii millennii christiana religio melius in dies huic respondere debebit postulato *inculturationis.* Sua dein semper perseverans esse fidelisque nuntio evangelico ac traditioni Ecclesiae gestabit faciem etiam tot humanitatis for-

marum totque populorum, ubi suscepta est atque inserta. Hac multiplicis Ecclesiae vultus venustate perfrui Nobis potissimum hunc per Iubilarem Annum licuit. Et initium dumtaxat hoc fortassis est, imago modo adumbrata venturae aetatis quam Dei Spiritus nobis praeparat.

Christi propositum universis fidenter aperiri decebit. Adultis praebebitur et familiis, adulescentibus ostendetur et pueris nec tamen interea extremae obtegentur postulationes evangelici nuntii; sed necessitatibus singulorum occurratur, quod spectat ad sensum sermonemque omnium, secundum Pauli ipsius specimen adseverantis: « Omnibus omnia factus sum, ut aliquos utique facerem salvos» *(1 Cor* 9, 22). Haec cuncta vobis commendantes cogitamus Nos nominatim *pastoralem operam pro iuvenibus.* Quod omnino attinet ad adulescentes, — quem ad modum superius meminimus — testificationem nobis Iubilaeum obtulit magnanimae alacritatis. Responsionem hanc valde quidem consolantem aestimare congruenter scire nos debemus illudque studium velut novum talentum collocare (cfr *Mt* 25, 15), quod nostris Dominus reposuit in manibus ut lucrum inde trahamus.

41. In hac autem fidenti et audenti et creanti « qualitate missionali » utinam splendido sustineamur ac dirigamur exemplo tot fidei testium quos Iubilaeum effecit ut revocaremus. Suis namque in martyribus semper repperit Ecclesia vitae semen. *Sanguis martyrum — semen christianorum:*[25] praeclara haec « lex » a Tertulliano pronuntiata semper, comprobantibus historiae annalibus, vera exstitit. Nonne pariter per illud fiet saeculum, illud immo millennium quod sumus incohaturi? Fortasse consueveramus nimis iudicare martyres ex regulis antiquitatis, quasi si de genere ageretur praeteriti temporis quod maxime primis coniungeretur cum christianae aetatis saeculis. Recordatio tamen iubilaris scaenam nobis illuminavit obstupefacientem, cum nostrum similiter tempus demonstraret testibus testimoniisque uberrimum, qui uno aliove modo Evangelium vivere in oppugnationis ac vexationis adiunctis potuerant, saepius etiam ut summam darent sanguinis confirmationem. In illis nimirum Dei verbum, bonam seminatum in terram, centuplum protulit (cfr *Mt* 13, 8.23). Etenim suis exemplis venturae aetatis viam commonstraverunt ac veluti nobis complanaverunt. Nihil propterea nobis superest aliud quam ut opitulante Dei gratia eorum nos progrediamur in vestigiis.

[25] TERTULLIANUS, ***Apol.**,* 50,13: ***PL*** 1, 534.

IV
CARITATIS TESTES

42. « In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis: si dilectionem habueritis ad invicem » *(Io* 13, 35). Vultum Christi se reapse, carissimi fratres et sorores, intuiti sumus, facere non poterit ordinatio nostra pastoralis quin se moveat ad « mandatum novum » quod nobis tradidit: « Sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem » *(Io* 13, 34).

Alius hic est latissimus campus, in quo necesse erit solidum capiatur operum consilium, tam pro universali quam pro particulari quaque Ecclesia: videlicet *de communione (koinonia)* quae in se concorporat simulque essentiam ipsam Ecclesiae mysterii demonstrat. Fructus enim communio est ac patefactio illius amoris qui, ex aeterni Patris exortus corde, per Spiritum in nos effunditur quem nobis tribuit Iesus (cfr *Rom* 5, 5) ut ex nobis efficiatur « cor et anima una » *(Act* 4, 32). Hanc proinde amoris communionem in actum deducens Ecclesia sese exhibebit « sacramentum » seu « signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis».[26]

Domini dicta hac de re clariora sunt quam ut eorum vis imminui possit. Tot namque res, novo etiam saeculo, necessariae erunt ad historicum Ecclesiae cursum; verumtamen si deerit caritas *(agape),* totum erit supervacaneum reliquum. Idem quidem ipse apostolus Paulus huius nos rei commonefacit in *hymno caritatis:* si linguis hominum loquemur et angelorum ac fidem habuerimus ut « montes transferamus », caritatem autem non habuerimus, «nihil» nobis proderit (cfr *1 Cor* 13, 2). Ecclesiae «cor» reapse est caritas, perinde ac probe sancta Teresia Lexoviensis introspexerat, quam idcirco Ecclesiae Doctorem constituere voluimus quod peritissima fuit *scientiae amoris:* « Ecclesiae cor esse intellexi quod et Amore accensum. Solum Amorem percepi efficere ut Ecclesiae membra agerent... Amorem in se intellexi universas complecti vocationes, Amorem nempe esse omnia ».[27]

Communionis spiritualitas

43. Ex Ecclesia *domum scholamque communionis* exstruere: ecce permagna quae sistit ante nos provocatio in millennio hoc iam incipiente, si fide-

[26] CONC. OECUM. VAT. II, Const, dogm, de Ecclesia ***Lumen gentium,*** 1.
[27] MsB 3v°, ***Opere complete,*** Città del Vaticano, 1997, 223.

les quidem esse Dei consilio voluerimus ac mundi simul respondere intimis exspectationibus.

Quid vero haec in re significant? Sermo etiam hic statim in opus et factum transire forsitan possit; at error certe sit simili obsequi impulsui. Ante enim oportet *spiritualitatem communionis promoveri* quam certa ineantur incepta. Illa namque spiritualitas extollenda est uti educandi principium omnibus iis locis, ubi homo efformatur et christianus, ubi altaris comparantur ministri, consecrati homines ac pastorales operarii, ubi familiae instituuntur et communitates. Communionis spiritualitas in primis significat animum in mysterium Trinitatis intra nos habitantis intentum, cuius praeterea lux percipiatur necesse est in fratrum sororumque vultibus nos circumsistentium. Significat insuper communionis spiritualitas facultatem persentiendi fratrem in fide intra profundam Corporis mystici unitatem veluti « unum ad me quoque pertinentem », ut cum eo partiri sciamus propria gaudia ac dolores, ut eius capere valeamus optata eiusque curam gerere necessitatum, ut veram illi offerre possimus et intimam amicitiam. Communionis pariter spiritualitas secum infert potestatem discernendi ante omnia id quod positivum est in proximo, ut suscipiatur illud et tamquam Dei donum aestimetur: « donum pro me » non solummodo pro fratre qui recta via id accepit. Communionis denique spiritualitas scire significat fratri « spatium concedere », dum « alter alterius onera portamus » (cfr *Gal* 6, 2) atque invitationes omnes repudiare quae nobis insidiantur ac pariunt competitionem, cupiditatem proprii curriculi, diffidentiam, invidiam. Ne nos fallamus! Sine hoc spiritali itinere perpaulum proficient exteriora communionis instrumenta. Apparatus enim évadent sine anima, larvae et personae communionis potius quam eius viae sese exprimendi atque crescendi.

44. His super fundamentis novum videre nos saeculum debebit magis quam umquam deditos aestimandis et enucleandis illis locis instrumentisque quibus secundum magnas Concilii Vaticani II directorias normas communio ipsa in tuto collocetur ac protegatur. Atque primum cogitandum est de *propriis ministeriis communionis* quae sunt *ministerium ipsum Petrinum* atque cum eo arcte coniuncta *episcoporum collegialitas.* Ea namque hic aguntur quae fundamentum suum ac firmamentum in consilio Christi de Ecclesia reperiunt,[28] at ea de causa omnino sunt continenter comprobanda, unde eorum possit vera servari evangelica animatio.

[28] Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm., de Ecclesia ***Lumen gentium,*** c, III,

Plurimum a Concilio Vaticano II ac deinceps est effectum, quod ad Curiae Romanae pertinet reformationem, ad Synodorum constitutionem, ad Conferentiarum Episcopalium temperationem. Sed multum aequabiliter restat perficiendum, quo melius opportunitas horum necessariorum communionis instrumentorum exprimatur, hodie praesertim cum respondere necesse sit cito difficultatibus quibus occurrere debet Ecclesia intra tam veloces nostri temporis mutationes ac conversiones.

45. Communionis spatia cotidie colenda sunt necnon amplificanda, in omni vitae ordine, in vitae contextu cuiusque Ecclesiae. Effulgeat communio oportet in necessitudinibus inter Episcopos presbyteros diaconos, inter Pastores universumque Dei Populum, inter clericos ac religiosos, inter consociationes et motus ecclesiales. Hunc ad finem melius usque adhibeantur est necesse illa participationis instituta quae iam Ius Canonicum praevidet, qualia sunt *Consilia presbyteralia et pastoralia.* Uti patet, non diriguntur ea normis popularis regiminis, quandoquidem per viam consulendi operantur non autem decernendi;[29] non tamen idcirco vim suam amittunt aut significationem. Theologia communionis et spiritualitas videlicet mutuam provehunt efficientemque audientiam inter Pastores ac fideles, dum ex una parte eos retinent coniunctos *a priori* in omnibus quae sunt necessaria et ex altera pellunt illos ut plerumque consentiant in rebus opinabilibus ad optiones bene ponderatas ac participatas.

Quapropter opus est nostram facere antiquam illam sapientiam quae, nihil sane detrimenti afferens auctoritati ipsorum Pastorum, incitabat eosdem ad saepius et amplius Populum Dei audiendum. Multum hac in re docte id quod sanctus Benedictus admonitum vult caenobii Abbatem, quem hortatur plus ut iuniores auscultet: « Saepe iuniori Dominus revelat quod melius est ».[30] Item admonet Paulinus Nolanus: « De omnium fidelium ore pendeamus, quia in omnem fidelem Spiritus Dei spirat ».[31]

Si igitur iuridicialis prudentia, qua certae circumscribuntur participationis regulae, compagem Ecclesiae hierarchicam ostendit repellitque invitamenta ad proprium arbitrium aut iniustas postulationes, communionis aliunde spiritualitas suam confert animam corpori institutionis indicatque

[29] Cfr CONGR. DE CLERICIS ET ALIAE, Instr, de quibusdam quaestionibus circa fidelium laicorum cooperationem sacerdotum ministerium spectantem ***Ecclesiae de mysterio*** (15 Augusti 1997): ***AAS*** 89 (1997), 852-877, praesertim art, 5: De cooperationis compagibus in Ecclesia particulari.

[30] Reg. 111,3.

[31] ***Epist..*** 23, 36 ad Sulpicium Severam: ***CSEL*** 29, 193.

fiduciam illam ac mentem apertam quae dignitati prorsus respondet ac responsalitati cuiusque sodalis Dei apud Populum.

Vocationum diversitas

46. Hic communionis prospectus arte sociatur cum christianae communitatis facultate aperiendi omnibus « donis » Spiritus spatium. Unitas Ecclesiae dicere non vult uniformitatem, sed solidum inter iustas varietates complementum. Res est quae datur pluribus membris in uno corpore, solo Christi Corpore coniunctis (cfr *1 Cor* 12, 12). Oportet igitur ut Ecclesia tertii millennii omnes baptizatos et confirmatus excitet ad mentem propriae actuosaeque conscientiae in vita ecclesiali sumendam. Simul cum ministerio ordinis, alia ministeria, sive sint instituta, sive simpliciter recognita, florescere possunt in bonum totius communitatis, eamque in pluribus eius necessitatibus roborare, nempe a catechesi ad animationem liturgicam, ab institutione iuvenum ad multiplicia caritatis signa.

Revera officium munificum sumatur oportet — praesertim impensas fundendo preces ad Dominum messis (cfr *Mt* 9, 38) — ad promovendas vocationes ad sacerdotium et eas quae singularem requirunt consecrationem. Et hoc problema magnae gravitatis est pro Ecclesiae vita ubique terrarum. Deinde, quibusdam in nationibus vetere evangelizatione signatis, luctuosum factum est propter socialem contextum et religiosam ariditatem inductam ob immoderatam rerum consumptionem nimiumque morum profanorum affectum. Necessarium ducitur et urgens instituere amplam et subtilem *rationem pastoralem vocationum,* quae paroecias, instituta educationis, familias amplectatur, attentiorem promovendo mentem de bonis essentialibus vitae, quae synthesim suam decretoriam obtineant in responsionibus quas unusquisque rogatur ut Dei vocationi ferat, praesertim cum haec ad absolutam sui ipsius viriumque deditionem propter Regnum.

His in adiunctis, magnum quoque pondus assumit quaelibet alia vocatio quae omnino nititur divitiis vitae novae, in Baptismatis sacramento assumptae. Peculiari modo melius in dies detegenda est propria laicorum vocatio, qui qua tales vocantur ut possint « res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere »[32] nec non ut expleant

[32] CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia ***Lumen gentium,*** 31.

«suas partes... in Ecclesia et in mundo... ad evangelizationem et sanctificationem hominum ».[33]

Hoc sub eodem aspectu magnae utilitatis ad communionem munus est promovendi varia genera aggregationis, quae, sive in traditis sive in recentioribus formis motuum ecclesialium, Ecclesiae ferre pergunt vitalitatem quae donum Dei est atque authenticum « vernum Spiritus tempus » constituit. Opus est quidem ut associationes et motus, tum in Ecclesia universali, tum in Ecclesiis particularibus, artissima ecclesiali concordia operentur et gravibus Patrum praescriptis obtempèrent. Attamen ad omnes vertitur quoque severam ac peremptorium Apostoli monitum: « Spiritum nolite exstinguere, prophetias nolite spernere; omnia autem probate, quod bonum est tenete» *(1 Thess* 5, 19-21).

47. Praeterea ad *pastoralem familiae operam,* peculiaris intendatur consideratio, quae historica nostra aetate utilior efficitur, cum in hanc potissimam institutionem diffusum absolutumque discrimen irrumpit. In christiana matrimonii visione, habitudo inter virum et mulierem — quae mutua, absoluta, unica et indissolubilis est — primigenio congruit Dei consilio, in temporum cursu « duritia cordis » inquinato, quod vero Christus venit ad eius pristinum splendorem redigendum, revelando quod « ab initio » Deus voluit *(Mt* 19, 8). In matrimonio ad sacramenti dignitatem sublato exprimitur deinde « magnum mysterium » amoris sponsalis Christi erga Ecclesiam suam (cfr *Eph* 5, 32).

Ad rem quod attinet, Ecclesia indulgere nequit coërcitioni cuiusdam culturae quamvis sit satis diffusa et aliquando acerba. Ita potius agendum est ut, per evangelicam institutionem semper renovandam, christianae familiae solidum offerant exemplum, eo sensu quod matrimonium agi possit ratione Dei consilio et exigentiis humanae personae omnino congruenti: personae scilicet coniugum ac praesertim debilioris personae filiorum. Familiae ipsae magis in dies conscias se praebeant de sollicitudine erga filios et actuosae personae fiant quatenus ad praesentiam ecclesialem et socialem ad illorum iura tuenda.

Oecumenicum officium

48. Et quid dicendum de instantia communionem promovendi in difficili ambitu *oecumenicae navitatis?* Luctuosum ecclesialium laborum legatum

[33] CONC. OECUM. VAT. II, Decr de apostolatu laicorum ***Apostolicam actuositatem,*** 2.

temporis acti adhuc prosequitur limina transgrediendo novi millennii. Iubilaris celebratio recensuit quoddam revera propheticum et commovens signum; multum tamen itineris adhuc deest percurrendum.

Reapse, dum nos coegit ad oculos in Christum vertendos, Magnum Iubilaeum nos assumere fecit vividiorem conscientiam de Ecclesia uti mysterio unitatis. « Credo unam Ecclesiam »: quod in fidei professione affirmamus, *ultimum habet fundamentum in Christo, in quo Ecclesia non est divisa* (cfr *1 Cor* 1, 11-13). Ad eius Corpus quod attinet, in unitate a dono Spiritus proveniente, Ecclesia manet indivisibilis. Factum divisionis in ambitu historico generatur, in habitudine inter filios Ecclesiae, uti consectarium humanae infirmitatis in excipiendo dono quod a Christo-Capite ad Corpus Mysticum continenter profluit. Oratio Iesu in Cenáculo — « sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint » *(Io* 17, 21) — *revelatio* simul est et *invocatio.* Illa revelat nobis Christi unitatem cum Patre, veluti fontem unitatis Ecclesiae ac perenne donum quod ipsa usque ad consummationem saeculi mystice recipiet. Unitas haec, quae expleri non desinit in Ecclesia Catholica, non obstantibus humanis limitationibus, etiam diversimode operatur in tot elementis sanctificationis et veritatis quae in interioribus partibus aliarum Ecclesiarum et Communitatum ecclesialium inveniuntur; quae elementa, ut dona Ecclesiae Christi propria, impellunt eas ad plenam unitatem.[34]

Oratio Christi nobis memorat hoc donum necessario in dies altiore ratione excipiendum et explicandum esse. Invocatio « ut unum sint » simul est admonitio quae nos urget, fortitudo quae nos confirmat, salutaris reprehensio ob cordis pigritias et angustias. Oratione Iesu, non vero dotibus nostris, innititur fiducia qua in historia quoque plenam et visibilem communionem cum omnibus christianis assequi possumus.

In hoc prospectu renovati itineris postiubilaris, magna cum spe *de Ecclesiis Orientalibus* cogitamus, optantes ut illa donorum commutatio quibus Ecclesia primi millennii est ditata in plenitudine resumatur. Memoria temporis illius quo Ecclesia « duobus pulmonibus » respirabat christianos excitet Orientis et Occidentis ad viam iunctim suscipiendam, unitatem fidei servando ac iustas diversitates venerando, in mutua acceptatione et auxilio, ut membra unius Corporis Christi decet.

Simili studio oecumenicum interserendum est colloquium cum fratribus et sororibus *Communionis Anglicanae necnon ecclesialium Communitatum ex*

[34] Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const,, dogm de Ecclesia ***Lumen gentium,*** 8,

Reformatione ortarum. Theologica comparatio de essentialibus fidei et christianae legis moralis aspectibus, cooperatio in caritate ac praesertim magnus sanctitatis oecumenismus, Deo praestite, tempore futuro facere non poterunt quin suos fructus ferant. Interea iter fidenter pergamus, momentum exoptantes quo, nemine excepto, cum omnibus Christi discipulis elatissima voce canere poterimus: « Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum» *(Ps* 133 [132], 1).

Pignus de caritate ponendum

49. Ex communione intra-ecclesiali, caritas suapte natura ad universale expanditur ministerium, sese diffundens *in munus operosi et specifici amoris erga quemlibet hominem.* Ambitus est hic, qui decretorio pariter modo christianam vitam, ecclesialem stilum et pastoralem rationem describit. Ineuntibus saeculo et millennio, omnes videant oportet, immo in votis est ut maiore ratione intellegant quemnam ad gradum deditionis evehi possit caritas erga pauperiores. Si revera a Christi contemplatione denuo viam incepimus, nostrum erit id advertere in vultu eorum cum quibus ille similis esse voluit: « Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et operuistis me; infirmus, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me » *(Mt* 25, 35-36). Pagina haec non est mera adhortatio ad caritatem; agitur de pagina christologica, quae luminis radios effundit in Christi mysterium. Hac pagina, non minus quam aspectu orthodoxiae, Ecclesia nititur ad suam fidelitatem mensurandam uti Sponsa Christi.

Minime quidem est obliviscendum neminem amore nostro privari posse, quandoquidem Filius Dei « incarnatione sua cum omni homine quodammodo Se univit ».[35] Si standum est certissimis Evangelii verbis, in persona pauperum peculiaris eius praesentia invenitur, quae Ecclesiae inicit praeferendam optionem pro ipsis. Per,talem optionem testimonium redditur de genere amoris Dei, de eius providentia, de misericordia, et quodammodo adhuc in historiae campo seminantur illa Regni Dei semina quae Ipse Iesus posuit in sua vita terrestri cum obviam veniret omnibus eum adeuntibus propter spiritales et corporales necessitates.

[35] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis ***Gaudium et spes,*** 22.

50. Iam vero plurimae sunt necessitates quae temporibus nostris christianum sensum inquirunt. Hodierna societas novum incipit millennium onerata contradictionibus ob incrementum oeconomicum, culturale, technologicum, quod paucis fortuna praeditis offert summas facultates, dum mille milleque homines derelinquit non tantum progressione exclusos, verum obnoxios vitae condicionibus infra quid minimum sortis quae decet humanae dignitati. Potestne fieri ut nostra aetate sit adhuc ille qui fame pereat? qui damnatus relinquatur analphabetismo? qui curis medicis essentialibus privetur? qui tecto careat quo confugere possit?

Conspectus paupertatis sine fine dilatari potest, si veteribus nova addimus genera paupertatis, quae saepe quoque afficiunt illos ambitus et ordines qui, quamvis pecuniariis copiis ditatos, adducuntur ad desperationem contra rationem, ad medicamentorum stupefactivorum insidias, ad relictionem eorum qui in aetate provecta vel in morbo versantur, ad segregationem vel discriminationem socialem. Christifidelis qui huic scaenae se profert, actum fidei in Christum facere discat, interpretando monitum quod ex hoc mundo paupertatis ille proclamat. Agitur enim de prosequenda illa tradita caritate quae duobus millenniis iam elapsis plurima habuit signa et hodie forsitan maius requirit inceptum. Hora est novae « inventionis caritatis », quae non tantum explicari possit secundum efficacitatem auxilii iam praestiti, verum etiam secundum facultatem adeundi proximum et solidarietatem exprimendi cum dolentibus, ita ut gestus auxilii non uti nummus indecorus, sed uti fraterna participatio censeatur.

Hac de causa ita agendum est nobis ut pauperes, in singulis christianis communitatibus, persentiant se « in domo propria » esse. Hic modus agendi nonne erit suprema et efficax manifestatio boni nuntii Regni? Sine hac forma evangelizationis, quae per caritatem et testimonium christianae paupertatis expletur, nuntius Evangelii, qui etiam primaria est caritas, periculum patitur incomprehensionis aut suffocationis propter affluentiam verborum, cui hodierna societas communicationis cotidie subicitur. Caritas *ex operibus* certissima vi confirmat caritatem *ex verbis.*

Huius temporis provocationes

51. Et quomodo fieri potest ut detrahamur ante conspectum *eversionis oecologicae* quae ingentes orbis áreas inhóspitas et homini hostiles reddit? aut ante *difficultates pacis,* quae saepe minationibus afficitur sub exitialium bellorum inquietudine? aut ante *ludibrium fundamentalium iurium* tot per-

sonarum, praesertim puerorum? Tot sunt instantiae, de quibus christianus animus detrahi nequit.

Peculiare munus afficere debet quosdam exigentiae evangelicae aspectus, qui saepe parum intelleguntur, ita ut Ecclesiae interventus reddantur impopulares, qui tamen hanc ob causam nequeunt minus praesentes esse in ecclesialibus rebus agendis de caritate. Dicimus de munere assumendo *ad vitam cuiusque hominis tuendam* inde ab eius conceptu usque ad naturalem transitum. Ministerium homini praestandum pariter instat nos ad opportune et importune clamorem edendum eos, qui *novis scientiae progressionibus utuntur* praesertim in campo biotechnologico, fundamentalia ethicae postulata nullo tempore neglegere posse, recurrentes forsitan ad dubiam solidarietatem, quae sibi proponit vitam et vitam discernere, propriam cuiusque hominis dignitatem spernendo.

Per efficientiam christiani testimonii, maxime in his delicatis dubiisque campis, summopere interest ut causae doctrinae Ecclesiae convenienter dilucidentur, aperte praesertim affirmando quod non agitur de fidei prospectu non credentibus imponendo, sed de donis propriis ipsius naturae cuiusque hominis interpretandis ac tuendis. Caritas igitur necessario erit famulatus culturae, rei politicae, oeconomicae, familiae praestitus, ut ubique veneratione cumulentur fundamentalia principia, ex quibus humana condicio futurumque culturae pendent.

52. Omnia haec, ut patet, specifica christiana ratione sunt peragenda: maxime *laici* erunt qui praesentes se reddant his in muneribus ad vocationem sibi propriam exsequendam, quin umquam aviditati indulgeant christianas communitates ad socialem tabernam redigendi. Peculiarem in modum, necessitudo cum civili societate ita instituatur ut omnes autonomiam et huius munera revereantur, secundum postulata *doctrinae socialis Ecclesiae.* Notatu digna est navitas quam Ecclesiae Magisterium adhibuit, praesertim saeculo XX, ad rem socialem sub lumine Evangelii legendam nec non ad offerendam, definite quidem et ordinate, propriam cooperationem ad quaestionem socialem solvendam, quae in hodierna aetate universalis facta est quaestio.

Haec pars ethico-socialis uti indefectibilis mensura christiani testimonii proponitur; tentatio respuenda est spiritalitatis indolis intimae et individualis, quae cum requisitis caritatis haud bene componitur, nec cum logica Incarnationis, nec tandem cum eschatologica christianismi intentione. Si haec ultima conscios nos facit de relativa historiae indole, hoc nobis non permit-

tit ut quodammodo officium neglegamus eam aedificandi. Ut cum maxime viget huiusmodi doctrina Concilii Oecumenici Vaticani II: « Unde apparet christiano nuntio homines ab exstruendo mundo non averti, nec ad bonum sui similium negligendum impelli, sed potius officio haec operandi artius obstringi ».[36]

Solidum signum

53. Ut signum feramus huius sensus caritatis et humanae promotionis, quae radices emittit in intimas Evangelii exigentias, voluimus ut ipse Annus Iubilaris, inter innumeros caritatis fructus quos in eius cursu iam tulit — cogitamus in primis subsidium oblatum tot indigentioribus fratribus ut Iubilaei partes habere possent — *opus* crearet quod quodam modo constitueret *fructum et sigillum iubilaris caritatis.* Plurimi quidem peregrinantes diversimode stipem dederunt et, una cum illis, etiam multi praecipui curatores oeconomicae actionis munifica tribuerunt subsidia, quae ad dignam iubilaris eventus exsecutionem contulerunt. Solutis nummariis rationibus sumptuum quos opus fuit oppetere huius anni decursu, pecunia parsimoniae ad effectus caritatis destinabitur. Etenim magni est ponderis ut ex hoc religioso praeclaro eventu quaelibet removeatur parvitas quaestus oeconomici. Quod supererit conferet ad renovandam, hodiernis quoque in adiunctis, experientiam multoties habitam in historiae decursu, a tempore quo, in exordiis Ecclesiae, communitas Hierosolymitana obtulit non-christianis commovens spectaculum spontaneae munerum permutationis, usque ad bonorum communionem inter paupérrimos homines (cfr *Act* 2, 44-45).

Opus quod efficietur parvus tantummodo erit rivulus qui confluet in magnum flumen christianae caritatis historiam percurrens. Parvus, significans tamen rivulus: Iubilaeum coegit terrarum orbem ad Romam, ad Ecclesiam contuendam, quae « praesidet in caritate »,[37] et ad propriam stipem Petro offerendam. Nunc caritas expressa in corde catholicitatis quodam modo denuo vertitur in mundum per hoc signum, quod maneat volumus uti fructus et vivens memoria communionis habitae occasione Iubilaei.

[36] CONC. OECUM. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis ***Gaudium et spes,*** 34.

[37] Cfr S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, ***Epistula ad Romanos, Praef.,*** ed. Funk, 1,252.

Dialogus ac missio

54. Novum saeculum, novum millennium patent sub Christi lumine. Attamen non omnes hoc lumen contuentur. Mirum nos decet officium ut « repercussus » huius luminis efficiamur. Est *mysterium lunae* valde addictum contemplationi Patrum, qui per hanc imaginem dependentiam docebant a Christo, Sole, cuius lumen illa replicat.[38] Genus erat exprimendi quidquid Ipse Christus dixerat cum exhibebatur uti « lux mundi » *(Io* 8, 12) et cum pariter suos hortabatur discipulos ut essent «lux mundi» *(Mt* 5, 14).

Munus est hoc, quod contremiscere nos facit, si ad infirmitatem attendimus quae saepe opacos nos efficit et umbris confertos. Est tamen possibile munus, si nos ostendimus luci Christi et nos aperimus gratiae quae novos nos reddit homines.

55. Hac in visione exponitur magna provocatio *colloquii interreligiosi,* cui novum saeculum intentos nos videbit secundum lineamenta Concilii Oecumenici Vaticani II.[39] Annis quibus Magnum Iubilaeum apparabatur, Ecclesia per conventus dignos symbolica gravitate curavit describendam *relationem aperturae et dialogi erga praepositos aliis religionibus.* Dialogus prosequi debet. Condicione praehabita perspicui pluralismi culturalis et religiosi, prout in societate novi millennii ostenditur, dialogus hic magni erit ponderis ad parandam quoque solidam pacis condicionem, et ad spectrum bellorum inter religiones repellendum, quae plures historiae hominis periodos sanguine consperserunt. Nomen unici Dei magis magisque sit oportet, sicuti est, *nomen pacis et monitum ad pacem.*

56. Dialogus tamen religioso indifferentismo inniti nequit, et ad nos christianos officium attinet dialogum explicandi dum testimonium offerimus plenum spe quae in nobis est (cfr *1 Pt* 3, 15). Ne timeamus quominus identitatem aliorum laedat id quod secus est *laetus nuntius doni* omnibus concessi et omnibus propositi maxima cum libertatis reverentia: donum dicimus revelationis Dei-Amoris qui « sic dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret » *(Io* 3, 16). Hoc quidem, prout in Declaratione *Dominus Iesus* recenter in luce est positum, subici nequit cuidam speciei dialogicae

[38] Ita, v. gr., S. AUGUSTINUS: ***«Luna intelligitur Ecclesia, quod suum lumen non habeat, sed ab Unigenito Filio Dei, qui multis locis in Sanctis Scripturis allegorice sol est appellatus »: Enarr. in Ps.*** 10, 3.

[39] Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Declaratio de Ecclesiae habitudine ad religiones non-christianas ***Nostra aetate.***

pactionis, ac si esset pro nobis simplex opinio; est nobis autem gratia quae gaudio nos replet; est nuntius, quem nuntiare tenemur.

Ecclesia igitur detrahi nequit ab actione missionali inter populos, et uti munus primarium missionis ad gentes permanet nuntius qui est in Christo, «Via et Veritate et Vita» (cfr *Io* 14, 6), in quo homines salutem inveniunt. Dialogus interreligiosus « nuntium simpliciter substituere nequit, ad nuntium tamen usque convertitur ».[40] Missionale tamen munus non impedit nos quin dialogum suscipiamus *penitus prompti ad audiendum.* Novimus enim, coram gratiae mysterio dimensionibus et consectariis infinite ditato pro vita et historia hominis, Ecclesiam ipsam nullo tempore investigationes esse intermissuram, quoniam auxilio se committit Paracliti, Spiritus veritatis *(Io* 14, 17), cui competit eam deducere «in omnem veritatem» *(Io* 16, 13).

Hoc principium fundamentum est non tantum inexhausti perscrutationis theologicae de christiana veritate, verum etiam de christiano colloquio cum philosophiis, culturis, religionibus. Haud raro Spiritus Dei, qui « ubi vult, spirat » *(Io* 3, 8), in universali hominis experientia, non obstantibus omnibus humanis limitationibus, signa concitat suae praesentiae, quae ipsos Christi discipulos movent ad nuntium penitius percipiendum, cuius sunt praecones. Nonne accidit forsitan ut hac humili ac fidenti apertura Concilium Oecumenicum Vaticanum II « signa temporum » legere studeret?[41] Ecclesia, quamvis operosum ac sedulum agens discrimen ad discernenda « vera signa praesentiae vel consilii Dei »,[42] agnoscit se non tantum dedisse, verum etiam accepisse « ex humani generis historia et evolutione ».[43] Hunc gestum aperturae et pariter diligentis discriminis Concilium inauguravit respiciens quoque alias religiones. Ad nos pertinet doctrinam excipere et magna cum fidelitate vestigium persequi.

Sub Concilii lumine

57. Quot divitiae, dilectissimi fratres et sorores, inveniuntur in normis quas nobis proposuit Concilium Oecumenicum Vaticanum II! Hanc ob causam, tempore praeparationis Magni Iubilaei, ab Ecclesia quaesivimus ut *se-*

[40] Instr, CONGR. PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE et PONTIFICII CONSILII PRO DIALOGO INTER RELIGIONES, ***Dialogo e annuncio: riflessioni e orientamenti*** (19 Maii 1991), 82: ***AAS*** 84 (1992), 444.

[41] Cfr CONC. OECUM. VAT. II, Const.. past. de Ecclesia in mundo huius temporis ***Gaudium et spes,*** 4.

[42] ***Ibid,*** 11.

[43] ***Ibid ,*** 44.,

se interrogaret de acceptatione Concilii.[44] Estne hoc factum? Congressio in hac Vaticana Civitate habita punctum temporis huius considerationis exstitit, et ominamur ut in omnibus Ecclesiis particularibus, etsi diversimode, hoc similiter evenerit. Per annorum decursum, *hi textus pretium non amittunt nec fulgorem.* Necesse est ut congruenter legantur et noscantur et appropriente uti textus idonei et directorii Magisterii, in ambitu Ecclesiasticae Traditionis. Iubilaeo concluso, ut quam maxime assumimus officium ostendendi Concilium uti *summam gratiam qua Ecclesia saeculo XX est ditata:* in eo nobis tutissimus offertur index ad iter hoc ineunte saeculo detegendum.

CONCLUSIO

Due in altum!

58. Progrediamur oportet in spe! Coram Ecclesia novum patet millennium veluti apertum mare, in quod, Christo auxilium ferente, est committendum. Filius Dei, qui abhinc duo milia annorum propter hominis dilectionem est incarnatus, opus suum hodie quoque explet: argutos oculos habeamus oportet ad id contuendum et praesertim validum cor ut nosmet ipsi illius efficiamur instrumenta. Nonne fuit forsitan nostra Anni Iubilaris celebratio ad restaurandum colloquium cum hoc vivido fonte spei nostrae? Nunc autem Christus, spectatus et amatus, iterum iterumque nos invitat ut iter suscipiamus: « Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti » *(Mt* 28, 19). Missionale praeceptum in tertium millennium nos inducit ad eundem hortando fervorem quo praediti erant christifideles primae horae: confidere possumus fortitudini eiusdem Spiritus qui Pentecostes die effusus est, et in praesens urget nos ad instaurandam viam illa suffulti spe «quae non decipit» *(Rom* 5, 5).

Gressus noster, hoc novo ineunte saeculo, necesse est speditior fiat ad orbis terrarum vias denuo percurrendas. Viae, per quas unusquisque nostrum et singulae Ecclesiae incedimus, plurimae sunt, sed distantia dari nequit inter illos qui unica communione sociantur, communione nempe quae cotidie alitur ad mensam Panis Eucharistici et Verbi Vitae. Singulis diebus dominicis Christus resuscitatus admissionem nobis concedit in Cenáculo, ubi « sero die illa prima sabbatorum » *(Io* 20, 19) coram suis stetit ut insufflaret

[44] Cfr Litt. Ap.. ***Tertio millennio adveniente*** (10 Novembris 1994), 36: ***AAS*** 87 (1995), 28.

in eos vivificans donum Spiritus eosque duceret in magnam evangelizationis audaciam.

Hoc in itinere nos comitatur Virgo beatissima, cui, aliquot elapsis mensibus, una cum plurimis Episcopis, qui Romam venerunt ex omnibus mundi partibus, tertium commendavimus millennium. Pluries his annis eam monstravimus et invocavimus ut « Stellam novae evangelizationis ». Nunc eam indicamus ut fulgentem auroram et certissimam nostro in itinere ductricem. « Mulier, ecce filii tui! », eidem rursus dicimus, eandem resonantes vocem Iesu (cfr *Io* 19, 26), et sumentes apud eam vocem filialis dilectionis totius Ecclesiae.

59. Carissimi fratres et sorores! Symbolum Portae Sanctae post terga nostra clauditur, sed ut relinquatur quam maxime aperta Porta vivens quae Christus est. Post iubilarem fervorem ad cotidianam consuetudinem non regredimur. Secus enim, peregrinatio nostra, si authentica fuit, crura nostra protendit per viam quae nos praestolatur. Apostoli Pauli audaciam sequamur: « Ad ea vero, quae ante sunt, extendens me ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu » *(Philp* 3, 13-14). Imitemur insimul contemplationem Mariae, quae, post peregrinationem in sanctam civitatem Ierusalem, in domum Nazarethanam regrediebatur mysterium Filii conservans in corde suo (cfr *Lc* 2, 51).

Iesus resuscitatus, qui nostris in viis comitem se praebet et notum nobis se facit sicut olim discipulis Emmaus «in fractione panis» *(Lc* 24, 35), vigiles nos inveniat et promptos ad vultum eius noscendum et nostros fratres adeundos ut magnum iis perferamus nuntium: « Vidimus Dominum! » *(Io* 20, 25).

Hic est enim optatissimus fructus Iubilaei anni bismillesimi, Iubilaei videlicet quod vivida ratione iterum nostros ante oculos proposuit mysterium Iesu Nazarethani, Filii Dei hominisque Redemptoris. Dum Iubilaeum concluditur et futurum spei nobis reseratur, laus gratiarumque actiones totius Ecclesiae ad Patrem effundantur, per Christum, in Spiritu Sancto.

Haec ominantes omnibus vobis imo ex pectore Nostram impertimus Benedictionem.

Ex Aedibus Vaticanis, die VI mensis Ianuarii, in Sollemnitate Epiphaniae Domini, anno bismillesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

ALLOCUTIONES

I

In foro Sancti Petri Magno Iubilaeo exeunte.*

1. «Ti adoreranno, Signore, tutti i popoli della terra! ». Questa acclamazione, or ora ripetuta nel Salmo responsoriale, esprime molto bene il significato della Solennità dell'Epifania che oggi celebriamo. Insieme essa getta luce anche sull'odierno rito di chiusura della Porta Santa.

«Ti adoreranno, Signore...»: è una visione che ci parla di futuro, ci fa guardare lontano. Viene evocata l'antica profezia messianica, che si realizzerà pienamente quando Cristo Signore tornerà glorioso alla fine della storia. Essa tuttavia ha avuto una prima realizzazione, storica e insieme profetica, quando i Magi vennero a Betlemme portando i loro doni. Fu l'inizio della manifestazione di Cristo — appunto la sua « epifania » — ai rappresentanti dei popoli del mondo.

E una profezia che si va gradatamente attuando nel corso del tempo, a mano a mano che l'annuncio evangelico si espande nei cuori degli uomini e si radica in tutte le regioni della terra. Il Grande Giubileo non è stato forse una sorta di « epifania »? Venendo qui a Roma, o recandosi in pellegrinaggio anche altrove nelle tante Chiese giubilari, innumerevoli persone si sono poste in qualche modo sulle orme dei Magi, alla ricerca di Cristo. La Porta Santa non è che il simbolo di questo incontro con Lui. E Cristo la vera « Porta Santa », che ci apre l'accesso alla casa del Padre e ci introduce nell'intimità della vita divina.

2. «Ti adoreranno, Signore, tutti i popoli della terra!». Qui soprattutto, nel centro della cattolicità, l'imponente afflusso di pellegrini provenienti da tutti i continenti ha offerto quest'anno un'immagine eloquente del cammino dei popoli verso Cristo. Si è trattato di persone delle più svariate categorie, venute col desiderio di contemplare il volto di Cristo e di ottenerne la misericordia.

« Il Cristo ieri e oggi, Principio e Fine, Alfa e Omega. A Lui appartengono il tempo e i secoli. A Lui la gloria e il potere per tutti i secoli in eter-

* Die 6 Ianuarii 2001

no[1] Sì, è quest'inno che il Giubileo, nell'orizzonte suggestivo del passaggio ad un nuovo millennio, ha voluto innalzare a Cristo, Signore della storia, a duemila anni dalla sua nascita. Oggi si conclude ufficialmente quest'anno straordinario, ma restano i doni spirituali che in esso sono stati effusi; continua quel grande « anno di grazia » che Cristo inaugurò nella sinagoga di Nazareth[2] e che durerà fino alla fine dei tempi.

Mentre oggi si chiude, con la Porta Santa, un « simbolo » di Cristo, resta più che mai aperto il Cuore di Cristo. Egli continua a dire all'umanità bisognosa di speranza e di senso: « Venite a me, voi tutti che siete affaticati e oppressi, ed io vi ristorerò ».[3] Al di là delle numerose celebrazioni ed iniziative che lo hanno contraddistinto, è l'esperienza viva e consolante dell'« incontro con Cristo » la grande eredità che il Giubileo ci lascia.

3. Desideriamo quest'oggi farci voce del grazie e della lode di tutta la Chiesa. Per questo, al termine di questa celebrazione, canteremo un solenne Te Deum di ringraziamento. Il Signore ha compiuto meraviglie per noi, ci ha colmati di misericordia. Dobbiamo oggi far nostro il sentimento di letizia provato dai Magi, nel loro cammino verso Cristo: « Al vedere la stella, essi provarono una grandissima gioia ». Soprattutto dobbiamo imitarli mentre depongono ai piedi del Bimbo divino non solo i loro doni, ma la loro vita.

In quest'Anno giubilare la Chiesa ha cercato di svolgere con più grande impegno, per i suoi figli e per l'umanità, la funzione della stella che orientò i passi dei Magi. La Chiesa non vive per se stessa, ma per Cristo. Intende essere la « stella » che fa da punto di riferimento, aiutando a trovare il cammino che porta a Lui.

Nella teologia patristica si amava parlare della Chiesa come del « *mysterium lunae* », per sottolineare che essa, come la luna, non brilla di luce propria, ma riflette Cristo, il suo Sole. Mi piace ricordare che proprio con questo pensiero si apre la Costituzione dogmatica sulla Chiesa del Concilio Vaticano II: « Cristo è la luce delle genti », « *lumen gentium* »! E i Padri conciliari continuavano esprimendo il loro ardente desiderio di « illuminare tutti gli uomini con la luce di Cristo che si riflette sul volto della Chiesa ».[4]

Mysterium lunae: il Grande Giubileo ha fatto vivere alla Chiesa un'esperienza intensa di questa sua vocazione. E Cristo che essa ha additato in

[1] ***Liturgia della Veglia pasquale.***

[2] Cfr ***Lc*** 4, 18-19.

[3] if i 11, 28.

[4] N. 1.

quest'anno di grazia, riecheggiando ancora una volta le parole di Pietro: « Signore, da chi andremo? Tu hai parole di vita eterna! ».[5]

4. « Ti adoreranno, Signore, tutti i popoli della terra! ». Questa universalità della chiamata dei popoli a Cristo si è quest'anno manifestata in modo più vistoso. Persone di ogni continente e di ogni lingua si sono date convegno in questa Piazza. Tante voci si sono qui levate nel canto, come sinfonia di lode e annuncio di fraternità.

Non potrei certo in questo momento ricordare gli svariati incontri che abbiamo vissuto. Mi vengono in mente i bambini che hanno inaugurato il Giubileo con la loro irrefrenabile festosità, e i giovani che hanno conquistato Roma con il loro entusiasmo e la serietà della loro testimonianza. Penso alle famiglie, che hanno proposto un messaggio di fedeltà e di comunione così necessario al nostro mondo, e agli anziani, agli ammalati e ai disabili, che hanno saputo offrire un'eloquente testimonianza della speranza cristiana. Ho davanti agli occhi il Giubileo di coloro che, nel mondo della cultura e della scienza, con dedizione quotidiana attendono alla ricerca della verità.

Il pellegrinaggio che duemila anni fa vide i Magi venire dall'Oriente fino a Betlemme, alla ricerca di Cristo appena nato, è stato quest'anno ripetuto da milioni e milioni di discepoli di Cristo, qui venuti non con « oro, incenso e mirra », ma portando il proprio cuore ricco di fede e bisognoso di misericordia.

5. Per questo la Chiesa oggi gode, vibrando all'appello di Isaia: « Alzati, rivestiti di luce, perché viene la tua luce... Cammineranno i popoli alla tua luce ».[6] Non v'è, in questo sentimento di gioia, nessun vuoto trionfalismo. E come potremmo cadere in questa tentazione, proprio al temine di un anno così intensamente penitenziale? Il Grande Giubileo ci ha offerto un'occasione provvidenziale per compiere la « purificazione della memoria », chiedendo perdono a Dio per le infedeltà compiute, in questi duemila anni, dai figli della Chiesa.

Davanti a Cristo crocifisso, abbiamo ricordato che, a fronte della grazia sovrabbondante che rende la Chiesa « santa », noi figli suoi siamo largamente segnati dal peccato, e gettiamo ombra sul volto della Sposa di Cristo: nessuna auto-esaltazione, dunque, ma grande coscienza dei nostri limiti e delle nostre debolezze. Non possiamo, tuttavia, non vibrare di gioia, di

[5] ***Ov*** 6, 68.
[6] ***Is*** 60, 1.3.

quella gioia interiore a cui il profeta ci invita, ricca di gratitudine e di lode, perché fondata sulla coscienza dei doni ricevuti e sulla certezza dell'amore perenne di Cristo.

6. Ora è tempo di guardare avanti, e il racconto dei Magi può in certo senso indicarci una rotta spirituale. Essi ci dicono innanzitutto che, quando si è incontrato Cristo, occorre saper sostare e vivere profondamente la gioia dell'intimità con Lui. « Entrati nella casa, videro il bambino con Maria sua Madre, e prostratisi lo adorarono »: la loro vita era ormai per sempre consegnata a quel Bimbo per il quale avevano affrontato le asprezze del viaggio e le insidie degli uomini. Il cristianesimo nasce, e continuamente si rigenera, a partire da questa contemplazione della gloria di Dio che rifulge sul volto di Cristo.

Un volto da contemplare, quasi intravedendo nei suoi occhi i « lineamenti » del Padre e lasciandosi avvolgere dall'amore dello Spirito. Il grande pellegrinaggio giubilare ci ha ricordato questa fondamentale dimensione trinitaria della vita cristiana: in Cristo incontriamo anche il Padre e lo Spirito. La Trinità è l'origine e il compimento. Tutto parte dalla Trinità, tutto torna alla Trinità.

E tuttavia, come avvenne per i Magi, questa immersione nella contemplazione del mistero non ci impedisce di camminare, anzi ci obbliga a ripartire per un nuovo tratto di cammino nel quale ci facciamo annunciatori e testimoni. « Per un'altra strada fecero ritorno al loro paese ». I Magi furono in qualche modo i primi missionari. L'incontro con Cristo non li bloccò a Betlemme, ma li spinse nuovamente per le strade del mondo. Occorre ripartire da Cristo, e per ciò stesso, ripartire dalla Trinità.

7. Proprio questo ci viene chiesto, carissimi fratelli e sorelle, come frutto del Giubileo che oggi si chiude.

In funzione di questo impegno che ci attende, firmerò tra poco la Lettera Apostolica « *Novo millennio ineunte* », nella quale propongo alcune linee di riflessione che possono aiutare tutta la comunità cristiana a « ripartire » con rinnovato slancio dopo l'impegno giubilare. Certo, non si tratta di organizzare, nel breve periodo, altre iniziative di grandi proporzioni. Si torna nell'impegno ordinario, ma questo è tutt'altro che un riposo. Occorre anzi trarre dall'esperienza giubilare gli insegnamenti utili per dare al nuovo impegno un'ispirazione e un orientamento efficaci.

8. Consegno queste linee di riflessione alle Chiese particolari, quasi come « eredità » del Grande Giubileo, perché le valorizzino all'interno della loro

programmazione pastorale. C'è urgente bisogno innanzitutto di tesoreggiare l'impulso alla contemplazione di Cristo, che l'esperienza di quest'anno ci ha dato. Dentro il volto umano del Figlio di Maria riconosciamo il Verbo fatto carne, nella pienezza della sua divinità e della sua umanità. I più insigni artisti — in Oriente e Occidente — si sono cimentati col mistero di quel Volto. Ma esso è soprattutto il Volto che lo Spirito, divino «iconografo», disegna nei cuori di quanti lo contemplano e lo amano. Occorre « ripartire da Cristo », con lo slancio della Pentecoste, con entusiasmo rinnovato. Ripartire da Lui innanzitutto nell'impegno quotidiano della santità, ponendoci in atteggiamento di preghiera e in ascolto della sua parola. Ripartire poi da Lui per testimoniarne l'Amore, attraverso una pratica della vita cristiana segnata dalla comunione, dalla carità, dalla testimonianza nel mondo. E questo il programma che consegno nella presente Lettera Apostolica. Esso si potrebbe ridurre ad una sola parola: « Gesù Cristo! ».

All'inizio del mio Pontificato, e poi ancora tante volte, ho gridato ai figli della Chiesa e al mondo: «Aprite, spalancate le porte a Cristo». Desidero gridarlo ancora, al termine di questo Giubileo, all'inizio di questo nuovo millennio. Aprite, anzi spalancate le porte a Cristo.

9. « Ti adoreranno, Signore, tutti i popoli della terra! ». Questa profezia si realizza già nella Gerusalemme celeste, dove tutti i giusti del mondo, e specialmente tanti Testimoni della fede, sono misteriosamente raccolti in quella santa città in cui non vi è più sole, perché il suo sole è l'Agnello. Lassù angeli e santi uniscono la loro voce per cantare le lodi di Dio.

La Chiesa pellegrina sulla terra, nella sua liturgia, nel suo annuncio del Vangelo, nella sua testimonianza, si fa eco ogni giorno di quel canto celeste. Voglia il Signore che essa, nel nuovo millennio, cresca sempre più nella santità, per essere nella storia vera « epifania » del volto misericordioso e glorioso di Cristo Signore. Così sia!

II

Ad oratores nationum.*

Excellences,
Mesdames et Messieurs,

1. Que chacun de vous soit cordialement remercié pour les bons vœux que votre doyen, l'Ambassadeur Giovanni Galassi, a su si délicatement exprimer et me présenter en votre nom à tous! Du fond du cœur, je forme en retour pour chacun de vous des souhaits fervents, afin que Dieu bénisse vos personnes et vos nations et qu'il accorde à tous une année prospère et heureuse.

Mais une question vient aussitôt à l'esprit: qu'est-ce qu'une année heureuse pour un diplomate? Le spectacle offert par le monde en ce mois de janvier 2001 pourrait faire douter de la capacité de la diplomatie à faire régner l'ordre, l'équité et la paix entre les peuples.

Et pourtant nous ne saurions nous résigner à la fatalité de la maladie, de la pauvreté, de l'injustice ou de la guerre. Il est certain que, sans la solidarité sociale ou le recours au droit et aux instruments de la diplomatie, ces terribles situations seraient encore plus dramatiques et pourraient même devenir insolubles. Soyez donc remerciés, Mesdames et Messieurs, pour votre action et pour vos efforts persévérants en faveur de l'entente et de la coopération entre les peuples.

2. Le souffle de l'Année Sainte à peine achevée et les divers « jubilés » qui ont rassemblé et motivé des hommes et des femmes de toutes races, de tous âges et de toutes conditions, ont montré, si besoin était, que la conscience morale est encore bien vivante et que Dieu habite le cœur de l'homme. Devant vous, je me contenterai d'évoquer le « Jubilé des Responsables de Gouvernements, des Parlementaires et des Hommes politiques » du début novembre. Le Pape a puisé de grandes consolations spirituelles à voir tant de bonne volonté et tant de disponibilité à accueillir la grâce de Dieu. Ainsi, une fois encore, s'est avérée la justesse de ce que proclame magnifiquement la Constitution pastorale *Gaudium et spes* du Concile œcuménique Vatican II: « L'Église croit que le Christ, mort et ressuscité pour tous, offre à

* Die 13 Ianuarii 2001

l'homme, par son Esprit, la lumière et la force pour lui permettre de répondre à sa très haute vocation; qu'il n'est pas sous le ciel d'autre nom donné aux hommes par lequel ils doivent être sauvés. De même, elle croit que la clé, le centre et la fin de toute l'histoire humaine se trouvent en son Seigneur et Maître »/

3. A la suite des bergers, des mages et de tous ceux qui, depuis deux mille ans, se sont pressés devant la crèche, l'humanité d'aujourd'hui, elle aussi, s'est arrêtée quelques instants le jour de Noël pour regarder l'Enfant Jésus et pour recevoir un peu de cette lumière qui a accompagné sa naissance et qui continue d'éclairer toutes les nuits des hommes. Cette lumière nous dit que l'amour de Dieu sera toujours plus fort que le mal et la mort.

Cette lumière balise la route de tous ceux qui en notre temps à Bethléem et à Jérusalem peinent sur le chemin de la paix. Personne ne doit accepter, dans cette partie du monde qui a accueilli la révélation de Dieu aux hommes, la banalisation d'une sorte de guérilla, la persistance de l'injustice, le mépris du droit international ou la mise entre parenthèses des Lieux Saints et des exigences des communautés chrétiennes. Israéliens et Palestiniens ne peuvent envisager leur avenir qu'ensemble, et chacune des deux parties doit respecter les droits et les traditions de l'autre. Il est grand temps de retourner aux principes de la légalité internationale: interdiction de l'acquisition des territoires par la force, droit des peuples à disposer d'eux-mêmes, respect des résolutions de l'Organisation des Nations Unies et des conventions de Genève, pour ne citer que les plus importants. Sinon tout est à craindre: des initiatives unilatérales aventureuses à une extension difficilement contrôlable de la violence.

Cette même lumière se pose aussi sur toutes les autres régions de notre planète où des hommes ont choisi la violence armée pour faire valoir leurs droits ou leurs ambitions. Je pense en ce moment à l'Afrique, continent dans lequel trop d'armes circulent et où trop de pays connaissent une démocratie incertaine et une corruption dévastatrice, où le drame algérien et la guerre au sud du Soudan continuent de massacrer sans merci les populations; je ne peux pas oublier non plus le chaos où sont plongés les pays de la Région des Grands Lacs. C'est pourquoi on doit aussi saluer avec satisfaction l'accord de paix intervenu le mois dernier à Alger entre l'Ethiopie et l'Erythrée, ainsi que les efforts menés à bien en Somalie en vue d'un re-

[1] N. 10

tour progressif à la normalité. Plus près de nous, je dois mentionner — et avec quelle tristesse! — les attentats terroristes qui sèment la mort en Espagne et qui défigurent le pays, humiliant l'Europe entière, elle-même à la recherche de son identité. C'est vers l'Europe que tant de peuples regardent encore comme vers un modèle dont on peut s'inspirer. Que l'Europe n'oublie jamais les racines chrétiennes qui ont rendu fécond son humanisme! Qu'elle soit aussi généreuse envers ceux — individus ou nations — qui frappent à sa porte!

4. La lumière de Bethléem, qui s'adresse « aux hommes de bonne volonté », nous fait aussi un devoir de combattre, partout et en toutes circonstances, la pauvreté, la marginalisation, l'analphabétisme, les inégalités sociales ou la honteuse traite des êtres humains. Rien de tout cela n'est une fatalité et l'on doit se féliciter que des réunions et des instruments internationaux aient permis de remédier, au moins en partie, à ces plaies qui défigurent l'humanité. L'égoïsme et la volonté de puissance sont les pires ennemis de l'homme. Ils sont toujours, de quelque manière, à l'origine de tous les conflits. On le constate en particulier dans certaines zones de l'Amérique du sud, où les disparités socio-économiques et culturelles, la violence armée ou la guérilla, la remise en cause des acquis démocratiques, délitent le tissu social et font perdre aux populations la confiance en l'avenir. Il faut aider cet immense continent à faire fructifier tout son patrimoine humain et matériel.

La méfiance, les luttes, de même que les séquelles des crises du passé, peuvent en effet toujours être surmontées par la bonne volonté et la solidarité internationale. L'Asie nous en apporte la preuve avec le dialogue intervenu entre les deux Corée et avec la marche du Timor Oriental vers l'indépendance.

5. Le croyant — et tout particulièrement le chrétien — sait qu'une autre logique est possible. Je la résumerai avec des mots qui pourront vous paraître trop simples: tout homme est mon frère! Si nous étions convaincus que nous sommes appelés à vivre ensemble, qu'il est beau de se connaître, de s'estimer et de s'aider, le monde serait radicalement différent.

Lorsque nous pensons au siècle qui vient de s'achever, une constatation s'impose à son sujet: il passera à l'histoire comme le siècle qui a connu les plus grandes conquêtes de la science et de la technique, mais aussi comme celui où la vie humaine aura été méprisée de la façon la plus brutale.

Je me réfère bien sûr aux guerres meurtrières qui ont germé en Europe, aux totalitarismes qui ont asservi des millions d'hommes et de femmes, mais aussi aux lois qui ont « légalisé » l'avortement ou l'euthanasie, ou encore aux modèles culturels qui ont disséminé l'idéologie de la consommation et de la jouissance à tout prix. Si l'homme renverse les équilibres de la création, oublie qu'il est responsable de ses frères et ne prend pas soin de l'environnement que le Créateur a remis entre ses mains, ce monde programmé par la seule mesure de nos projets pourrait devenir irrespirable.

6. Comme je le rappelais dans mon message pour la Journée mondiale de la Paix du 1er janvier, nous devrions tous profiter de cette année 2001, que l'Organisation des Nations Unies a voulu « Année internationale du dialogue entre les civilisations», «pour édifier la civilisation de l'amour... [qui] repose sur la conscience qu'il existe des valeurs communes à toutes les cultures, parce qu'elles sont enracinées dans la nature de la personne ».[2]

Or, qu'y a-t-il de plus commun à tous que notre nature humaine? Oui, en ce début de millénaire, sauvons l'homme! Sauvons-le tous ensemble! Aux responsables des sociétés, il appartient de protéger l'espèce humaine, en faisant en sorte que la science soit au service de la personne, que l'homme ne soit pas un objet que l'on dissèque, que l'on achète ou que l'on vend, que les lois ne soient jamais conditionnées par le mercantilisme ou les revendications égoïstes de groupes minoritaires. Aucun âge de l'histoire de l'humanité n'a échappé à la tentation de la fermeture de l'homme sur lui-même dans une attitude de suffisance, de domination, de puissance et d'orgueil. Mais ce risque est devenu de nos jours plus dangereux au coeur des hommes qui, par leur effort scientifique, croient pouvoir devenir maîtres de la nature et de l'histoire.

7. Ce sera toujours la tâche des communautés de croyants que de dire publiquement qu'aucune autorité, aucun programme politique, aucune idéologie, n'est habilité à réduire l'homme à ce qu'il est capable de faire ou de produire. Les croyants auront toujours le devoir impérieux de rappeler à tous et en toutes circonstances le mystère personnel inaliénable de tout être humain, créé à l'image de Dieu, capable d'aimer à la manière de Jésus.

Je voudrais ici vous redire et redire par votre intermédiaire aux Gouvernants qui vous ont accrédités auprès du Saint-Siège, la détermination de l'Eglise catholique à défendre l'homme, sa dignité, ses droits et sa dimen-

[2] N. 16

sion transcendante. Même si certains répugnent à évoquer la dimension religieuse de l'homme et de son histoire, même si d'autres voudraient réduire la religion à la sphère du privé, même si d'autres encore persécutent les communautés de croyants, les chrétiens continueront à proclamer que l'expérience religieuse fait partie de l'expérience humaine. Elle est un élément vital pour la construction de la personne et de la société à laquelle les hommes appartiennent. Ainsi s'explique la vigueur avec laquelle le Saint-Siège a toujours défendu la liberté de conscience et de religion, dans sa dimension individuelle et sociale. Le drame vécu par la communauté chrétienne en Indonésie ou les discriminations patentes dont sont victimes aujourd'hui encore d'autres communautés de croyants, chrétiens ou non, dans certains pays d'obédience marxiste ou islamiste, appellent à une vigilance et à une solidarité sans faille.

8. Telles sont les pensées que m'a inspirées cette rencontre traditionnelle qui me permet de m'adresser en quelque sorte à tous les peuples de la terre par l'intermédiaire de leurs représentants les plus qualifiés. À tous vos compatriotes et aux Gouvernants de vos pays, je vous charge de transmettre les vœux priants que le Pape forme à leur intention. A travers cette histoire dont nous sommes les acteurs, traçons le chemin du millénaire qui commence. Tous ensemble, aidons-nous les uns les autres à demeurer dignes de la vocation à laquelle nous avons été appelés: former une grande famille heureuse de se savoir aimée par un Dieu qui nous veut frères! Que le Très-Haut vous bénisse tous, ainsi que les personnes qui vous sont chères!

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

LYCIENSIS

Beatificationis et Canonizationis servi Dei Iosephi Ghezzi (in saec.: Michaelis) **laici professi ordinis Fratrum Minorum (1872-1955)**

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

Iesus Christus «propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis » *(2 Cor* 8, 9).

Iesu Christi humilis ac pauperis exemplum secutus, Iosephus Ghezzi mundi bona et vana reliquit, totum se Domino consecravit et, dives factus caritate atque sanctitate, in hominibus suae aetatis lumen Evangelii effudit necnon virtutum suarum odorem.

Dignus hic sancti Francisci Asisinatis discipulus Lyciae natus est die 19 mensis Augusti anno 1872 ab advocato Paschale Ghezzi, duce Carpignani, et a baronissa Maria Carmelitide Carrozzini. Ad baptismalem fontem nomen cepit Michaelem atque, uti filius natu minor, hereditate titulum accepit comitis. Parentibus moderantibus, qui propter suam probitatem et insignem pietatem magni aestimabantur, Deum cognoscere ac diligere didicit, necnon indolem irritabilem ardentemque continere, paulatim exitus adipiscens tam excellentes, ut lenis appareret et mitis.

Domi ludo confecto, discipulus factus est Patrum Societatis Iesu. Non multo exacto tempore, ob cariem osseam, quae eum sex annos afflixit, fuerunt ei studia interrumpenda, sed non est impeditus quominus religionibus se dederet ac precationi. Sanatus post iterum atque iterum invocatam Beatam Virginem Rosarii Pompeianam (anno 1894), assensus est Coetibus Vincentianis et Tertio Ordini Franciscano deditque se catechismo docendo, operibus caritatis, graphidi et picturae, ad quam singulariter aptus erat. Matre mortua, cui amanter per morbum affuerat, et iamdudum patre orbatus, mense Iulio anno 1905 ingressus est Ordinem Fratrum Minorum, ita

antiquam appetitionem ad effectum adducens. Nomine capto Fratre Iosepho, novitiatum egit in coenobio oppidi *Galatone* sermone patrio denominati, quod superiore saeculo Sanctum Aegidium Mariam a Sancto Iosepho Pontillo (f 1812) acceperat. Ob infirmam valetudinem professionem simplicem distulit, quam tamquam frater laicus fecit die 8 mensis Septembris anno 1909. Die autem 8 mensis Decembris anno 1915 vota sollemnia suscepit, titulo comitis loci *Poggio Aquilone* pro Fratre Iosepho deposito. Vitam consecratam diversis in coenobiis egit, inter quae commemoranda videntur Lyciense et oppidorum quae vulgo appellantur *Squinzano, Manduria Martano, Francavilla Fontana, Soleto.* Ubique munus explevit mendici cum humilitate, patientia atque prudentia, tum in communitate sua, tum extra, veri hominis Dei famam sibi concilians, necnon perfecti Regulae atque votorum religiosorum observantis, pieni sancti ardoris pro animarum salute. Eadem cum simplicitate munus quoque est exsecutus subnotationes comparandi in commentarios quibus titulus erat « Le Missioni Francescane », dum ostiatim mendicabat, atque donationes pro Missionibus colligendi. Sed maximi momenti opus a Fratre Iosepho confectum exercitium cotidianum fuit christianarum virtutum ac testimonium constantis Evangelio fidelitatis suaeque consecrationi.

Inde a pueritia in lumine fidei ambulavit et per vitae cursum Dei amoris signa vidit temporibus et laetis et acerbis. In divinam revelationem firmiter credidit, in veritates aeternas, in magisterium Ecclesiae. Eius dies praestantes fiebant continua cum Domino coniunctione, ferventi divini Missae sacrificii participatione, communione eucharistica, precatione. Peculiarem coluit pietatem erga Eucharistiam, quam diu adorabat, erga Sacrum Cor Iesu et Virginem Mariam.

Quae credebat fecit; quapropter Deus in fastigio fuit eius cogitationum, affectuum, operum. Propter Dei amorem se abnegavit, peccatum fugit, praecepta servavit et leges Ecclesiae, magna cum perfectione sua cotidiana munia est exsecutus atque continenter in Christi imitatione est progressus. Quae Deo sunt placita semper quaesivit et in omnibus rebus ad voluntatem Dei se conformavit.

Dei amore est impulsus ad expianda, precibus ac sacrificiis, mundi peccata atque ad diffundendum Patris caelestis cognitionem, fiduciam Divinae Providentiae, pietatem erga Sacrum Cor Iesu et Eucharistiam. Uti vitae rationem dictum heraldicum familiae suae assumpsit: « Non sibi, sed aliis », quandoquidem consimile illud Christi doctrinae putabat, qui se pro gloria

Dei devovit proque humani generis salute. Pro ceteris Frater Iosephus fecit quae Evangelium docet. Proximos dilexit sicut Christus dilexit nos; operam dedit animarum saluti et Regni Dei incremento; pauperes adiuvit, maerentes est consolatus; incertis consilia dedit; peccatores adiit ut eos ad bonam frugem revocaret; in familias, in difficultatibus versantes, pacem portavit; omnes cum amabilitate tractavit omnesque est ad bonum adhortatus, consiliatorem se ostendens excultum atque sapientem vitae spiritalis magistrum. In populo et in sodalibus fratribus nuntius fuit fraternitatis, laetitiae, spei in Deo. Non solum ceteros hortabatur ut in altum suspicerent, verum et ipse res caelestes contemplari et exoptare non desistebat, atque vitam appetebat aeternam ut esset cum Domino semper. Paupertatem praetulit divitiis et honoribus, paenitentiam et castigationem sui commodis et voluptatibus, hoc modo altum perfectionis gradum consecutus in exercitatione temperantiae. Iustus fuit in Deum, in Ordinem suum religiosum, in proximos; fortis in fidelitate vocationi, in difficultatibus vitae, in multis morbis, in oboedientia superioribus, in castitatis custodia.

Ineunte anno 1948 ob fortuitum lapsum femur fregit ipseque immobilis mansit reliquos annos vitae suae. Mira cum patientia atque tranquillitate suam est perpessus infirmitatem, perseverans Deum laudare vitae sanctitate necnon missiones adiuvare per epistulas quas scribebat.

Cruce purificatus, in deprecatione atque sacrificio ad praemium aeternum recipiendum se praeparavit. Dominus illum arcessivit nocte diei 9 mensis Februarii anno 1955 in coenobio Lyciensi, ubi iam plurimos annos morabatur.

Fama sanctitatis qua claruit in vita, post eius mortem perduravit et aucta est; quocirca Archiepiscopus Lyciensis, permissione obtenta a Congregatione de Causis Sanctorum, Causam introduxit beatificationis et canonizationis atque Processum celebravit Cognitionalem, qui est ab eodem Dicasterio die 24 mensis Ianuarii anno 1992 probatus. Positione apparata, disceptatum est ex more an Dei Servus virtutes coluisset heroum in modum. Exitu cum prospero, die 14 mensis Aprilis anno 2000 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris et, die 7 mensis Novembris eodem anno, facta est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Hieronymo Grillo, Episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congre-

gationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum- in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Ghezzi (in saec.: Michaelis), Laici professi Ordinis Fratrum Minorum, in casu et ad effectum de quo agitur.-*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. œ S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MARIANOPOLITANA

Beatificationis et Canonizationis ven. Servae dei Aemiliae Tavernier vid. Gamelin fundatricis Congregationis Sororum a Providentia (1800-1851)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Aemilia Tavernier in Canada nata est, Marianopoli, die 19 mensis Februarii anno 1800. Marito, Ioanne Baptista Gamelin, filiisque mortuis, pauperibus omnino se dedidit. Congregationem condidit Sororum a Providentia assiduitati praebendae puellis parentibus orbatis, mulieribus grandibus natu, sacerdotibus infirmis et senibus, mentibus aegrotantibus. Multo labore extenuata, fama sanctitatis insignis, mortua est die 23 mensis Septembris anno 1851.

Beatificationis Causa Marianopoli inita est anno 1980. Decretum de virtutibus heroum in modum servatis coram Ioanne Paulo II promulgatum est die 23 mensis Decembris anno 1993.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum coniectam sanationem miram permisit iudicandam, Marianopoli patratam anno 1983. Casus pertinet ad puerum Yannick Fréchette, qui anno 1980, decem annos natus, craniotomiae subiectus est ad granuloma auferendum eosinophilum ossis lateris dextri. Insequenti anno is visus est leuchaemia affectus lymphoblastica acuta. Post curationes, bis facta est morbi remissio, quam totidem secutae sunt morbi temptationes. Die 21 mensis Septembris anno 1983 acta est medullae osseae transplantatio, quam mater obtulerat, sed post mensem reiectio contigit ac pueri medulla prorsus "desertica" apparuit, id est cellularitatis expers. Quam ob rem, defensionibus immunitariis absentibus, Yannick in multas incurrit perturbationes contagiosas inque miocardii mutationes. Medullae aplasia circiter centum dies permansit. Medicorum curantium prognosis plane infausta fuit quoad vitam.

Inde a morbi initio pueri avia cum aliis propinquis, amicis atque Sororibus a Providentia, instanter divinum auxilium petivit per intercessionem Servae Dei Aemiliae Tavernier viduae Gamelin, quam multa prosequebatur pietate. Ipse Yannick magnam spem in interventu Matris Aemiliae collocabat. A dimidio mense Decembri anni 1983 iterata est medullae cellularitas sine mutationibus leuchaemicis. Die 21 eiusdem mensis puer a valetudinario est dimissus. Eius condiciones usque ad plenam sanationem con valuerunt.

Super casu Curia Marianopolitana, anno 1997, Inquisitionem dioecesanam instruxit, quae est a Congregatione de Causis Sanctorum probata per decretum die 20 mensis Martii anno 1998 promulgatum. Collegium Medicorum Dicasterii, in Sessione die 16 mensis Decembris anno 1999 habita, edixit sanationem celerem fuisse, completam, duraturam atque medullae restitutionem autologam et inexspectatam, post transplantationis reiectionem, esse ex scientia inexplicabilem. Die 23 mensis Maii anno 2000 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus ac die 21 mensis Novembris eodem anno facta est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium atque Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino.

Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, per intercessionem Ven. Servae Dei Aemiliae Tavernier vid. Gamelin, Fundatricis Congregationis Sororum a Providentia, videlicet de celeri, completa ac duratura sanatione pueri Yannick Fréchette a "leucemia linfoblastica acuta recidiva, trattata con intensa chemio-radioterapia, con rigetto del trapianto midollare della madre e con comparsa di gravi complicanze infettive, virali e micotiche".*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

POSNANIENSI

Beatificationis et Canonizationis servae Dei Sanctiae Szymkowiak (in saec.: Ianinae) sororis professae Congregationis filiarum B.M.V. Perdolentis (1910-1942)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

Beata Virgo « vehementer cum Unigenito suo condoluit et sacrificio Eius se materno animo sociavit, victimae de se genitae immolationi amanter consentiens » (CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* **58).**

Mariae vestigiis insistens, « quae toti electorum communitati tamquam exemplar virtutum praefulget» *(ibid.,* **65),** Soror Sanctia Szymkowiak ambulavit, quae inde a pueritia sine intermissione in cognitione atque in amore Dei progressa est, adeo ut, in occultatione, crucem cum Christo communicaret ut saluti animarum operam daret.

Serva Dei orta est die **10** mensis Iulii anno **1910** in loco *Mozdzanów,* in Polonia, tunc in archidioecesi Posnaniensi-Gnesnensi sito, ab Augustino Szymkowiak et Maria Anna Duchalska, coniugibus locupletibus, qui chri-

stiane quinque suos filios educaverunt, quorum unus factus est sacerdos. Ad fontem baptismalem ei nomen inditum est Ianinae Ludovicae. Anno 1922 primum Pane Eucharistico se aluit et subsequenti anno Confirmationis sacramentum accepit. Studia perfecit in loco ubi nata est, deinde Ostroviae, ubi una cum institutione scholastica diligentem spiritalem formationem excepit. Maturitatis experimento probata, nomen professa est in ordinem studiorum iurisprudentiae apud Universitatem Posnaniensem, sed postea versa est ad ordinem linguarum et litterarum externarum ut philologiae studeret Romanicae. Diligenter ad studia se applicavit, ad suae indolis formationem, ad vitam interiorem et ad apostolatum. Naviter cum Sodalicio Mariali communicavit ac singulariter pietatem erga Eucharistiam coluit, cotidie Missam participando et in adoratione SS.mi Sacramenti perseverando. Pauperibus vicorum humiliorum urbis affuit, parata ad adiuvandos quotquot in necessitate versabantur. Amicae eius consuetudine alliciebantur; namque comis erat, iucunda, officiosa, simplex; rerum naturam amore prosequebatur; pingebat et cymbalo personabat. Etsi studiorum peramans erat, anno 1934 Studiorum Universitatem reliquit et in Galliam commigravit, ubi ingressa est Congregationem Sororum Oblatarum a Sacro Corde Iesu. Sed Providentia, quae alia de ea consilia habebat, eam in Poloniam reduxit. Posnaniae, anno 1936, accepta est in Institutum Filiarum Beatae Mariae Virginis Perdolentis, conditum a Beato Honorato a Biala Podlaska (f 1916), parentibus orbatis et pueris populi educandis necnon aegrotis assiduitati praebendae in valetudinariis.

Inde ab initio Serva Dei ardore eminuit in Regula observanda ac serena incommodorum acceptione, vitae consecratae propriorum. Hilaris erat in remissionibus, austera in silentio retinendo, prompta ad quemlibet exsequendum laborem qui ab ea exigebatur. Postquam sibi induit vestem religiosam nomenque Sororem Sanctiam cepit, anno 1937 novitiatum iniit. Firma in proposito sequendi Christum in humilitatis atque oboedientiae via, tacite obiurgationes asciscebat et indignitates ac veniam petebat a Matre Magistra, quae eam duriter tractabat. Sodalium castigationes sumebat, aegrotis subveniebat, curabat concordiam diffundendam in suo ambitu; neminem reprehendebat, nec alios id facere coram se sinebat; numquam de suis studiis loquebatur ne socias ignominia notaret; commoditates, quas reliquerat in saeculo, non querebatur. Vehementi cum laetitia priorem fecit professionem die 30 mensis Iulii anno 1938; statim post missa est ad laborandum ad ludum pueritiae loci *Naramowice.* Insequenti anno Posnaniam reversa est,

ubi votorum professionem renovavit et scholam incepit pharmacopoeae, quam perficere non potuit propter bellum; per quod fortiter se gessit et, cum posset in familiam redire, in loco mansit ut auxilio esset ubicumque eius praesentia opus esset: in ianitricis cella, in coquina, ut domum tergeret utque interpres esset cum captivis.

Anno 1941 professionem fecit trium annorum. Interea eius valetudo inceperat damna ex privationibus accipere, ex laboribus multisque incommodis ex temporis iniquitate ortis. Omnia pertulit, curas suas in alios conferens, cum in proximis vultum Christi videret. Caritate dives fuit erga familiares, Sorores sodales, antistitas, captivos Gallicos et Anglicos, qui a Germanis ducebantur in coenobium ut laborarent. Quamquam aegrotabat, numquam se subduxit de operibus gravioribus et humilioribus. Vel cum phthisi astricta est in lecto manere nitebatur communitati utilis esse. Omnium Sororum amica fuit et cum simplicitate iis ignoscebat, a quibus reprehendebatur et molestiis afficiebatur. Haec se gerendi ratio e fide viva et amore Dei exoriebatur, quem Soror Sanctia plurimi faciebat. Etenim firmiter in Deum credidit atque in eius revelationem, Dominumque dilexit tota mente, toto corde, totis viribus. Precatio animae eius respiratio fuit et virga qua est sustenta in via sanctitatis. Ferventem nutrivit pietatem erga Eucharistiam, Sacrum Cor Iesu et Virginem Perdolentem, cuius humilis fuit filia ac discipula. Divina servavit mandata, leges Ecclesiae, vota religiosa et Regulam quam est amplexa. Propter amorem, Dei oboedivit voluntati peccatumque vitavit. Intimam cum Domino coluit coniunctionem, coram eo vivens. Passa est ob contumelias quibus Deus ab hominibus afficiebatur, sed numquam fracta fuit et tristis, quia spem suam in divina Providentia collocaverat et in deprecationis efficacia. Prudens fuit in consiliis capiendis, in actionibus, in admonitionibus; iusta in Deum et in proximos, temperans per omnia. Sibi pessima eligebat seque cibo alebat a ceteris Sororibus reiecto; castigationibus Regula praescriptis voluntarias addebat. Facile personarum prudentium consilia petebat; a se et a mundi rebus aliena fuit, appetivit autem caelestia, quae merere est nisa munia cotidiana diligenter exsequendo. Perseverans fuit in bono, fortis in corporis doloribus et animi, patiens in longo morbo, humilis in sermocinationibus, in animadversionibus, in omni vitae modo. Cum sinceritate errata sua confitebatur nec se excusabat cum iniuste accusabatur.

Dum sic sancte se praebebat, eius valetudo continuo in peius mutabatur. Viam crucis percucurrit, amanter Iesum crucifixum aspiciens et spe-

rans se ab eius misericordia praemium aeternum esse consecuturam. Die 6 mensis Iulii anno 1942 vota perpetua fecit et die 29 mensis Augusti eodem anno Dominus eam arcessivit.

Sanctitatis fama, qua in vita enituit, perduravit et aucta est post eius mortem; quapropter Archiepiscopus Posnaniensis Causae beatificationis et canonizationis initium fecit per celebrationem Processus Ordinarii Informativi (annis 1970-1979), cuius auctoritas et vis a Congregatione de Causis Sanctorum probata est per decretum die 10 mensis Iunii anno 1998 promulgatum. Apparata Positione, inquisitum est an Serva Dei heroum more virtutes exercuisset théologales, cardinales iisque adnexas. Exitu cum felici, die 16 mensis Maii anno 2000, Congressus Peculiaris actus est Consultorum Theologorum et die 17 mensis Octobris eiusdem anni Sessio Ordinaria habita est Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Eminentissimo Cardinali Edmundo Casimiro Szoka.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum consçriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto, Praefecto necnon Causae Cardinali Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Sanctiae Szymkowiak (in saec.: Ianinae), Sororis professae Congregationis Filiarum Beatae Mariae Virginis Perdolentis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

SB IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

ROMANA seu BERGOMENSIS

Canonizationis Beatae Teresiae Eustochii (in saec.: Ignatiae Verzeri) fundatricis Instituti Filiarum SS. Cordis Iesu (1801-1852)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beata Teresia Eustochium (in saeculo: Ignatia Verzeri) Bergomi die 31 mensis Iulii anno 1801 in vitam venit. Cum aliquibus sodalibus Congregationem Filiarum SS. Cordis Iesu instituit puellis indigentibus, parentibus orbatis atque corruptis educandis, necnon aegrotis curandis. Ea regente, novum Institutum largiter diffusum est, quamquam multae difficultates fuerunt multaque impedimenta. Fama sanctitatis clara, Brixiae mortem obiit die 3 mensis Martii anno 1852.

Summus Pontifex Pius XII eam in Beatorum numerum rettulit die 27 mensis Octobris anno 1946.

Canonizationis respectu, Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem permisit Sororis Lydiae Tenes quae, die 31 mensis Decembris anno 1951, propter lapsum in valetudinarium est deducta, ubi de tali dextri fractura diagnosi facta, curae adhibitae sunt ad casum pertinentes, gypso talo inducto. Post aliquot menses, cum condiciones in deterius verterent, infirma est a peritis medicis visitata ac radiologicis inspectionibus subiecta atque deinde sectioni chirurgicäe ad fragmentum osseum extrahendum. Prognosis infausta fuit atque vulnus, cum purulentum esset, medicationes exegit, quae gravium dolorum causa fuerunt.

Eiusmodi in condicione Soror Lydia eiusque sodales a Domino sanationem per intercessionem beatae Teresiae Eustochii postulaverunt ac novendiales supplicationes inierunt, inter quas ex improviso facta est sanatio completa ac duratura ab ulceratione atque pedis et cruris phlogosi.

De eventu, miro habito, instructus est Processus Apostolicus in dioecesi Portalegrensi annis 1955-1957 tresque processiculi in totidem dioecesibus; qui omnes sunt a Congregatione de Causis Sanctorum probati per decretum die 1 mensis Decembris anno 1973 promulgatum.

Dicasterii Collegium Medicorum, in Sessione die 11 mensis Ianuarii anno 2000 habita, uno ore affirmavit sanationem celerem fuisse, plenam, stabilem et ex scientia inexplicabilem. Die 23 mensis Maii eodem anno actus est

Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 7 mensis Novembris subsequentis Sessio Ordinaria est facta Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Eminentissimo Cardinali Henrico Schwery. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die ad Se infrascripto Praefecto necnon Causae Cardinali Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Beata Teresia Eustochio (in saec.: Ignatia Verzeri), Fundatrice Instituti Filiarum SS. Cordis Iesu, videlicet de celeri, plena ac stabili sanatione Sororis Lydiae Tenes ab « ulcerazione cutanea processuale con suppurazione da ferita chirurgica profonda, conseguente ad intervento di asportazione di sequestri ossei per frattura intra-articolare del calcagno destro, con intensa flogosi del piede, edema della gamba ed impotenza funzionale ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

SB IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. *m* S.

SS Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 19 Martii 2001. — Cathedrali Ecclesiae Guanarensi, Exc.mum P.D. Iosephum Soterem Valero Ruz, hactenus Episcopum titulo Albensem et Auxiliarem Valentinum in Venetiola.

— Titulari episcopali Ecclesiae Arcavicensi R.D. Ioachimum Mariam López de Andujar y Canovas del Castillo, Vicarium generalem Xetafensem, quem constituit eiusdem Ecclesiae Auxiliarem.

die 20 Martii. — Titulari Ecclesiae Apolloniensi, Exc.mum P.D. Gilbertum Jiménez Narváez, hactenus Episcopum Riviascianensem.

die 21 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Florentinae Exc.mum P.D. Ennium Antonelli, hactenus Conferentiae Episcoporum Italiae Secretarium Generalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Mizigitanae R.D. Iosephum Antonium Gentico, Vicarium generalem Moronensem, quem constituit archidioecesis Bonaërensis Auxiliarem.

die 23 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tambeaensi, R.D. Ioannem Boissonneau, e clero archidioecesis Torontinae, hactenus rectorem Seminarii maioris « Saint Augustine's Seminary », quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 26 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Sydneyensi Exc.mum P.D. Georgium Peli, hactenus Archiepiscopum Melburnensem.

die 28 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Ammeniensi R.D. Iosephum Franciscum Rezende Dias, hactenus Vicarium generalem de Pouso Alegre, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 29 Martii 2001. — Cathedrali Ecclesiae Northantoniensi R.D. Cc-emgenum Ioannem Patricium McDonald, e clero Birminghamiensi, hactenus Collegii Sanctae Mariae de Oscott rectorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Mallianensi R.D. Bernardum Ioachimum Uhi, e clero archidioecesis Friburgensis, ibique Officiorum « Caritas » et de relationibus publicis moderatorem atque capituli cathedralis canonicum, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 3 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Praesidiensi, R.P. Rogerum Gries, O.S.B., hactenus monasterii Sancti Andreae in civitate Clevelandensi Abbatem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Metensi, R.D. Martinum Ioannem Amos, e clero dioecesis Clevelandensis, ibique curionem paroeciae Sancti Dominici in oppido vulgo Shaker Heights, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 5 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Faleronensi R.D. Iosephum Betori, hactenus Subsecretarium Conferentiae Episcoporum Italiae, quem deputavit Secretarium Generalem eiusdem Conferentiae Episcoporum.

die 6 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Campensi, R.D. Iosephum A. Pepe, e clero archidioecesis Philadelphiensis, hactenus Cancellarium, Moderatorem Curiae et Vicarium episcopalem pro Clericis archidioecesis Sanctae Fidei in America Septemptrionali.

die 9 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Palmiranae, Exc.mum P.D. Rolandum Antonium Corrales García, hactenus Episcopum titulo Thuccaborensem et Auxiliarem Medellensem.

die 11 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Caesariensi in Mauretania R.D. Gerardum Ioannem Nicolaum de Korte, e clero archidioecesis Ultraiectensis, ibique regionis vulgo Salland decanum atque capituli metropolitani canonicum, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 12 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Nebbitanae R.P. Philippum Iannone, O. Carm., Vicarium generalem archidioecesis Neapolitanae, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Rusticianensi R.D. Arturum Roche, e clero Loidensi, hactenus Secretarium Generalem Conferentiae Episcoporum Angliae et Cambriae, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Vestmonasteriensis.

die 12 Aprilis 2001. — Titulari episcopali Ecclesiae Gemellensi in Numidia R.D. Georgium Stack, hactenus administratorem metropolitani templi Vestmonasteriensis, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 18 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Cozylensi R.D. Dulcenium Fontes de Matos, e clero Stantiano, hactenus templi cathedralis eiusdem dioecesis curionem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Aracaiuensis.

die 19 Aprilis. — Praelaturae territoriali Iuliensi R.D. Aelium Alevi Pérez Tapia, S.D.B., hactenus Vicarium Provinciae «Santa Rosa de Lima» Societatis S. Francisci Salesii.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 23 Ianuarii 2001. — Metropolitanae Ecclesiae Blantyrensi Exc.mum P.D. Tharsicium Gervasium Ziyaye, hactenus Episcopum Lilongvensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Brazzapolitanae Exc.mum P.D. Anatolium Milandou, hactenus Episcopum Kinkalanum.

— Metropolitanae Ecclesiae Luandensi Exc.mum P.D. Damianum Antonium Franklin, hactenus Episcopum titularem Faleronensem et Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Lilongvensi Exc.mum P.D. Felicem Eugenium Mkhori, hactenus Episcopum Chiquavanum.

— Cathedrali Ecclesiae Palangkaraiensi R.P. Aloisium Sutrisnoatmoko, Congregationis Missionariorum a S. Familia sodalem, apud Universitatem vulgo « Sanata Dharma » dictam necnon sitam in urbe nomine vulgo Yogykareta appellata Theologiae Dogmaticae professorem.

— Episcopum Coadiutorem Macaonensem R.D. Iosephum Lai Hung Seng, e clero eiusdem dioecesis ibique cathedralis templi curionem.

die 23 Ianuarii 2001. — Titulari episcopali Ecclesiae Tubunensi in Mauretania R.D. Hermannum Alvarado Solano, e clero dioecesis Zipaquirensis, curionem paroeciae in urbe vulgo dicta Ubate in Columbiana Civitate, quem constituit primum Vicarium Apostolicum Guapiensem.

die 15 Februarii — Titulari episcopali Ecclesiae Bendensi R.D. Thomam Peta, e clero archidioecesis Gnesnensis, in praesens Administratorem Apostolicum Astanensem.

die 13 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Bukavuensi Exc.mum P.D. Carolum Kambale Mbogha, A.A., hactenus Episcopum Isirensem-Niangaraënsem.

— Metropolitanae Ecclesiae Portus Hispaniae Exc.mum P.D. Eduardum Iosephum Gilbert, C.SS.R., hactenus Episcopum Rosensem.

— Cathedrali Ecclesiae Gibutensi R.P. Georgium Bertin, O.F.M., in praesens in Republica Somaliae dioecesis Mogadiscensis Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis ».

— Cathedrali Ecclesiae Bafatanae, noviter erectae in Guinea Bissaviensi necnon Sanctae Sedi immediate subiectae, R.P. Carolum Petrum Zilli, Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris sodalem, in praesens eiusdem Instituti religiosi Seminarii philosophiae directorem spiritus.

— Cathedrali Ecclesiae Maradensi, noviter in Republica Nigritana constitutae necnon Sanctae Sedi immediate subiectae, Exc.mum P.D. Ambrosium Ouédraogo, hactenus Episcopum titularem Severianensem et Auxiliarem Niameyensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bullensi R.D. Percival Iosephum Fernandez, Seminarii maioris Bombayensis « St. Pius X College » professorem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Molicunzensi R.D. Agnellum Rufinum Gracias, in praesens parochum Sanctuarii Bombayensis « St. Michael's » quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thuburnicensi R.P. Christophorum Cardone, sodalem Fratrum Praedicatorum Ordinis necnon paroeciae in urbe, dioecesis Ghizotanae, vulgo Nila curionem, quem constituit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Sabato **7** Aprile **2001**, S.E. il Signor **OTO AGRIPINO MAIA**, Ambasciatore del Brasile presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Sabato, **31** Marzo **2001**, S.E. il Signor **VITALY LITVIN**, Rappresentante della Federazione Russa presso la Santa Sede.

Giovedì, **5** Aprile **2001**, S.E. il Signor **FERNANDO DE LA RÚA**, Presidente della Repubblica Argentina.

Venerdì, **6** Aprile **2001**, S.E. il Signor **ADRIAN NASTASE**, Primo Ministro della Romania.

Lunedì, **23** Aprile **2001**, S.E. il Signor **RAFIC HARIRI**, Presidente del Consiglio del Ministri del Libano.

Lunedì, **23** Aprile **2001**, S.E. il Signor **JAIME JOSÉ MATOS DA GAMA**, Ministro degli Affari Esteri del Portogallo.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

2 marzo 2001. S.E. mons. Thomas George Doran, Vescovo di Rockford, *Membro della Congregazione per il Clero « ad quinquennium ».*

5 » » Il rag. Eduardo Lacetera, *Capo Ufficio nella Sezione Ordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

7 » » S.E. mons. Javier Echevarría Rodríguez, Vescovo tit. di Cilibia; i padri Carlo Longo, O.P.; Marcel Chappin, S.I.; Willi Henkel, O.M.I., *Consultori delia Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*

17	marzo	2001.	Mons. Leo Boccardi, *Rappresentante Permanente della Santa Sede presso l'Agenzia Internazionale dell'Energia Atomica (ALEA.), presso l'Organizzazione per la Sicurezza e Cooperazione in Europa (O.S.CE.) e presso la Commissione Preparatoria del Trattato sull'Interdizione Globale degli Esperimenti Nucleari (CTBTO), come pure Osservatore Permanente della Santa Sede presso l'Organizzazione delle Nazioni Unite per lo Sviluppo Industriale (O.N.U.D.I.) e presso l'Ufficio delle Nazioni Unite a Vienna.*
22	»	»	Mons. Frank J. Dewane, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace.*
1	aprile	»	Prof. dott. Fabrizio Bisconti, *Magister della Pontificia Accademia « Cultorum Martyrum ».*
2	»	»	S.E. mons. Mario Rizzi, Arcivescovo tit. di Bagnoregio, *Membro della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*
»	»	»	S.E. mons. Francesco Lambiasi, Vescovo di Anagni-Alatri, *Consultore della Congregazione per i Vescovi « ad quinquennium ».*
9	»	»	Em.mo Signor Cardinale Crescenzio Sepe, *Prefetto della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli « ad quinquennium ».*
11	»	»	S.E. mons. Antonio Maria Vegliò, Arcivescovo tit. di Eclano, *Segretario della Congregazione per le Chiese Orientali « ad quinquennium ».*

NECROLOGIO

2	marzo	2001.	Mons. Eliseu Simöes Mendes, Vescovo em. di Campo Mourao *(Brasile).*
6	»	»	Mons. Porfirio R. Iligan, Vescovo em. di Masbate *(Filippine).*
7	»	»	Mons. Vittorio Bernardetto, Vescovo em. di Susa *(Italia).*
8	»	»	Mons. Joseph Cunnane, Arcivescovo em. di Tuam *(Irlanda).*
9	»	»	Mons. Antonio Pagano, Vescovo em. di Ischia *(Italia).*
18	»	»	Mons. Antonio Valentini, Arcivescovo em. di Chieti-Vasto *(Italia).*
24	»	»	Mons. Alessandro Gottardi, Arcivescovo em. di Trento *(Italia).*
3	aprile	»	Mons. Adriano Veigle, Vescovo Prelato em. di Borba *(Brasile).*

An. et vol. XCIII 5 Iunii 2001 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** - *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

C ATACEN.-SQUILLACEN., COSENTINA-BISINIANEN., RHEGINEN.-BOVEN.

Nova ordinatio provinciarum ecclesiasticarum Calabriae.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maiori Christifidelium spiritali bono consulere cupientes, audito Conferentiae Episcoporum Italiae Praeside ac de consilio Congregationis pro Episcopis Praefecti, de plenitudine apostolicae potestatis Nostrae haec statuimus quae sequuntur ac decernimus. Archiepiscopales Ecclesias Catacensem-Squillacensem atque Cosentinam-Bisinianensem, hactenus recta via subiectas, ad fastigium metropolitanarum Ecclesiarum attollimus iisdemque iura et privilegia tribuimus, quibus reliquae ad normam communis iuris gaudent communitates metropolitanae. Simul praeterea ex integro ecclesiasticas provincias eorundem ipsorum nominum constituimus. Catacensem-Squillacensem Archiepiscopum necnon Cosentinum-Bisinianensem Archiepiscopum actu munere perfungentes, Venerabilem Fratrem Antonium Cantisani priorem ac posteriorem Iosephum Agostino, ad gradum promovemus Archiepiscoporum Metropolitarum, quos iuribus pariter ac privilegiis augemus quibus ceteri Archiepiscopi Metropolitae fruuntur, at oneribus aequabiliter obligatio-

nibusque obstringimur quibus ii tenentur. Nova sic excitata ecclesiastica provincia Catacensis-Squillacensis constabit ex metropolitana Ecclesia Catacensi-Squillacensi tum etiam dicionibus Crotonensi-Sanctae Severinae et Neocastrensi quae adhuc archidioecesi Rheginensi-Bovensi fuerunt suffraganeae. Provincia Cosentina-Bisinianensis consistet illa metropolitana sede necnon suffraganeis dicionibus Rossanensi-Cariatensi et Cassanensi quae metropolitanae adhuc Ecclesiae Rheginensi-Bovensi suffraganeae fuerunt, tum Sancti Marci Argentanensis-Scaleensis communitate hactenus immediate subiecta. In posterum vero provinciam ecclesiasticam Rheginensem-Bovensem efficiet eiusdem nominis ecclesia una cum dioecesibus suffraganeis Locrensi-Hieracensi, Miletensi Nicotriensi-Tropiensi ac Oppidensi-Palmarum. Quae ad omnia diligenter in actum deducenda fidentes Nos Venerabilem Fratrem Andream Cordero Lanza di Montezemolo, Archiepiscopum titulo Tuscanensem in Italiaque Nuntium Apostolicum deputamus, necessariis et opportunis instructum facultatibus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemvis in ecclesiastica dignitate constitutum virum, onere addito ad Congregationem pro Episcopis, cum primum fieri potuerit, germanum exemplar actus ipsius exsecutionis peractae remittendi. Iubemus tandem singula et omnia hisce Apostolicis Litteris sancita plene sortiri suam vim tam nunc quam in posterum usque aevum, rebus quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tricesimo Ianuarii mensis anno Domini bismillesimo primo, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOANNES B. card. RE
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 491.375

II

MACEDONIAE

Nova Exarchia Apostolica pro fidelibus Byzantini ritus in Macedonia constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Communitates ecclesiales, in orbe terrarum quae innumerae feliciter reperiuntur, quamvis varias prae se ferant formas speciesve, in unum tamen conspirant et fidelium spiritalem prosperitatem cunctae pro viribus affectant. Nos autem omnium Ecclesiarum tueri volumus legitimas religiosas consuetudines itemque contendimus et studemus, ut floridiorem statum per proprium ritum illae adipiscantur. Nunc de Macedoniae gente ritus Byzantini cogitamus deque eiusdem commodiore condicione. Itaque, postquam hac de re Venerabilem Fratrem Nostrum Angelum S.R.E. Cardinalem Sodano, Secretarium Status, audivimus, iudicavimus opportunum territorium aliquod ab Eparchia Crisiensi distrahere et novam Exarchiam condere. Quapropter Apostolica Nostra de auctoritate novam Exarchiam pro fidelibus ritus Byzantini in *Macedonia* constituimus, cuius sedes in urbe *Strumica* locabitur, et Cathedrale templum sacra aedes Dormitionis Beatissimae Genetricis Dei Mariae erit. Haec deinceps Exarchia immediate Sedi Apostolicae subicietur et totam regionem civilem Macedoniae complectetur. Ad haec tandem perficienda consuetudines iuraque congrua serventur et quae a Codice Orientali praecipiuntur, nihil quibusvis rebus minime efficientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die undecimo mensis Ianuarii, anno Domini bismillesimo primo, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

83 IGNATIUS MOUSSA card. DAOUD
Congr. pro Eccl. Orientalibus Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 491.567

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Dei Servis Andreae de Soveral, Ambrosio Francisco Ferro et XXVIII Sociis Martyribus Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Factus est Dominus fulcimentum meum; et eduxit me in latitudinem, salvum me fecit, quoniam voluit me » *(Ps* 18, 19-20).

Dei virtutem, quae potissimum in humilibus manifestatur, perculiari vi experti sunt Andreas de Soveral, Ambrosius Franciscus Ferro eorumque xxviii Socii, qui, Spiritu Sancto roborati ac christiana spe illuminati, suam vitam pro Christo tradere atque summam caritatis testificationem reddere non dubitarunt, praemium sic adipiscentes quod Dominus, iustus iudex, eis servavit. Dei Servi hi, Brasiliae protomartyres ipsique archidioecesis Natalensis participes, quae in septemtrionali-orientali plaga reperitur, suo sanguine Evangelii semen fecundum reddiderunt, quod missionarii largiter illas inter gentes diffuderant. Eorum sacrificii auctores Calviniani Batavi fuerunt, qui solum illud obtinentes, pedetemptim catholicis religionis cultusque ademerunt libertatem et eos saeva persecutione insectati sunt. Primus fidei clarorum testium manipulus die xvi mensis Iulii anno MDCXLV morte occubuit. Dies illa dominica fuit atque fideles in templum convenerant alicuius oppidi *Cunhaú* vocati, quod LXXX fere chiliometra abest a Natalensi urbe. Parochus Andreas de Soveral, et ipse Brasiliensis populi filius, Missam celebrabat, cui LXIX ferme homines, vel pauciores alia ad historica documenta, intererant. Post panis vinique consecrationem, milites et Indi omnes ianuas clauserunt omnesque effugii templi aditus intercluserunt atque repente inermes fideles necare coeperunt, qui violentiae illatae obstiterunt, sed cum eos senex pastor cohortaretur, precantes martyrium ex voluntate susceperunt. Eorum nomina, praeter Andream de Soveral presbyterum et Dominicum Carvalho laicum, haud sunt tradita.

Reliqui Dei Servi coronam vitae die **III** mensis Octobris eiusdem anni in loco quodam *TJruaçu* appellato sunt consecuti. Ante quam necarentur crudelissime ii sunt cruciati, sed a fide catholica deficere noluerunt. Ambrosius Franciscus Ferro, Natalensis parochus, peculiari saevitia est vexatus, cum

Christi esset minister. Inter eos qui sunt interempti, ex quibus complures ad ipsius paroeciam pertinebant, laicus quidam eminuit, Matthaeus Moreira, qui, cum carnifices a tergo eiusdem cor eruerent, suam erga sacram Eucharistiam fidem proclamare valuit, dicens: « Laudatum sit Sanctissimum Sacramentum ». Ex iis qui morte occubuerunt haec traduntur nomina: Antonius Vilela iunior, Iosephus do Porto, Franciscus de Bastos, Didacus Pereira, Ioannes Lostau Navarro, Antonius Vilela Cid, Stephanus Machado de Miranda, Vincentius de Souza Pereira, Franciscus Mendes Pereira, Ioannes da Silveira, Simon Correia, Antonius Baracho, Ioannes Martins ac septem Socii, Emmanuel Rodrigues Moura eiusque uxor, filia quaedam Antonii Vilela iunioris, filia Francisci Dias iunioris, duae filiae Stephani Machado de Miranda. Insignis horum triginta martyrum testificatio saeculorum decursu oblivione haud est exstincta. Beatificationis Causa seu martyrii declaratio ab Archiepiscopo Natalensi anno MCMLXXXIX incepta est. Suetis inquisitionibus historicis ac theologicis felici cum exitu absolutis, apud Congregationem de Causis Sanctorum, Nobis coram Decretum super martyrio die XXI mensis Decembris anno MCMXCVIII prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus die V mensis Martii iubilaris Anni bis millesimi Romae celebraretur.

Hoc igitur die in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Hectoris de Araújo Sales Archiepiscopi Natalensis, Michaelis Cardinalis Michai Kitbunchu Archiepiscopi Bangkokiensis, Alexandri Kaszkiewicz Episcopi Grodnensis Latinorum, Richardi Cardinalis Vidal Archiepiscopi Caebuani, et Pauli Iosephi Pham Dinh Tung Archiepiscopi Hanoiensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Andreas de Soveral, Ambrosius Franciscus Ferro et viginti octo Socii, Nicolaus Bunkerd Kitbamrung, Maria Stella Adelaidis Mardosewicz et decem Sociae, Petrus Calungsod et Andreas a Phu Yen Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Andreae de Soveral, Ambrosii Francisci Ferro et viginti octo Sociorum die tertia Octobris; Nicolai Bunkerd Kitbamrung die decima secunda Ianuarii; Mariae Stellae Adelaidis Mardosewicz et decem Sociarum die quarta Septembris; Petri Calungsod die secunda Aprilis; et Andreae a Phú Yen die vicesima sexta Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Cunctis hominibus fulgentia exhibent exempla praeclari hi martyres, unde catholica fides et probandaque opera usque proferantur et quam plurimos homines ubique terrarum attingant, quo cuncti supernis firmati praesidiis, salutifera Domini dona et Evangelii beneficia prolixius adipiscantur.

Quae autem decrevimus, volumus nunc et' in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non officientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Martii, anno **MM**, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

De mandato Summi Pontificis
£8 ANGELUS card. SODANO

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 471.937

II

Venerabili Dei Servo Iosepho Columbae Marmion Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Mihi vivere Christus est» *(Philp* 1, 21). Christianus quisque, per baptismum Christo insertus, Christi vitam agit atque in Spiritu Sancto Patrem clarificat, qui « praedestinavit nos in adoptionem filiorum» *(Eph* 1, 5).

Christus, animae vita, lux fuit, vis ac laetitia, quibus Venerabilis Dei Servus Iosephus Columba Marmion illuminatus est et sustentatus, qui nihil Christo diligendo antevertit, quique in Ecclesia quod bonum sanctumque est scriptis ac multo magis operibus ostendit.

Sodalis hic insignis Ordinis sancti Benedicti, Dublini in Hibernia die i mensis Aprilis anno MDCCCLVIII ortus est. Romae in theologica disciplina conducibiliter institutus, die xvi mensis Iunii anno MDCCCLXXXI dioecesanus presbyter consecratus est. Nonnullos annos apostolatui et philosophiae Dublinensibus Seminarii tironibus tradendae operam studiose dedit. Superioribus adsentientibus anno MDCCCLXXXVI suum pristinum propositum persequi potuit atque Ordinem sancti Benedicti apud Abbatiam *Maredsous* ingressus est, quae in dioecesi Namurcensi intra Belgarum fines sita est. Novum Columbae nomen obtinens, novitiatum egit atque in firmo fundamento innitens, Christo dona praebenti et cohortanti sese addixit idemque difficultates

et incommoda, quae monachorum ex praescriptis oriuntur, superavit. Anno MDCCCLXxxvin temporalia et MDCCCXCI perpetua vota nuncupavit. Fidei lumine perductus, per probanda opera alacriter Evangelii sanctique Benedicti regulae semitam tenuit, magistri doctrinam obsequenter sectando, opus Dei devote celebrando, Abbatiae Collegii pueris iuvenibusque monachis doctrinam tradendo. Ex eo tempore inquisitione ac precatione christianas veritates praedicandas curavit, e Sacris Litteris deprompta doctrina. In Abbatiam Montis Caesaris condendam suam operam contulit, ubi prudenter ac animose complura officia sustinuit, scilicet communitatis prioris, theologiae magistri, concionatoris et confessarii egit partes. *Maredsous* Abbatiae monachi anno MCMIX eum abbatem relegerunt. Dei Servus ad Benedectinam regulam superioris munus quam optime gessit ipsius Christi intra Abbatiam vice fungens. At moderatoris cum tueretur serviendi voluntate partes, contumelias aerumnasque habuit, quas primum bellum mundanum auxit. Per praedicationem, spiritale moderamen, scripta, quae Ecclesiae huius temporis locupletant thesaurum, amplum frugiferumque magisterium egit. Pastorali caritate permotus, complurium sacerdotum, monachorum, religiosorum laicorumque vitam interiorem curavit. Quod aliis tradebat ipse simpliciter, perseveranter ac perfecte faciebat. Dei coniunctionem coluit. Sacra liturgia, meditatio, vestigatio, erga sacram Eucharistiam Deique Matrem devotio, eius monasticam consecrationem, actuosum apostolatum sustentarunt, qui saepe extra Abbatiam versabatur. Meritis onustus ac sanctitatis fama perfusus, die XXX mensis Ianuarii anno MCMXXIII obdormivit in Domino.

Beatus Iosephus Marello Augustae Taurinorum natus est die 26 mensis Decembris anno 1844. Seminarium Astense ingressus, sacerdos est ordinatus anno 1868. Impensam explicavit pastoralem actionem iuxta Episcopum suum, qui eum suum esse voluit secretarium atque confessarium. Congregationem Oblatorum Sancti Ioseph instituit, praesertim iuventuti christianae educandae atque parochis adiuvandis. Aquensis Episcopus nominatus anno 1888, in dioecesis servitium vitam impendit, exemplar populi factus qui ei erat concreditus. Fama clarus sanctitatis die 30 mensis Maii Savone diem supremum obiit anno 1895.

[20] Cfr Concilio Vaticano II, ***Lumen gentium*** 10.
[21] Cfr Concilio di Trento: DS 1601, 1670, 1701

Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 26 mensis Septembris eum in Beatorum numerum rettulit, anno 1993.

Canonizationis respectu, Causae Postulator Congregationis de Causis Sanctorum iudicio permisit assertam miram sanationem quae facta est in pago *Ranquish,* in Andis Peruvianis posito. Haec sanatio attinet ad Alfredum Chávez León, undecim annos natum, atque ad eius sororem Isilam, decem annorum puellulam. Ambo hi pueri, propter paupertatem fame confecti, die 15 mensis Maii anno 1998 ostendere inceperunt tussim continuam, dyspnoeam et cyanosim, altam febrim, dolorem thoracicum quem pagi minister artis salutaris iudicavit esse arteriae asperae pulmonumque inflammationem acutam. Cum nullam haberet medicinam intellexissetque duos aegrotos ad valetudinarium pervenire non posse, prognosim infaustam dixit quoad vitam suasitque ut ad divinum auxilium confugeretur per intercessionem beati Iosephi Marello, pagi *Ranquish* patroni; quod quidem duorum puerorum parentes atque paroecialis communitas fecerunt. Repentino, hora circiter secunda post meridiem die 17 mensis Maii, Alfredus et Isila nullum iam morbi signum ostenderunt, siquidem sanati erant; namque, statim post potuerunt ad sollemnem pompam ire, ut imaginem reciperent beati Iosephi Marello, quae de vico *Viundapampa* ad aediculam eorum pagi ferebatur.

De hoc casu apud Curiam Huariensem anno 1999 est Inquisitio dioecesana celebrata, cuius auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 12 mensis Novembris eodem anno promulgato. Die 13 mensis Aprilis anno 2000 Dicasterii Collegium Medicorum una voce affirmavit puerorum sanationem eodem tempore contigisse, subitam, completam, duraturam fuisse et secundum scientiam inexplicabilem. Die 3 mensis Iulii eiusdem anni Congressus Peculiaris actus est Consultorum Theologorum et secuto die 20 mensis Novembris Sessio Ordinaria est habita Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo Calaritano.

Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregatio-

nis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, per intercessionem Beati Iosephi Marello, Episcopi Aquensis, Fundatoris Congregationis Oblatorum S. Ioseph, videlicet de subitanea, completa ac duratura sanatione puerorum Alfredi et I sitae Chávez León, qui eodem tempore convaluerunt a « broncopolmonite con febbre alta, dispnea, cianosi in pazienti con denutrizione cronica ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret e in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

AUGUSTANA VINDELICORUM

Canonizationis Beatae Mariae Crescentiae Höss (in saec.: Annae), monialis professae e tertio Ordine Regulari Sancti Francisci (1682-1744)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beata Maria Crescentia Höss (in saeculo: Anna) orta est die 20 mensis Octobris anno 1682 Caufburae in Bavaria, intra fines dioecesis Augustanae Vindelicorum.

Tertium Ordinem Regularem Sancti Francisci loci *Mayerhoff* ingressa, professionem religiosam emisit die 18 mensis Iunii anno 1704, nomine capto Maria Crescentia. Per multos annos ostiariae iuncta munere, novitiarum fuit magistra, diligentia eminens qua eis formandis se dedidit. Anno 1741 electa est antistita suae communitatis. Gravi morbo implicata, die 5 mensis Aprilis mortem obiit, fama sanctitatis clara, anno 1744.

Summus Pontifex Leo XIII eam in Beatorum numerum rettulit die 7 mensis Octobris anno 1900.

Nuper, canonizationis respectu, Causae Postulatio Congregationis de Causis Sanctorum iudicio permisit assertam miram sanationem Margit Heim, 13 annorum puellae, quae, die 23 mensis Iunii anno 1986 se abluens in stagno manu perfosso, aquae impetu est pertracta et capta, quae ex hia-

tu defluebat in fundo sito. Post triginta immersionis temporis momenta extracta atque in valetudinarium deducta, mortua est habita; attamen omnia sunt artificia adhibita quae casus postulabat ad eam redanimandam.

Eodem tempore, condicione desperata animadversa, puellae familiares atque monasterii Caufburani Sorores a Deo sanationem petere inceperunt eiusdem puellae per intercessionem beatae Mariae Crescentiae Höss.

Improviso, paucis horis ab inita precatione, Margit cordis motionem recuperava et deinde est de cornate egressa, constanter convalescens usque ad plenam neurologicam restitutionem.

Super hoc casu, miro putato atque intercessioni ascripto Beatae quae est supra commemorata, instructa est apud Curiam Augustanam Vindelicorum Inquisitio dioecesana, anno 1998, cuius auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 20 mensis Novembris anno 1998 promulgatum.

Medicorum Dicasterii Collegium, in Sessione die 11 mensis Ianuarii habita, anno 2000, una voce affirmavit sanationem rapidam fuisse, completam, stabilem atque secundum scientiam inexplicabilem. Die 7 mensis Aprilis anno 2000 Congressus Peculiaris est actus Consultorum Theologorum ac die 3 subsecuti mensis Octobris Sessio Ordinaria est facta Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Eminentissimo Cardinali Henrico Schwery. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Cardinali Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, per intercessionem Beatae Mariae Crescentiae Höss (in saec.: Annae), Monialis professae e Tertio Ordine Regulari Sancti Francisci, videlicet de rapida, completa ac stabili sanatione puellae Margit Heim a « morte clinica accertata per annegamento, con prolungata ischemia cerebrale ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

SB IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CALAGURITANA et CALCEATENSIS LUCRONIENSIS seu S. SEBASTIANI

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae a Columna Izquierdo Albero fundatricis Operis Missionarii Iesu et Mariae (1906-1945)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert » *(Io* 13, 24).

Dominus Iesus, qui venit in mundum ut ministraret et animam suam daret redemptionem pro multis (cf. *Mt* 20, 28), viam servitii et crucis suos docuit discipulos, ut lumine Evangelii mundum illuminarent ipsique vitam consequerentur aeternam. Hanc viam, difficilem et gloriosam, percucurrit Maria a Columna Izquierdo Alberò, quae, in dolore pro Christo eiusque Regno suscepto, laudes Dei cecinit, novam genuit familiam religiosam ac brevi tempore magnam consecuta est evangelicam perfectionem.

Fidelis haec Christi testis in lucem venit die 27 mensis Iulii anno 1906 Caesar augustae, e Crescentio Mariano Izquierdo Longares, pistore, et Alexandra Paula Alberò Turón. Paucis post diebus est Ecclesiam ingressa Baptismi sacramento accepto et, octo annos nata, primum se Eucharistico aluit Pane. Quamvis puella esset intellegens et bonae voluntatis, nullum frequentavit ludum, cum ei esset laborandum ut sustentandae familiae operam daret, quae paupercula erat. Contra, didicit diligere Deum, Virginem Mariam venerari atque pauperes adiuvare. Adulescens quandam valetudinis molestiam passa est incertae originis, aliquamdiu quidem. Ex improviso sanata, opus obiit in officina calceamentorum, sed post paucos menses, de automato lapsa, pelvim fregit. Biennium dolorum secutum est; postea tamen opus

resumpsit in alia officina. Anno 1929 denuo aegrotavit: corpus eius vomicis repletum est, quibus est paralytica facta et caeca et acerbis atque continuis afflicta doloribus. Pluries est in valetudinarium deducta, at sine ulla salubri mutatione et, anno 1931, sectionem subiit. Decem fere annos (1929-1939) iter fecit aere aequo animo, solacio capto ex crebra Communione eucharistica exque Sancta Missa, quae interdum in eius parva diaeta celebrabatur. Morbus non eam a mundo et ab Ecclesia seiunxit; nam precationi atque sacrificio apostolatum iunxit alios excipiendi, consilia dandi, spiritali formatione imbuendi quotquot eam visitabant; oblationibus, quas accipiebat, pauperes adiuvit et nonnulla cultus opera sustinuit. Eo tempore cogitavit de Instituto condendo pauperibus ministrandis. Idcirco, cum coetu iuvenum sociarum, instituit Missionarias a Iesu et Maria, a Vicario generali Matritensi probatas die 14 mensis Novembris anno 1939. Die 8 insequentis mensis Decembris Serva Dei subito est a paralysi sanata, a caecitate atque surditate. Die 15 eiusdem mensis cum sodalibus Matritum profecta est ut Operis sui initium faceret pro pauperibus, aegrotis et puerulis indigentibus.

Statim eius iter patefactum est tamquam via crucis, difficultatibus, indignitatibus et aegritudinibus constratum. Curia Matritensis decretum approbationis revocavit atque Curia Caesaraugustana pronuntiavit eius repentinam sanationem non posse miram haberi. Publica opinio arguit eam esse mulierem fallacem, daemoniacam, fanaticam. Plures ex eius sociis eam dereliquerunt; ipsa autem, Deo fisa, quietem animi non amisit. Non multo post Episcopus Matritensis ei concessit ut suum explicaret apostolatum in civitatis suburbiis; idem Episcopus, die 2 mensis Februarii anno 1942, Opus canonice constituit Servae Dei tamquam Piam Unionem Missionariarum a Iesu, Maria et Ioseph. Vita communitatis interna gravibus difficultatibus turbata est, morbo Conditricis auctis quae, confessario admonente, mense Octobri anno 1944 Opus deseruit una cum novem sodalibus, quae ei fideles manserant. Parva communitas Sebastianopolim se contulit, ubi Maria a Columna perrexit crucem aerumnae ferre. Suae vocationi fidelis perseveravit in Christi adsectatione inque virtutum exercitio, quas excellenter coluit. Fides, spes et caritas fuerunt lampades, quae mentem eius, cor et actionem illustra verunt. Firmiter credidit in Deum, in eius verbum et Providentiam atque per omnia nisa est eius sequi voluntatem. Divinis oboedivit mandatis, legibus Ecclesiae, moderatoribus spiritualibus. Diligenter peccatum vitavit et, sanctitatem appetens, in Christi imitatione continenter est progressa. Suis viribus et opibus humanis non est confisa, sed Dei amicitia et auxilio.

Intimam cum Domino coniunctionem exercuit per precationem continuam, aeternarum veritatum contemplationem, ferventi pietatem erga Eucharistiam, Sacrum Cor et Iesu Passionem necnon erga Virginem Mariam. Naviter interfuit vitae et muneri Ecclesiae atque fidem, amorem Domini et curam animarum salutis circumfudit. Proximos dilexit et propter Deum nisa est utilis esse quotquot cum ea consuetudinem habebant, filiabus suis spiritualibus necnon pauperibus, pro quibus novam instituit religiosam familiam. Dolore, cum generositate, laetitia et humilitate exculto, apostolatum suum locupletavit. Multae res adversae eius cor non exulceraverunt, quod semper plenum fuit benevolentiae, indulgentiae atque misericordiae in omnes, eos quoque, qui illi obstiterunt illamque calumniati sunt. Cum spem suam in Domino collocavisset, numquam dubitavit quin experientia crucis in benedictiones mutaretur pro Opere suo proque peccatorum animis. Fortis fuit, patiens, tranquilla in morbis et in difficultatibus; optime temperantiam, castigationem sui, paupertatem, castitatem, oboedientiam, mansuetudinem, iustitiam erga Deum et proximos explicavit. Animi aequabilitate praedita et indolis firmitate, quolibet in casu considerate egit, cogitate ac supernaturali cum prudentia, gloriam Dei quaerens et pro sua alienaque sanctificatione aptissimas rationes.

Usque ad exitum dierum suorum dilexit Victimam divinam cum eaque coniuncta est passa, quae arcessivit eam die 27 mensis Augusti anno 1945. Sancte extremum vitae spiritum edidit, dicens: « Deus mi, Mater mea, Iesu mi ». Novem sorores sodales quae eam erant secutae, eius spiritualem hereditatem receperunt et anno 1948 ortum seminis viderunt, quod Serva Dei aqua sacrificii consperserat; etenim Episcopus Calaguritanus et Calceatensis earum Institutum approbavit, Opus Missionarium Iesu et Mariae denominatum.

Fama sanctitatis, qua Mater Maria a Columna claruerat in vita, aucta est post eius mortem; quapropter Episcopus Calaguritanus et Calceatensis-Lucroniensis Causae beatificationis et canonizationis initium fecit per celebrationem Inquisitionis dioecesanae super virtutibus Servae Dei et super eius vita. Huius Inquisitionis auctoritas et vis agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 23 mensis Octobris anno 1992 promulgato. Positione apparata, disceptatum est an Serva Dei sicut heroas addecet virtutes exercuisset. Exitu cum felici, die 19 mensis Maii anno 2000 actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum.

Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 12 mensis Decembris eiusdem anni, relatione audita Causae Ponentis, Excellentissi-

mi Domini Iosephi Sebastiani Laboa, Archiepiscopi titularis Zaraiteni, confessi sunt Matrem Mariam a Columna Izquierdo Alberò heroum more virtutes théologales, cardinales et iis adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae a Columna Izquierdo Alberò, Fundatricis Operis Missionarii Iesu et Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

SB IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. **œ S.**

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

GUADALAIARENSI

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Liberatae a S. Corde Iesu (in saec.: Liberatae Orozco Santa Cruz) fundatricis Congregationis Sororum Franciscalium a D. N. a Refugio (1834-1926)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Misericordia, pax, caritas ». Has virtutes, quae ministerium ecclesiale Congregationis Sororum Franciscalium a Domina Nostra a Refugio illuminant, coluit summaque cum cura et constanti alacritate testificata est Mater Maria Liberata a Sacro Corde Iesu, eiusdem Instituti conditrix, quae totam se Domini laudi consecravit, morali mulierum restitutioni in difficulta-

tibus versantium atque christianae educationi infantiae et iuventutis, Domini doctrinam secuta: « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis» *(Mt* 25, 40).

Serva Dei in vitam venit die 20 mensis Iulii anno 1834 in vico *Arandas,* tunc intra fines posito archidioecesis Guadalaiarensis, in civitate Mexicana *J alisci,* a Ioanne Orozco et Teresia Santa Cruz, coniugibus locupletibus ac piissimis, qui filios filiasque excellenti imbuerant christiana educatione. Biduo post ortum baptismum accepit; anno 1836 confirmationem, ac septem annos nata primum Pane Eucharistico se aluit. In parvo pago *Zapopan,* quo familia commigraverat, Liberata pueritiam egit et adulescentiam, moderatione spiritali usa Patrum Ordinis Fratrum Minorum et etiam tunc claram ostendens propensionem ad bonum, ad pietatem atque ad opera caritatis erga indigentes. Suam perfecit formationem in Collegio Nostrae Dominae Guadalupensis, cuius exemplaris fuit alumna interna. Animadvertens se fortiter ad vitam trahi consecratam, anno 1851, parentibus ac moderatore spiritali consentientibus, intravit in monasterium clausurae Dominicanarum a Iesu et Maria, sed fuit ei inde egrediendum propter persecutionem adversus Ecclesiam eiusque institutiones motam. In familiam reversa, suum auxit apostolatum pro pueris ac senibus, et veste induta Capuccinarum, in saeculo vitam egit singulariter austeram. Ministra Tertii Ordinis Franciscani fuit et anno 1852, blandis condicionibus uxoribus repudiatis, privatim vota suscepit paupertatis, castitatis atque oboedientiae. Interim cogitavit de nova religiosa familia instituenda, quae se praesertim iuvenum corruptarum recuperationi dederet et iuvenum educationi; sed, quamvis magni ubique duceretur, multum exspectare debuit priusquam auctoritatum ecclesiasticarum permissionem obtineret. Tandem, anno 1889, consentiente Archiepiscopo Domino Petro Loza y Pardavé, necnon novo eius moderatore spiritali, Patre Paschale Antonio Avelar, O. F. M., qui est Confundatur habitus, consilium suum ad effectum adducere iniit, ab ipso Archiepiscopo collapsa domo accepta, in qua Dei Serva, sancti plena fervoris, aediculam exstruxit Dominae Nostrae a Refugio dicatam, coenobium et sedem navitatum apostolicarum. Mense Augusto eius anni vitae communis initium fecit cum aliquibus sodalibus, a Patre Avelar officio accepto antistitae. Operi Deus benedixit et die 7 mensis Maii anno 1897 illud publice factum est Congregatio Sororum Franciscalium a Domina Nostra a Refugio. Conditrix cum sex sociis professionem fecit religiosam, nomine capto Sorore Maria Liberata a Sacro Corde Iesu. Insequenti mense sivit se primam esse antistitam generalem novi In-

stituti, quod cum peritia rexit et prudentia. Spiritu materno manuque firma diligenter suarum Sororum formationem curavit, quas verbo et exemplo fidelitatem vocationi docuit necnon vitae apostolicae studium atque vitae contemplativae.

Anno 1904, libere ac pacifice officio deposito antistitae generalis, ad oppidum *Zapopan* se contulit ubi, in solo quod ei frater dederat, ecclesiae exstruendae Sacri Cordis Iesu, coenobio et collegio pro puellulis pauperibus consuluit. Ibi alterum quoque Congregationis novitiatum aperuit, ut nonnullas exciperet iuvenes vitam consecratam petentes. Difficiles publicae condiciones eam induxerunt, anno 1914, ad operas intermittendas et ad Sororum communitatem dispergendam, quae ad locum suum anno 1919 redire potuerunt.

Dei Serva, iam aetate provecta, anno 1920 moderationem dimisit operum oppidi *Zapopan* et anno 1924 ad domum principem Guadalaiarensem rediit, ut ibi extremum sanctae longaeque vitae tempus ageret, omnino impensae in aedificationem Regni Dei et in effingenda in se ipsa Christi lineamenta. Namque, divinum secuta Magistrum, cum Deo ambulavit et sine intermissione in via perfectionis evangelicae progressa est, virtutes christianas cum ardore, perseverantia et gaudio spiritali exercendo. Fides, caritas atque spes eius vitam inde a pueritia illuminaveruut. Firmiter in Deum credidit, in eius verbum atque in eius providentiam. Assidue coniunctionem cum Domino coluit per sacram liturgiam, piam Missae participationem, diuturnam Sanctissimi altaris Sacramenti adorationem, deprecationem, veritatum aeternarum contemplationem. Sensibus cum filialibus venerata est Virginem Mariam, quam habuit primam Instituti sui antistitam, sub tutela positi Dominae Nostrae a Refugio. Inter Sanctos coluit imprimis Sanctum Ioseph et Sanctum Franciscum Asisinatem, cuius humilis et fidelis fuit discipula. Ob fidem Archiepiscopo Guadalaiarensi oboedivit et obsequenter consilia atque praecepta est secuta suorum spiritus magistrorum. Per apostolatum et Congregationem quam condiderat fidem in populo disseminavit, praecipue in ordinibus qui ea magis indigebant. Amore Domini infiammata, eius fecit voluntatem, peccatum vitavit, ad eius gloriam laboravit et cum gaudio vixit coram eo. Ut caelesti Sponso placeret magna cum caritate proximis servivit, uti bonus Samaritanus Evangelii (cf. *Lc* 10, 33-36) in pauperes se demittens, in infirmos, in infantiam egenam, in iuventutem viventem in intemperantia morali. Omnibus, quotquot obviam facta est, misericors Cor Iesu ostendit necnon Ecclesiae maternam sollicitudinem. Haec omnia cum

suavitate fecit, cum intellegentia et supernaturali prudentia. Spiritu Dei ducta, vias elegit ad suam sanctificationem aptiores; sapienter suam Congregationem gubernavit; sapiens fuit in consiliis dandis; utiliter lucem Evangelii et ignem caritatis in societatem tulit.

A se aliena fuit, Crucis Christi amica, fortis in difficultatibus, in incommodis patiens, in bonorum terrestrium usu temperans, iusta erga Deum, parentes, quibus affuit amanter usque ad mortem, et erga proximum; demissa fuit, pauper, casta, oboediens. Suis conspicuis dotibus humanis non est confisa neque hominibus, sed totam spem suam in Deo collocavit et in eius gratia. Aequo animo senectutis tulit infirmitates seque ad ultimum occursum cum Domino praeparavit, qui eam ad se vocavit die 20 mensis Martii anno 1926.

Fama sanctitatis, qua in vita enituit, post eius mortem duravit; quam ob rem Archiepiscopus Guadalaiarensis Causam iniit beatificationis et canonizationis et Inquisitionem dioecesanam celebravit super vita et virtutibus atque sanctitatis fama Servae Dei annis 1984-1986. Hic Processus a Congregatione de Causis Sanctorum probatus est decreto die 3 mensis Iulii anno 1987 promulgato. Positione apparata, inquisitum est ex norma an Mater Maria Liberata a Sacro Corde Iesu virtutes observasset heroum in modum. Die 28 mensis Martii anno 2000, felici cum exitu, actus est Consultorum Theologorum Processus Peculiaris et die 7 mensis Novembris eodem anno, Sessio Ordinaria habita est Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Iosepho Sebastiano Laboa, Archiepiscopo titulari Zaraïteno.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Liberatae a S. Corde Iesu (in saec.: Liberatae Orozco Santa Cruz), Fundatricis Congregationis Sororum Franciscanum a Domina Nostra a Refugio, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 18 Decembris A. D. 2000.

£8 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. ® S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 19 Aprilis 2001. — Cathedrali Ecclesiae Ambatensi, Exc.mum P.D. Germanum Pavón Puente, hactenus Episcopum Tulcanensem.

die 21 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Dumaguetensi Exc.mum P.D. Ioannem F. Du, hactenus Episcopum titularem Timicitanum et Auxiliarem archidioecesis Caebuanae.

— Cathedrali Ecclesiae Surigensi Exc.mum P.D. Antonieto D. Cabajog, hactenus Episcopum titularem Reperitanum et Auxiliarem archidioecesis Caebuanae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vadesitanae R.D. Villelmum V. Afable, hactenus Vicarium generalem archidioecesis Davaënsis, quem deputavit Episcopum Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 23 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Tibuensi, R.D. Camillum Ferdinandum Castrellón Pizano, hactenus Inspectorem Provincialem Societatis Sancti Francisci Salesii in Columbia.

die 24 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Clivi Zamorensis Exc.mum P.D. Augustinum Robertum Radrizzani, SDB, hactenus Episcopum Neuquenianum.

die 25 Aprilis 2001. — Metropolitanae Ecclesiae Montisclarensi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Gerardum Maiella de Castro, O. Praem., hactenus Episcopum Montisclarensem.

die 2 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Cratensi Exc.mum P.D. Ferdinandum Panico, M.S.C., hactenus Episcopum Oeirensem-Florianensem.

die 7 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Anneciensi R.D. Ivonem Boivineau, hactenus Vicarium episcopalem Lucionensem.

die S Maii. — Cathedrali Ecclesiae Arundeliensi-Brichtelmestunensi R.D. Queranum Thomam Conry e clero Birminghamiensi, hactenus parochum Sancti Augustini apud Stafford.

die 9 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Leodiensi R.D. Aloysium Jousten, hactenus Vicarium episcopalem eiusdem dioecesis.

die 10 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Campi vallensi, R.D. Lucam Cyr, e clero dioecesis Sancti Hieronymi Terraebonae, ibique Vicarium generalem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle lettere Credenziali:

Sabato, 28 Aprile 2001, S.E. il Signor **ABDUL AMIR AL ANBARI**, Ambasciatore dell'Iraq presso la Santa Sede.

Martedì 24 aprile 2001 si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

Da venerdì 4 a mercoledì 9 maggio 2001 il Santo Padre si è recato in pellegrinaggio giubilare ad Atene, Damasco e Malta.

Da lunedì 21 a giovedì 24 maggio 2001 il Santo Padre ha tenuto Concistoro straordinario.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

9 aprile 2001. S.E. mons. José Luis Redrado Marchite, *Segretario del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari « in aliud quinquennium ».*

» » » P. Felice Ruffini, M.I., *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari « usque ad 70um ».*

» » » S.E. mons. Francisco Gil Hellin, *Segretario del Pontificio Consiglio per la Famiglia «in aliud quinquennium».*

» » » S.E. mons. Stanislaw Rylko, *Segretario del Pontificio Consiglio per i Laici « in aliud quinquennium ».*

» » » S.E. mons. Jorge Enrique Jiménez Carvajal, Vescovo di Zipaquirá e Presidente del Consiglio episcopale Latino Americano, *Consigliere della Pontificia Commissione per l'America Latina « ad quinquennium ».*

NECROLOGIO

15 aprile 2001. Mons. Nicolas Okioh, Vescovo em. di Natitingou *(Benin).*

16 » » Mons. John R. McNamara, Vescovo tit. di Risinio.

» » » Mons. Emanuele Clarizio, Arcivescovo tit. di Anzio.

23 » » Mons. Donato De Bonis, Vescovo tit. di Castello di Numidia.

24 » » Mons. Judson N. Procyk, Arcivescovo di Pittsburgh dei Bizantini *(Stati Uniti d'America).*

An. et vol. XCIII 7 Iulii 2001 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio. **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano -** *Administratio;* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus Christophoro Magallanes et XXIV Sociis Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Christiani suppliciis affecti cotidie numero crescunt. In tanta eos statione posuit Deus, quam nefas est iis defugere » (Ex *Epist, ad Diognetum,* n. 6).

In Mexicana natione, saeculi xx primis triginta annis, liberalismo ac francomurariorum secta compulsae, civiles potestates, clericatui adversas tulerunt leges, ut Ecclesiam delerent eiusque instituta. Saeva insuper catholici persecutione sunt affecti, quibus strenui fuerunt animi et firmi fidem et cultus libertatem tuendi. Multi sacerdotes ac laici, licet magnorum periculorum essent conscii, sua in statione manserunt atque per martyrium suam vitam Deo fratribusque tradiderunt, summae caritatis cum fierent exemplaria.

Inter eos qui Christum in crucis via sunt persecuti, xxn dioecesani sacerdotes annumerantur, pastorali operae addicti itemque in laici qui apostolatui operam dabant.

Hi sunt sacerdotes:

1. Christophorus Magallanes. Ministerium gessit paroeciale in pago suo natali *Totatiche.* Manuballista die xxv mensis Maii anno MCMXXVII in loco *Colotlán* necatus est.

2. Augustinus Caloca. Vicarius fuit cooperator paroeciae *Totatiche* ipseque praefectus et professor illius loci Seminarii. Una cum Christophoro Magallanes in eodem loco *Colotlán* manuballista necatus est.

3. Iosephus Maria Robles. Ministerium apud paroecias oppidorum *Nochistlán* et *Tecolotlán* exercuit. Congregationem « Hermanas del Corazón de Jesús Sacramentado» condidit. Ad oppidum quod *Quila* vocatur die xxvi mensis Iunii anno MCMXXVII suspensus est.

4. David Gal van. Seminarii fuit professor deindeque vicarius paroeciae oppidi *Amatitlán.* Die xxx mensis Ianuarii anno MCMXV in valetudinario Guadalaiarensi manuballista necatus est.

5. Iustinus Orona. Nonnulla post obita officia, anno MCMVI parochus nominatus est oppidi *Cuquio.* Necatus est die i mensis Iulii anno MCMXXVIII in pago *Las Cruces.*

6. Atilanus Cruz. Vicarius coadiutor fuit oppidi *Cuquio.* Una cum Iustino Orona presbytero die i mensis Iulii anno MCMXXVIII necatus est.

7. Romanus Adame Rosales. Quaedam sustinuit ministeria ac tandem parochus loci *Nochistlán* destinatus est. Manuballista die xxi mensis Aprilis anno MCMXXVII in pagi *Yahualica* coemeterio necatus est.

8. Iulius Alvarez Mendoza. Parochi oppidi *Mechoacanejo* munus agebat, cum die xxx mensis Martii anno MCMXXVII in loco *San Julián* manuballista necatus est.

9. Petrus Esqueda. Vicarii cooperatoris sustinuit partes. In vincula coniectus ac tortus, die xxn mensis Novembris anno MCMXXVII in pago *Teocaltitán* manuballista necatus est.

10. Rodericus Aguilar, parochus pagi *Unión de Tula,* in vincula coniectus, arbori plateae pagi Ejutla die xxvin mensis Octobris anno MCMXXVII suspensus est.

11. Tranquillinus Ubiarco. In loco *Moyahua* vicarius fuit cooperator et exinde in pago *Tepatitlán* parochus substitutus. Die v mensis Octobris anno MCMXXVIII in illius pagi aditu arbori suspensus est.

12. Ianuarius Sánchez. Cappellanus fuit loci *Tamazulita.* Die xvn mensis Ianuarii anno MCMXXVII in vincula coniectus est, et eodem die in colle *La Loma,* qui apud oppidum *Tecolotlán* reperitur, suspensus.

13. Iosephus Isabel Flores. In quibusdam paroeciis ministerium exercuit, donec anno **MCM** ad pagum *Zaplotanejo* destinatus est, ubi usque ad mortem mansit, cum scilicet die xxi mensis Iunii anno MCMXXVII in coemeterio eiusdem pagi obtruncatus est.

14. Saba Reyes. In pago *Tototlán* ministerium exercuit. Captus ac post crudeles cruciatus die XIII mensis Aprilis anno MCMXXVII in coemeterio eiusdem pagi manuballista necatus est.

15. Turibius Romo. Sacerdotale munus in pago Tequila obiit. Martyr morte inibi die xxv mensis Februarii anno MCMXXVIII in officina occubuit.

16. Aloisius Batis, parochus, die xv mensis Augusti anno MCMXXVI in sua paroecia oppidi *Chalchihuites* manuballista necatus est.

17. Matthaeus Correa. Postquam variis in locis pastoralem operam praestiterat, ad oppidum *Valparaíso* parochus missus est. Captus est et die vi mensis Februarii anno MCMXXVII apud coemeterium loci *Durango* manuballista necatus est.

18. Petrus Maldonado, parochus nominatus est pagi *Santa Isabel.* Comprehensus et crudeliter tortus, in principe nosocomio urbis *Chihuahua* die xi mensis Februarii anno MCMXXVII propter plagas interiit.

19. Iesus Méndez, parochus in oppido *Valtierrilla* fuit, qui in eodem loco die v mensis Februarii anno MCMXXVIII manuballista necatus est.

20. David Uribe. Nonnulla egit ministeria pastoralia ac postea parochus loci *Iguala* factus est. Die XII mensis Aprilis anno MCMXXVII apud pagum *San José Vidal* interemptus est.

21. Margaritus Flores, parochus loci *Atenango del Río* factus, cum illuc pervenisset, captus est et die XII mensis Novembris anno MCMXXVII in oppido *Tulimán* manuballista necatus est.

22. Michael de la Mora. Cappellanus fuit Cathedralis Colimensis, dioecesanus moderator Fidei Propagandae ac spiritalis moderator collegii in urbe *La Paz.* Die VII mensis Augusti anno MCMXXVII in militum statione Colimensi manuballista necatus est.

In eadem religiosa persecutione complures etiam laici interempti sunt, inter quos tres iuvenes Actionis Catholicae numerantur, qui pastoralem pa-

roeciae operam agebant, quique die xv mensis Augusti anno MCMXXVI quieti et animosi martyrium una cum parocho Aloisio Batis, quem contra sicarios tueri conati sunt, subierunt. Hi sunt:

1. Emmanuel Morales, xxvin annos natus, laicus eximius fuit, qui multum ad religionis libertatem tuendam contulit.

2. Salvator Lara, xxi annos natus, secretarius fuit Nationalis Consociationis pro religionis libertate defendenda ac praeses Actionis Catholicae Mexicanae iuventutis.

3. David Roldan, xxiv annos natus, Actionis Catholicae Mexicanae praeses et alter a praeside Consociationis Nationalis pro religionis libertate defendenda, in paroecialem laborem explicandum sociatam suam operam contulit.

Beati hi, ex diversis dioecesibus Mexicanis oriundi, a sua inde morte veri fidei martyres habiti sunt. His peractis cunctis rebus, quas Congregatio de Causis Sanctorum praescribit, die xxn mensis Novembris anno MCMXCII eos Beatorum honore decoravimus.

Exinde ipsorum intercessioni miraculum adscriptum est, de quo apud Curiam Guadalaiarensem acta est inquisitio. Eventus felici cum exitu pervestigata est a Congregatione de Causis Sanctorum atque die xxvni mensis Iunii anno MCMXCIX Nobis coram Decretum super miro prodiit. Patrum Cardinalium Episcoporumque, in Consistorio die x mensis Martii anno **MM** coadunatorum, faventibus cognitis suffragiis, statuimus ut Canonizationis ritus Romae die xxi mensis Maii eiusdem anni celebraretur.


Hodie igitur in foro Petriano inter sacra haec protulimus verba: Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Christophorum Magallanes et viginti quattuor Socios, Iosephum Mariam de Yermo y Parres et Mariam a Iesu Sacramentato Venegas de la Torre Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime efficientibus rebus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo primo mensis Maii anno Domini bis millesimo, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 480.332

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LAETITIAE

In Columbia Praefectura Apostolica Laetitiae ad gradum Vicariatus Apostolici attollitur immutatis finibus et nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum in Praefectura Apostolica Laetitiae, intra fines Nationis Columbianae sita et dioecesi Sanctae Rosae de Osos concredita, catholica religio haud parva suscepisset incrementa, ut missionariis inibi studiose alacriterque operantibus meritum tribueretur testimonium laudis simulque eorum animi confirmarentur ad novos maioresque in dies exanclandos labores, visum est eandem Praefecturam Apostolicam ad gradum Vicariatus Apostolici esse evehendam. Nos igitur de totius Dominici gregis bono solliciti, audita rataque habita tali sententia a Venerabili Fratre Nostro Cardinale Praefecto

Congregationis pro Gentium Evangelizatione relata, summa, qua fungimur, potestate Praefecturam Apostolicam *Laetitiae* ad gradum Vicariatus Apostolici attollimus, immutatis finibus et nomine; quem quidem dioecesis Sanctae Rosae de Osos assiduis curis, uti adhuc, committimus. Haec omnia perducet ad exitum Venerabilis Frater Beniaminus Stella, Archiepiscopus titulo Midilensis et in Columbia Apostolicus Nuntius, cui iniungimus onus authenticum exemplar actus peractae exsecutionis ad memoratam Congregationem remittendi. Hanc denique Nostram Constitutionem iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo tertio mensis Octobris, anno Magni Iubilaei bis millesimo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 491.698

II

GUAPIENSIS

Praefectura Apostolica Guapiensis in Columbia ad gradum Vicariatus Apostolici attollitur immutatis finibus et nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Praefectura Apostolica Guapiensis in Columbia, Ordini Fratrum Minorum concredita, in religione catholica haud parva susceperit incrementa, ut iisdem patribus inibi adlaborantibus sollicitis meritum tribueretur testimonium laudis simulque eorum excitarentur animi ad novos maioresque suscipiendos labores, visum est eandem Praefecturam Apostolicam ad gradum Vicariatus Apostolici esse evehendam. Quapropter Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules, qui Congregationi pro Gen-

tium Evangelizatione sunt praepositi, omnibus mature perpensis habitisque faventibus votis quorum interest, deliberaverunt ut huiusmodi optatum acciperetur. Nos igitur, Qui gravissimum gerimus officium Supremi Pastoris Ecclesiae, audita rataque habita tali sententia, summa, qua fungimur, potestate Praefecturam Apostolicam *Guapiensem* ad gradum Vicariatus Apostolici attollimus, immutatis finibus et nomine, atque Ordinis Fratrum Minorum assiduis curis committimus. Ad haec perficienda deputamus Venerabilem Fratrem Beniaminum Stella, Archiepiscopum titulo Midilensem et in memorata Natione Apostolicum Nuntium, onere imposito authenticum exemplar actus peractae exsecutionis ad Congregationem, quam diximus, remittendi. Hanc denique Nostram Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo tertio mensis Ianuarii, anno Domini bis millesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOSEPHUS card. TOMKO
Congr pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 491 918

III

SANCTI THOMAE APOSTOLI CHICAGIENSIS SYRORUM-MALABARENSIUM

In Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis nova Eparchia conditur nomine Sancti Thomae Apostoli Chicagiensis Syrorum-Malabarensium.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus, cuius est praesertim sub lumine doctrinae Concilii Oecumenici Vaticani II consulere quoque communitatibus Christifidelium Orientalium per orbem terrarum versantium, sollicita de spirituali salute atque maiore unitate regiminis fidelium Ecclesiae Syrorum-

Malabarensium, qui decursu temporum varias ob vicissitudines, propriis regionibus relictis, se contulerunt ad hospitales terras Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis, praehahito consilio Venerabilis Praesulis Varkey Vithayathil, C.SS.R., Archiepiscopi Maioris Ernakulamensis-Angamaliensis Syrorum-Malabarensium atque omnibus mature perpensis, censuit ut pro memoratis fidelibus nova Eparchia constitueretur. Nos igitur qui ut beati Petri Successores diligentissimam curam gerimus de universo grege Dominico, ratam habentes talem sententiam a Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus in Audientia hodie ad Nos relatam, summa Apostolica potestate condimus Eparchiam *Sancti Thomae Apostoli Chicagiensis Syrorum-Malabarensium* pro fidelibus eiusdem ritus in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis commorantibus, cunctis tributis propriis iuribus atque obligationibus. Quae quidem ceteraque secundum normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium temperentur. Insuper de eodem absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad Congregationem, quam diximus, mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo sexto mensis Februarii, anno Domini bis millesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

83 IGNATIUS MOUSSA card. DAOUD
Congr. pro Eccl. Oriental. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 494.446

IV

BAFATANAE

In Guinea Bissaviensi nova conditur dioecesis Bafatana.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum ad fovendam aeternam salutem gregis Dominici in Guinea Bissaviensi eiusque regimini facilius et efficacius consulendum petitum esset nuper ut in eadem Natione nova constitueretur dioecesis, Venerabiles Fratres

Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules, qui Congregationi pro Gentium Evangelizatione sunt praepositi, omnibus mature perpensis habitoque pariter faventi voto Venerabilis Fratris Ioannis Pauli Gobel, Archiepiscopi titulo Calatini in Campania atque in Guinea Bissaviensi Apostolici Nuntii, admotam postulationem censuerunt esse accipiendam. Nos igitur, Qui gravissimo fungimur munere supremi Pastoris universae catholicae Ecclesiae, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. A Bissagensi dioecesi separamus territorium districtuum civilium, qui patrio sermone nuncupantur Baiata, Gabù, Quinara, Tombali et Isola di Bolama; ex eoque novam constituimus dioecesim *Bafatanam,* quam immediate subiectam Sanctae Sedi volumus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Praeterea iubemus Episcopi sedem poni in urbe Baiata atque paroeciale templum ibidem exstans, Deo in honorem Virginis Mariae titulo « Nossa Senhora da Graça » dicatum, ad dignitatem Cathedralis ecclesiae evehimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum Venerabilis Frater Ioannes Paulus Gobel, quem diximus, quique, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittenda. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo tertio mensis Martii, anno Domini bismillesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco ffl Plumbi
In Secret. Status tab., n.. 494.373

V

MARADIENSIS

In Republica Nigritana nova conditur dioecesis Maradiensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Summa diligentia totum dominicum gregem pascere nitentes, studiose adlaboramus ut Christi Evangelium ubique terrarum nuntietur rectaque ratione explanetur. Nunc vero de Christifidelibus deque cunctis hominibus bonae voluntatis in Republica Nigritana degentibus cogitamus atque res disponere properamus ut salutiferae ibi veritatis praedicatio facilius commodiusque eveniat. Accepta igitur sententia Congregationis pro Gentium Evangelizatione, a dioecesi Niameyensi territorium districtuum civilium, vulgo « Maradi », « Tahoua », « Agadès », « Bilma », « Diffa » et « Zinder » abstrahimus novamque dioecesim constituimus *Maradiensem* appellandam. Novae ecclesialis communitatis sedem in urbe vulgo dicta « Maradi » locamus templumque ibidem exstans sub titulo « Notre Dame de Lourdes » ad gradum evehimus ecclesiae Cathedralis, cunctis consentaneis concessis iuribus et privilegiis. Dioecesim Maradiensem Sanctae Sedi immediate subiectam efficimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione obnoxiam. Cetera cuncta ad Iuris Canonici normas exsolvantur. Ad haec tandem explenda quae per has Litteras iussimus, Venerabilem Fratrem Marium Zenari, Archiepiscopum titulo Iuliensem atque in Republica Nigritana Apostolicum Nuntium, legamus. Re denique ad exitum perducta, documenta apparentur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione diligenter mittantur, contrariis rebus minime obsistentibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tertio decimo mensis Martii, anno Domini bismillesimo primo, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

SB ANGELUS card. **SODANO**
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. **SEPE**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco & Plumbi
In Secret. Status tab., n 494.374

VI

MONTISCLARENSIS

Provincia ecclesiastica Montisclarensis conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maiori Christifidelium suorum spiritali commodo in primis satisfacere studentes, Venerabiles Fratres sacrorum Antistites Brasiliae ab hac Apostolica petiverunt Sede, et unanimi quidem mentium consensione, ut distractis quibusdam regionibus Provinciarum ecclesiasticarum Brasiliapolitanae necnon Adamantinae nova ibidem excitaretur ecclesiastica Provincia Montisclarensis in posterum nominanda. Acceptis itaque propensis et secundis sententiis eorum omnium quorum intererat, de consilio ipsius Congregationis pro Episcopis preces ita Nobis admotas excipere festinamus eaque decernimus quae hominum saluti aeternae certissime profutura arbitramur. Montisclarensem sedem episcopalem a Metropolitico iure Ecclesiae Adamantinae seiungimus ad fastigiumque Archiepiscopalis Metropolitanae Ecclesiae evehimus, concessis simul ipsi iuribus ac privilegiis cunctis quibus reliquae metropolitanae sedes ad iuris regulas fruuntur. Novam hinc conformamus Provinciam ecclesiasticam *Montisclarensem* quam constare volumus e Metropolitana Ecclesia eiusdem nominis tum etiam et dioecesibus Paracatuensi, quae pars hactenus fuit Provinciae Ecclesiasticae Brasiliapolitanae, tum etiam Ianaubensi ac Ianuariensi, quae adhuc ad Provinciam pertinuerunt Ecclesiasticam Adamantinam. Montisclarensem pro tempore Antistitem dignitate archiepiscopali et gradu Metropolitae augemus iuribusque instruimus ac privilegiis quibus catholicum per orbem Metropolitae ex canonum normis utuntur, sed et oneribus et officiis obstringimus quibus iidem similiter tenentur. Memoratae sedis Montisclarensis actu agentem Episcopum Venerabilem Fratrem Gerardum Maiella de Castro, O. Praem. ad dignitatem archiepiscopalem promovemus ornamusque iuribus quibus Metropolitae ornantur at obligationibus aequabiliter deligamus quibus ceteri subduntur Metropolitam Praesules. Ad haec penitus exsequenda Venerabilem destinamus Fratrem Alfium Rapisarda, Archiepiscopum titulo Cannensem atque in Brasilia Apostolicum Nuntium, cui necessarias omnes et opportunas tribui-

mus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemvis virum in ecclesiastica dignitate constitutum, officio addito ad Congregationem pro Episcopis mittendi, cum primum fieri potuerit, germanum exemplum actus ipsius peractae exsecutionis. Has denique Litteras Nostras tam in praesens valere tempus volumus quam in omne venturum, quibuslibet rebus causisve haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quinto mensis Aprilis, anno Domini bis millesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

£8 ANGELUS card. SODANO — *Secretarius Status*

IOANNES B. card. RE — *Congr. pro Episcopis Praef.*

^

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 494.736

LITTERAE APOSTOLICAE

Venerabili Dei Servo Thomae Reggio Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Omnino sanctus fieri volo, duo certa meae vitae capita tenens, precationem scilicet et ascesim ».

8. Un pensiero particolare intendo rivolgere, poi, a quanti operano perché l'Armenia si rialzi dalla sofferenza di tanti anni di regime totalitario. Il popolo aspetta segni concreti di speranza e di solidarietà, e sono certo che il ricordo grato delle proprie origini cristiane è per ogni Armeno motivo di consolazione e di sprone. Confido che la memoria viva dei prodigi compiuti da Dio tra di voi, carissimi fedeli armeni, vi aiuti a riscoprire in pienezza la dignità dell'uomo, di ogni uomo, di qualsiasi condizione, e vi spinga a poggiare su basi spirituali e morali la ricostruzione del Paese.

Formulo fervidi voti affinché i fedeli continuino con coraggio il loro impegno e i loro già notevoli sforzi, così che l'Armenia di domani rifiorisca nei valori umani e cristiani della giustizia, della solidarietà, dell'uguaglianza, del rispetto, dell'onestà, dell'ospitalità, che sono alla base dell'umana convivenza. Se ciò avverrà, il Giubileo del popolo armeno avrà portato appieno il suo frutto.

Sono certo che la ricorrenza diciassette volte centenaria del Battesimo della vostra amata Nazione sarà un momento significativo e singolare per continuare con vigore il cammino del dialogo ecumenico. I già cordiali rapporti tra la Chiesa Apostolica Armena e la Chiesa Cattolica hanno avuto, negli ultimi decenni, un decisivo impulso anche attraverso gli incontri con il Papa delle più alte Autorità di quella Chiesa. Come dimenticare, in questo contesto, le memorabili visite al Vescovo e alla comunità cristiana di Roma di Sua Santità Vazken I nel 1970, dell'indimenticabile Karekin I nel 1996 e nel 1999, e quella recente di Karekin II ? La consegna, poi, a Sua Santità Karekin II, alla presenza del Patriarca armeno-cattolico, della reliquia del Padre dell'Armenia cristiana, che io stesso ho avuto la gioia di compiere recentemente per la nuova cattedrale di Yerevan, costituisce una

ulteriore conferma del profondo vincolo che unisce la Chiesa di Roma a tutti i figli di san Gregorio l'Illuminatore.

È un cammino che deve continuare con fiducia e con coraggio, affinché tutti possiamo essere sempre più fedeli al comando di Cristo: ut unum sint! In questa prospettiva, la Chiesa armeno-cattolica deve offrire il suo decisivo contributo attraverso « la preghiera, l'esempio della vita, la scrupolosa fedeltà alle antiche tradizioni orientali, la mutua e più profonda conoscenza, la collaborazione e la fraterna stima delle cose e degli animi ».[8]

Con gli Armeni e per gli Armeni presiederò tra non molti giorni una solenne Eucaristia di lode per ringraziare Dio del dono della fede da loro ricevuta, pregando affinché il Signore « ricongiunga in unità tutti i popoli nella sua santa Chiesa, sorta sul fondamento degli Apostoli e dei Profeti, e la conservi immacolata fino al giorno del suo ritorno ».[9] In quella celebrazione saranno presenti all'unica Mensa del Pane di vita i Fratelli e le Sorelle che già vivono la comunione piena con la Sede di Pietro e arricchiscono in tal modo la Chiesa Cattolica del proprio apporto insostituibile. Ma è mio vivo auspicio che quella sacra Azione di grazie abbracci idealmente tutti gli Armeni, dovunque si trovino, per esprimere con un'unica voce la riconoscenza di ognuno a Dio per il dono della fede, nel bacio santo della pace.

9. Il mio pensiero si rivolge alla « Madre della Luce, Maria, la Vergine santa che ha generato secondo la carne la Luce che procede dal Padre, ed è diventata l'aurora del Sole di giustizia».[10] Venerata con profondo affetto con il titolo di Astvazazin (Madre di Dio), ella si trova presente in tutti i momenti della travagliata storia di quel popolo. Sono soprattutto i testi liturgici e omiletici a spalancare i tesori della devozione mariana che, lungo i secoli, ha scandito l'attaccamento filiale degli Armeni verso l'Ancella del grande mistero della salvezza. Oltre a farne memoria quotidiana nella Divina Liturgia e in tutte le ore dell'Ufficio divino, la preghiera della Chiesa prevede feste lungo l'anno che ne ricordano la vita e i misteri salienti. A lei i fedeli si rivolgono con fiducia, per sollecitarla ad intercedere presso il Figlio: « Tempio della Luce priva di ombre, talamo ineffabile del Verbo, tu, che distruggesti la triste maledizione della madre Eva, implora dal tuo Figlio Unigenito, che ci ha riconciliati col Padre, perché tolga da noi ogni tur-

[8] Conc Ecum. Vat II, Decr sulle Chiese orientali ***Orientalium Ecclesiarum,*** 24.

[9] Antico « ***Cantico per tutte le feste di Santa Maria Vergine*** », in ***Laudes et hymni ad SS. Mariae Virginis honorem ex Armeniorum Breviario excerpta,*** Venezia 1877, XVII, p, 118.

[10] Catholicos Isacco III, ***Inno per la festa della santa Croce,*** in ***Laudes et hymni ad SS. Mariae Virginis honorem ex Armeniorum Breviario excerpta,*** Venezia 1877, XIII, pp. 88-89

bamento e conceda la pace alle anime nostre ».[11] Vergine del Soccorso, Maria è venerata come la Regina dell'Armenia.

Fulgida gloria, nella schiera dei Santi armeni cantori della Madre di Dio, è senza dubbio san Gregorio di Narek, il grande Vardapet (Dottore) mariano della Chiesa Armena, che anch'io ho voluto ricordare nell'Enciclica *Redemptoris Mater.*[12] Egli saluta la Santa Vergine come «Sede prescelta della volontà della Divinità increata ».[13] Con le sue parole, si elevi la supplica della Chiesa in festa, affinché questo Giubileo del Battesimo dell'Armenia sia motivo di rinascita e di gioia:

« Accogli il canto di benedizione delle nostre labbra
e degnati di concedere a questa Chiesa
i doni e le grazie di Sion e di Betlemme,
perché possiamo essere degni di partecipare alla salvezza
nel giorno della grande manifestazione
della gloria indistruttibile
dell'immortale Salvatore e Figlio tuo, l'Unigenito ».[14]

Sull'intero popolo armeno e sulle sue prossime celebrazioni, invoco la pienezza delle divine benedizioni, facendo mia l'espressione dello storico Agatangelo: « Essi, rivolgendo queste parole al Creatore, dicano: "Signore Dio nostro tu sei", ed egli dica loro: "Mio popolo siete voi" »,[15] a gloria della Santissima Trinità, Padre, Figlio e Spirito Santo. Amen.

Dal Vaticano, 2 Febbraio 2001.

IOANNES PAULUS PP. II

[11] S. Nerses Shnorhali, ***Inno in onore di s. Maria Vergine,*** In tempo di Quaresima, in ***Laudes et hymni ad SS. Mariae Virginis honorem ex Armeniorum Breviario excerpta,*** Venezia 1877, IX, p 81.

[12] Cfr n. 31: ***AAS*** 79 (1987), 404.

[13] ***Discorso panegirico alla B V Maria,*** Venezia 1904, p.. 16; p. 24.

[14] ***Ibid.***

[15] ***Storia,*** 2, Venezia 1843, p. 200,

II

Die Paschatis missus.*

1. «In Cristo risorto tutta la vita risorge».[1] L'annuncio pasquale raggiunga tutti i popoli della terra e ogni persona di buona volontà si senta protagonista in questo giorno fatto dal Signore, giorno della sua Pasqua, nel quale la Chiesa, con gioiosa emozione, proclama che il Signore è veramente risorto.

Questo grido, sgorgato dal cuore dei discepoli nel primo giorno dopo il sabato, ha attraversato i secoli e ora, in questo preciso momento della storia, torna a rincuorare le speranze dell'umanità con l'immutata certezza della risurrezione di Cristo, Redentore dell'uomo.

2. « In Cristo risorto tutta la vita risorge ». Lo stupore incredulo degli apostoli e delle donne, accorsi al sepolcro al levar del sole, oggi si fa corale esperienza dell'intero Popolo di Dio. Mentre il nuovo millennio muove i primi passi, noi desideriamo affidare alle giovani generazioni la certezza fondamentale della nostra esistenza: Cristo è risorto e in Lui tutta la vita risorge.

« Gloria a Te, Cristo Gesù, oggi e sempre tu regnerai ».

Torna alla memoria questo canto di fede, che tante volte, nel corso del recente cammino giubilare, abbiamo ripetuto osannando a Colui che è « l'Alfa e l'Omega, il Primo e l'Ultimo, il principio e la fine ».[2]

A Lui resta fedele la Chiesa pellegrina « fra le persecuzioni del mondo e le consolazioni di Dio » (s. Agostino).

_ A Lui essa guarda e non teme. Cammina fissando il suo volto, e ripete agli uomini del nostro tempo, che Egli, il Risorto, è « lo stesso ieri, oggi e sempre ».[3]

3. In quel drammatico venerdì di Passione, che vide il Figlio dell'uomo farsi « obbediente fino alla morte e alla morte di croce »,[4] si chiudeva la terrena vicenda del Redentore. Ormai morto, Egli venne deposto in fretta nel sepolcro, al tramonto del sole. Singolare tramonto! Quell'ora oscurata dalle tenebre incombenti segnava la fine del «primo atto» della creazione, sconvolta dal peccato. Sembrava il successo della morte, il trionfo del male.

* Die 12 Aprilis 2001

[1] ***Prefazio pasquale*** II

[2] ***Ap*** 22, 13.

[3] ***Eb*** 13, 8.

[4] ***FU*** 2, 8..

Invece, nell'ora del gelido silenzio della tomba, s'avviava a pieno compimento il disegno salvifico, prendeva inizio la « nuova creazione ».

Reso obbediente dall'amore sino all'estremo sacrificio, Gesù Cristo è ora « esaltato » da Dio che « gli ha dato il nome che è sopra ogni altro nome ».[5]

In questo nome riprende speranza ogni umana esistenza. In questo nome l'essere umano è sottratto al potere del peccato e della morte e restituito alla Vita e all'Amore.

4. Quest'oggi il cielo e la terra cantano « il nome » ineffabile e sublime del Crocifisso risorto.

Tutto appare come prima, ma in realtà nulla è più come prima. Egli, Vita che non muore, ha redento e riaperto alla speranza ogni umana esistenza. « Le cose vecchie sono passate, ecco, ne sono nate di nuove ».[6]

Ogni progetto e disegno dell'essere umano, di questa nobile e fragile creatura, ha oggi un « nome » nuovo in Cristo risorto dai morti, perché « in Lui tutta la vita risorge ».

Si realizza appieno in questa nuova creazione la parola della Genesi: « E Dio disse: "Facciamo l'uomo a nostra immagine, a nostra somiglianza" ».[7]

Nella Pasqua Cristo, nuovo Adamo divenuto « spirito datore di vita »,[8] riscatta il vecchio Adamo dalla sconfitta della morte.

5. Uomini e donne del terzo millennio, per tutti è il dono pasquale della luce, che fuga le tenebre della paura e della tristezza; per tutti è il dono della pace di Cristo risorto, che spezza le catene della violenza e dell'odio.

Riscoprite quest'oggi con gioia e stupore che il mondo non è più schiavo di eventi ineluttabili.

Questo nostro mondo può cambiare: la pace è possibile anche là dove da troppo tempo si combatte e si muore, come in Terra Santa e Gerusalemme; è possibile nei Balcani, non più condannati ad una preoccupante incertezza che rischia di vanificare ogni proposta d'intesa. E tu, Africa, terra martoriata da conflitti in agguato costante, leva fiduciosa la testa confidando nella potenza di Cristo risorto.

Grazie al suo aiuto tu pure, Asia, culla di secolari tradizioni spirituali, puoi vincere la scommessa della tolleranza e della solidarietà. E tu, America Latina, serbatoio di giovani promesse, solo in Cristo troverai capacità e coraggio per uno sviluppo rispettoso d'ogni essere umano.

[5] ***FU*** 2, 9,.

[6] ***2 Cor*** 5, 17,.

[7] ***Gn*** 1, 26,

[8] ***1 Cor*** 15, 45,

Voi, uomini e donne d'ogni continente, attingete alla sua tomba ormai vuota per sempre il vigore necessario per sconfiggere le forze del male e della morte, e porre ogni ricerca e progresso tecnico e sociale al servizio di un futuro migliore per tutti.

6. «In Cristo risorto tutta la vita risorge». Da quando la tua tomba, o Cristo, fu trovata vuota e Cefa, i discepoli, le donne e «più di cinquecento fratelli »[9] ti videro risorto, è iniziato il tempo in cui l'intera creazione canta il tuo nome « che è sopra ogni altro nome », ed attende il tuo ritorno definitivo, nella gloria.

In questo tempo, tra la Pasqua e l'avvento del tuo Regno senza fine, tempo che rassomiglia al travaglio di un parto,[10] sostienici nell'impegno di costruire un mondo più umano, rinfrancato dal balsamo del tuo amore.

Vittima pasquale offerta per la salvezza del mondo, fa' che non venga meno questo nostro impegno, anche quando la stanchezza appesantisce i nostri passi. Tu, Re vittorioso, dona a noi e al mondo l'eterna salvezza!

[9] *1 Cor* **15, 6**

[10] Cfr *Rm* 8, 22.

SECRETARIA STATUS

Mutuae Notae inter Sanctam Sedem et Rempublicam Italicam quae constituunt conventionem technicam explicativam et exsecutivam quarti commatis art. 29 normarum de disciplina materiae de qua in art. 7 n. 6 Pactionis emendativae Concordati Lateranensis diei XVIII Februarii MCMLXXXIV, quae probatae sunt ex art. 1 Protocolli subsignati Romae die XV mensis Novembris eiusdem anni inter Sanctam Sedem et Rempublicam Italicam.

(Viguit a die XIV Decembris MM)

NOTA VERBALE

N. 8807/00/RS

La Segreteria di Stato - Sezione per i Rapporti con gli Stati - porge distinti ossequi all'Ecc.ma Ambasciata d'Italia ed ha l'onore di far riferimento alla disposizione del comma quarto dell'art. 29 del Protocollo, firmato a Roma il 15 novembre 1984, che approva le norme previste dall'art. 7, n. 6 dell'Accordo con Protocollo addizionale, firmato a Roma il 18 febbraio 1984 tra la Repubblica Italiana e la Santa Sede.

Al riguardo, considerate le difficoltà di interpretazione che si sono riscontrate nel corso dell'applicazione della suddetta disposizione, come segnalato, tra l'altro, dalla Commissione Paritetica nominata dal Governo Italiano e dalla Conferenza Episcopale Italiana ai sensi dell'art. 49 della legge 20 maggio 1985, n. 222, la Segreteria di Stato propone che, a far data dal presente Scambio di Note, la facoltà dei Vescovi diocesani di emettere i provvedimenti di cui al medesimo comma quarto dell'art. 29 debba intendersi, anche alla luce delle intenzioni delle Parti, limitata al 31 dicembre 1989.

La Segreteria di Stato, mentre rimane in attesa di un cortese riscontro, si avvale della circostanza per rinnovare all'Ecc.ma Ambasciata d'Italia i sensi della sua più alta e distinta considerazione.

Dal Vaticano, 13 novembre 2000.

NOTA VERBALE

N. 4449

L'Ambasciata d'Italia presenta i suoi complimenti all'Eccellentissima Segreteria di Stato e ha l'onore di riscontrare la Nota Verbale n. 8807/00/RS del 13 novembre 2000, con cui si fa riferimento alla disposizione del comma IV dell'art. 29 del Protocollo, firmato a Roma il 15 novembre 1984, che approva le norme previste dall'art. 7, n. 6 dell'Accordo con Protocollo addizionale, firmato a Roma il 18 febbraio 1984 tra la Repubblica Italiana e la Santa Sede.

Al riguardo la Segreteria di Stato, considerate le difficoltà di interpretazione che si sono riscontrate nel corso dell'applicazione della suddetta disposizione come segnalato, tra l'altro, dalla Commissione Paritetica nominata dal Governo italiano e dalla Conferenza Episcopale Italiana ai sensi dell'art. 49 della legge 20 maggio 1985, n. 222, propone che, a far data dal presente scambio di Note, la facoltà dei Vescovi diocesani di emettere i provvedimenti di cui al medesimo comma IV dell'art. 29 debba intendersi, anche alla luce delle intenzioni delle Parti, limitata al 31 dicembre 1989.

A tale riguardo, su istruzioni del Ministero degli Affari Esteri, l'Ambasciata d'Italia ha l'onore di esprimere l'accordo del Governo Italiano in merito alla suddetta proposta formulata dalla Segreteria di Stato.

L'Ambasciata d'Italia si avvale dell'occasione per rinnovare all'Eccellentissima Segreteria di Stato i sensi della sua più alta considerazione.

Roma, 14 dicembre 2000.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

RESPONSUM AD PROPOSITUM DUBIUM

de validitate baptismatis

D. Utrum baptismus collatus apud communitatem « *The Church of Jesus Christ of Latter-day Saints* », vulgo dictam « *Mormons* », validus sit.

R. *Negative.*

Summus Pontifex Ioannes Paulus II, in audientia concessa infrascripto Cardinali Prcefecto, praesens « Responsum », decisum in Sessione Ordinaria huius Congregationis, approbavit et publici iuris fieri iussit.

Ex aedibus Congregationis pro Doctrina Fidei, die 5 iunii 2001.

83 IOSEPHUS card. **RATZINGER,** *Praefectus*

83 Tharsicius Bertone SDB
archiep. em. Vercellensis, a *Secretis*

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

ILLERDENSIS

Beatificationis seu Declarationis martyrii Servi Dei Francisci de Paula Castellò y Aleu Christifidelis laici (1914-1936)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

« Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici et sedi cum Patre meo in throno eius » *(Ap* 3, 31).

Iesu Christi amor et spes fore ut cum Eo esset in aeterna habitatione, vitam atque mortem illustraverunt iuvenis Francisci de Paula Castellò y Aleu, qui Spiritus Sancti virtute usque in finem percucurrit viam crucis atque sanguinem effudit ad fidem testificandam, ita Dei et Ecclesiae inimicos vincens.

Lucenti in lucem editus est die 19 mensis Aprilis anno 1914 a Iosepho Castellò Salué et Teresia Aleu Andreu, legitimis coniugibus Cataloniae oriundis. Die 1 mensis Maii baptismum accepit, biennio post Confirmationem. Eodem ortus anno orbatus est patre; quocirca eius humanae christianaeque educationi mater consuluit (mortua anno 1929), pia et docta mulier, quae ludimagistra erat.

Inde a pueritia Servus Dei vivacem ostendit intellegentiam atque nisus est indolem continere, fortem et vehementem. Illerdae, quo commigraverat cum familia patre mortuo, discipulus fuit Instituti Fratrum Maristarum a Scholis. Baccalaureatum adeptus, institutum chemicum Societatis Iesu frequentavit loci *Sarria* (in urbe Barcinonensi siti), ubi amicitiam iniit cum P. Romano Galán, S.I., qui factus est eius moderator spiritus. Gratiae Dei parens, suam christianam formationem excoluit et perfecit, magno cum fructu Exercitationes spirituales obeundo. Incremento Regni Christi operam dedit tamquam socius Congregationis Marianae. Sacrificii spiritu atque salutis animarum studio suum explicavit apostolatum in vico suburbano durante studiorum cursu Barcinonensi et postea diutius in sua urbe Illerdensi uti membrum Consociationis Iuvenum Christianorum Cataloniensium et Operis Exercitiorum Paroecialium.

Apud Studiorum Universitatem Ovetensem studiis peractis (anno 1934) comparatione dimissionis a schola, opus fecit in officina Illerdensi atque in institutionem etiam incubuit, sicut "adiutor succedaneus gratuitus" in Instituto publico. In loco laboris exemplo fuit ob christianas virtutes et apostolicum ardorem; in pauperes liberalis fuit et ad progressum culturalem et socialem gregalium alacer. Baptismalibus officiis fidelis, contendit in societate aetatis suae evangelii ferre fermentum sanctitate vitae suae, exercitationum spiritualium provectu, catechesi, operibus caritatis, culturae et scriptorum catholicorum praelo editorum propagatione. Lux interior in eius vultu et operibus fulgebat; eius namque actiones soliditatem fidei, spei laetitiam, amoris fervorem erga Dominum et proximos patefaciebant itemque cordis eius integritatem. Animam liturgia aluit, precatione, pietate in Eucharistiam et in Virginem Mariam. Familiam exoptabat sibi constituere; quapropter Maio mense anno 1936 puellam sibi despondit; sed aliud iter ei Providentia praeparaverat.

Die 1 mensis Iulii eodem anno militiam capessivit et etiam in illo ambitu fidem suam non obtexit, sed aperte religionis catholicae, cum laesa est, observationem exegit.

Bello civili exorto in Hispania Servus Dei iis, qui praeerant oboedivit, inimicorum odium sibi conflans, et cum hi pre valuerunt, die 21 mensis Iulii anno 1936 eum comprehenderunt, accusatum quod esset «fascista» et catholicus. Prior accusatio evidenter falsa erat, siquidem Franciscus nullius partis erat; altera, contra, solido innitebatur fundamento, cum omnibus eius fides et apostolatus cura notae essent. Plures sunt capti conatus ut ei vita servaretur, sed omnes frustra fuerunt; immo quidam illi consanguinitate coniunctus ei suasit ut a fide catholica deficeret, aut saltem eam dissimularet; quae sententia fortiter est a Servo Dei reiecta, qui in carcere quoque veluti lux splendens in tenebris esse perrexit; etenim in precatione se mersit ac pro sociis nisus est, humillima pro eis exsequens ministeria eosque verbis fidei, Rosarii recitatione variisque cantibus religiosis confirmans.

Die 12 mensis Septembris eodem anno ad carcerem provincialem Illerdensem traductus est. Die 29 mensis Septembris, coram tribunali populari ductus, cum tranquillitate et firmitudine fidem suam denuntiavit, felicem se dicens quod vitam suam pro Deo devovebat. Capite damnatus, affirmavit: « Maxima beatidudo, qua homo frui possit in hoc mundo, est pro Christo mori; et si mille vitas haberem, has pro hac profunderem Causa ne paulisper quidem haesitans ». Ad familiares scripsit: « Mortem oppeto laetanter

et aequo animo », ac desponsae suae patefecit gaudio necopinato, effrenato et inexplicabili se esse affectum. Suis persecutoribus ignovit et iis, quotquot nullam dederant operam ipsius liberationi consequendae. Ad supplicium procedens Credo cecinit ceterosque capitis damnatos adhortabatur. Antequam est plumbea glande transfossus clamavit verba veniae et spei. Ita viginti duos annos natus Servus Dei supremum dedit caritatis testimonium, die 29 mensis Septembris anno 1936.

Statim eum fidei martyrem populus Dei habuit. Eiusmodi fama volventibus annis firmata est; quocirca Episcopus Illerdensis anno 1959 Causam iniit beatificationis seu declarationis martyrii per celebrationem Processus Ordinarii Informativi, qui est anno 1971 conclusus. Processus auctoritas et vis agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 28 mensis Octobris anni 1991 promulgato. Confecta Positione, inquisitum est iuxta normas de asserto Servi Dei martyrio. Die 10 mensis Novembris anno 2000, exitu cum prospero, actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales porro atque Episcopi, in Sessione Ordinaria die 12 mensis Decembris eodem anno habita, audita relatione Causae Ponentis, Excellentissimi Domini Petri Georgii Silvani Nesti, C.P., Archiepiscopi emeriti Camerinensis-Sancti Severini in Piceno, professi sunt iuvenem Franciscum de Paula Castellò y Aleu in odium fidei interfectum esse.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servi Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis ad Se hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Francisci de Paula Castellò y Aleu, Christifidelis laici, anno 1936 interfecti, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

SB IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. S S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PERUSINA seu TRECENSIS

Canonizationis Beatae Franeiscae Salesiae (in saec.: Leoniae Aviat) fundatricis Congregationis Sororum Oblatarum S. Francisci Salesii (1844-1914)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beata Francisca Salesia (in saeculo: Leonia Aviat) in Gallia nata est Sezannae die 16 mensis Septembris anno 1844.

In monasterio Trecensi Ordinis Visitationis educata, ibi vocationem religiosam ad exitum adduxit. Puellis operariis assiduitati praebendae, adiuvante P. Aloisio Brisson, Trecis Congregationem Sororum Oblatarum Sancti Francisci Salesii, cuius sapiens fuit Antistita generalis, condidit. Sublatis in Gallia Congregationibus Religiosis, cum Instituto suo Perusiam commigravit, ubi die 10 mensis Ianuarii anno 1914 de vita decessit, fama sanctitatis clara.

Summus Pontifex Ioannes Paulus II eam die 27 mensis Septembris anno 1992 in Beatorum numerum rettulit.

Canonizationis respectu, Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum assertam miram sanationem permisit patratam Philadelphiae in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis anno 1992. Casus pertinet ad Bernardillam McKenzie quae, undecim annorum, ostendere incepit fortem dolorem in regione lumbari-sacrali. Cum lymphoma intraspinale apparuisset, primae sectioni chirurgicae subiecta est, quam secutum est temporis spatium commodae valetudinis, sed aliquot post mensibus, nova exorta est et impensa symptomatologia acerba, quae artus quoque inferiores afficiebat; quapropter puellula alteri est supposita sectioni. Attamen condicio non est melior facta. Post nonnullos menses tertiam subiit sectionem, quae non multum profuit.

Inefficacia animadversa remediorum humanorum, divinum auxilium invocatum est per intercessionem Beatae Franeiscae Salesiae.

Paucis post diebus aegrota inopinata notabilique salubri mutatione est affecta symptomatologiae gravis et subsequentes inspectiones in norma evaserunt.

Casus consideratus est anno 1994 in dioecesi Philadelphiensi per Inquisitionem dioecesanam, quae est a Congregatione de Causis Sanctorum probata, decreto die 24 mensis Martii anno 1995 promulgato.

Collegium Medicorum Dicasterii, in Sessione die 17 mensis Februarii anno 2000 habita, una voce edixit sanationem celerrimam fuisse, completam, stabilem et secundum scientiam inexplicabilem. Die 23 mensis Iunii eodem anno actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris et die 5 mensis Decembris subsequentis Sessio est facta Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Eminentissimo Cardinali Henrico Schwery.

Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Cardinali Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beatae Franeiscae Salesiae (in saec.: Leoniae Aviat), Fundatricis Congregationis Sororum Oblatarum S. Francisci Salesii, videlicet de celérrima, completa ac stabili sanatione puellulae Bernardillae McKenzie a « spina bifida con lipoma endorachideo e ancoraggio del filum terminale del midollo stesso del lipoma ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

RAGUSIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Candidae ab Eucharistia (in saec.: Mariae Barba) monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum (1884-1949)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Qui venit ad me, non esuriet, et qui credit in me non sitiet umquam » *(Io* 6, 35).

Cum Iesu Christo coniuncta, pane vivo qui de caelo descendit, Maria Candida ab Eucharistia divini amoris mysterium est contemplata et, caritate incensa, alacriter viam percurrit perfectionis evangelicae, se dedens pro gloria Dei, pro salute animarum proque Ordine Carmelitarum Discalceatorum, in quo cum gaudio ac fidelitate ex sua vixit Domino consecratione.

Haec Sanctae Teresiae a Iesu filia spiritalis Catacii orta est die 16 mensis Ianuarii anno 1884, a Petro Barba, magistratu, et Ioanna Florena, legitimis coniugibus Panormitanis locupletibus atque christianis ferventibus, qui ad fontem baptismalem nomen ei indiderunt Mariam. Panormi, ubi familia constiterat, nonnullos annos alumna fuit scholae a Sororibus rectae. Inde a pueritia claram ostendit propensionem ad pietatem, sed adulescens aliquamdiu mundi vanitatibus indulsit. Anno 1899, cum vestitioni religiosae affuisset cuiusdam propinquae suae, quodammodo conversa statuit se omnino Deo dicare. Tunc pietatem auxit erga Matrem Redemptoris ac praesertim erga Eucharistiam, atque firma cum voluntate viam ingressa est sanctitatis, in humilitate, in oboedientia inque paenitentia se exercendo. Parentibus et fratribus renisa est, qui eam ad vitam matrimonialem inducere volebant. Duodeviginti annos nata virginitatis votum suscepit. Parentibus mortuis, admodum parata ad ingrediendum Institutum vitae consecratae, Ordinem praeoptavit Carmelitarum Discalceatorum, quia illum ceteris severiorem putabat. Cardinali Alexandro Lualdi, Archiepiscopo Panormitano, suadente, anno 1919 in Carmelum intra vit Ragusiensem, ob suam paupertatem notum ac diligentem Regulae observantiam. Subsequenti anno vestem religiosam sibi induit nomenque cepit Sororem Mariam Candidam ab Eucharistia. Die 17 mensis Aprilis anno 1921 professionem simplicem fecit et die 23 mensis Aprilis anno 1924 professionem sollemnem. Soror conversa esse exoptaverat, sed antistitae hoc ei non permiserunt. Laudabiliter varia mu-

nera explevit sibi concredita, videlicet rotariae, ostiariae, aedituae, adiutricis coquae. Vix post aliquot menses a professione sollemni electa est antistita monasterii sui, quo munere est iuncta viginti fere annos magna cum prudentia et sacrificii spiritu. Ad facilem reddendam Regulae observantiam, anno 1934 exstructionem incepit novi monasterii, quae ad finem venit, etsi multae fuerunt difficultates nummariae, anno 1937. Extremo vitae tempore aedificandum curavit monasterium Carmelitidum Syracusanum, cuius putatur conditrix. Ut sororibus sodalibus prodesset, libenter labores obiit et sacrificia ac patienter difficillimas pertulit res atque indignitates; constanter in earum sanctificatione studiosa fuit iisque splendido fuit exemplo fervoris in precatione; diligentiae in sui abnegatione; accurationis in Regulae observantia atque perseverantiae in coniunctione cum Deo. In sua communitate spiritale explicavit magisterium tam validum tamque amplum, ut eius morti superstes sit. Moniales et quotquot cum ea necessitudinem habuerunt vias Dei docuit verbis, scriptis et potissimum exemplo et virtutibus, egregie cultis. A iuventute fides gressus eius illuminavit eamque in respondendo vocationi sustinuit et in Dei voluntate facienda, quae norma fuit suprema eius cogitationum atque actionum. Firmiter in Dei verbum credidit atque illud exsequi est nisa. Filia fuit oboediens Ecclesiae eiusque Pastoribus docilis. Constanter sanctitatem appetivit et omne vitavit peccati genus. Silentium servavit, rerum mundi contemptum intimamque iunctionem cum Deo et, mentem et cor in deprecatione aeternarumque veritatum contemplatione defigens, Dei amoris divitias cognovit mirasque gratias accepit. Iesu Passio eam usque ad lacrimas commovebat et Eucharistia, quam primum decem annorum puella receperat, eius spiritalitatis cardo fuit. Namque, ex ferventi sacrificii Missae participatione, ex Sanctissimi Sacramenti adoratione atque eucharistica communione lucem trahebat, gaudium novasque spiritales vires ad Dei laudes canendas, ad communitati serviendum atque Ecclesiae necnon ad progrediendum in via perfectionis evangelicae continenter. Praecipue pia fuit in Virginem Mariam, quam Matrem suam habuit et magistram.

Deum omnibus viribus dilexit, utque ei placeret familiam reliquit omniaque quae possidebat, ut Ordinem ingrederetur Carmelitarum Discalceatorum, difficultatibus victis et impedimentis.

Caritate mota, quam ex fontibus gratiae alebat, anno 1927 votum fecit « id, quod perfectius est » persequendi, utque peccata hominum expiaret, Iesu victimam se devovit. Patiens fuit, officiosa, benevola erga sorores sodales, peculiares adhibens curas de aegrotis, omnesque cum amabilitate et iir-

mitudine ad fidelitatem suae vocationi adhortabatur. Dubiis consilia dedit, maerentes est consolata, pauperes adiuvit, iis ignovit, qui eius consecrationi Deo obstiterunt, vel per vitam ipsi aliquam aegritudinem aut contumeliam paraverunt. Prudens fuit in rationibus eligendis ad suam sanctificationem aptioribus atque monasterii regimini. Laudabiliter iustitiam erga Deum et proximos coluit; in cibo, in potionibus et in requiete temperantiam; paenitentiam, castigationem sui, fortitudinem in continentia, in malo reiciendo inque bono faciendo, in difficultatibus et in morbis.

Infirma, solebat habitu esse festivo et hilari, ut suos occuleret dolores. Nitebatur enim inobservata esse coram mundo coramque communitate sua; silentii amans, occultationis et humilitatis, quae omnium est virtutum fundamentum. In paupertate vixit, oboediens parentibus fuit et deinde superioribus atque Regulae. Castitatem servavit in cogitationibus, in affectibus, in verbis et in actionibus, Deum indiviso corde diligendo. In misericordia Dei et auxilio semper spem collocavit. In terra vivebat, sed anima eius caelum appetebat ut se divino iungeret Sponso.

Anno 1947 Serva Dei septimum electa est antistita, sed superiores ecclesiastici noluerunt normas derogare; quapropter paulo post alia est antistita electa et Matri Candidae munus concreditum est primae consultricis, quod ad mortem usque est exsecuta. Semper a sua communitate venerata, quae in ea regulam monasterii viventem videbat; namque sola sua praesentia cuiusvis officii effectionem docebat.

Usque ad exitum cum Deo ambulavit, qui eam ad praemium aeternum vocavit accipiendum die 12 mensis Iunii anno 1949, post longum acerbumque morbum, quem multa cum fortitudine ac serenitate toleravit. Ultima eius verba fuere: « Maria, Maria, adiuva me ».

Fama sanctitatis, qua in vita claruit, perduravit et confirmata est post eius mortem; quocirca Episcopus Ragusiensis Causam iniit beatificationis et canonizationis per celebrationem Processus Ordinarii Informativi (annis 1956-1962), cui additus est Processus Rogatorialis Panormitanus. Harum canonicarum Inquisitionum auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 31 mensis Maii anno 1991 promulgatum. Positione apparata, ex norma disceptatum est an Serva Dei heroum in modum virtutes observavisset. Felici cum eventu, die 28 mensis Aprilis anno 2000 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, et die 17 subsequentis mensis Octobris, Sessio Ordinaria est habita Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Aloisio Barbarito, Archiepiscopo titulari Florentinensi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Candidae ab Eucharistia (in saec.: Mariae Barba), Monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

£8 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. ffi S.

ÊB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

SANCTI IOSEPHI IN COSTARICA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Romero Meneses sororis professae Instituti filiarum Mariae Auxiliatricis (1902-1977)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit seipsum pro nobis oblationem et hostiam in odorem suavitatis » *(Eph* 5, 1).

Exemplum Domini Iesu, qui transiit benefaciendo pauperibus et vitam suam offerens Patri pro hominum redemptione, cum alacritate et fervore operum secuta est Serva Dei Maria Romero Meneses, quae efficaciter operam dedit lumini Evangelii in societate diffundendo atque Regno Christi aedificando in iustitia et pace.

Haec Sancti Ioannis Bosco digna discipula atque Sanctae Mariae Dominicae Mazzarello, Granadae in Nicaragua orta est die 13 mensis Ianuarii an-

no 1902 a Felice Romero Arana, tunc ministro administrationis aerarii, et Anna Meneses Blandón, locupletibus et bonis christianis coniugibus, qui filios suos solida imbuerant humana religiosaque educatione. Ad fontem baptismalem nomen cepit Mariam; Confirmationis sacramentum accepit anno 1904 atque octo annos nata primum se Pane Eucharistico aluit. Sicut puellae eius ordinis cymbalo, violinae, graphidi et picturae studuit. Alumna Filiarum Mariae Auxiliatricis, debuit studia interrumpere propter gravem arthritidis formam, a qua sanata est post Virginem Mariam fidenter invocatam. Studia resumpsit, peculiari cum profectu in musica, quam praeferebat. In collegio suam auxit pietatem erga Matrem Dei et, confessario probante, quattuordecim annos nata, privatim votum castitatis suscepit. Post aliquod tempus parentibus optationem ostendit ingrediendi Institutum vitae consecratae; sed eam rogaverunt ut adhuc nonnullos annos exspectaret. Denique anno 1920 permissionem obtinuit vocationem sequendi.

Uti postulans intravit in Congregationem Filiarum Mariae Auxiliatricis et nomem cepit Sororem Mariam. Tempore formationis, quod Soteropoli degit, ei concreditum est ut musicam doceret et cantum suas aequales, quibus etiam constanti exemplo fuit oboedientiae superioribus et diligentiae in muneribus omnibus explendis. Sanctorum Ioannis Bosco et Francisci de Sales spiritum appropriavi^ qui eius fuerunt magistri in sanctitatis atque apostolatus via. Die 6 mensis Ianuarii anno 1923, novitiatu laudabiliter confecto, professionem temporaneam fecit, quam cotidie erat renovatura; insequenti anno in patriam rediit, in urbem Granadam, ubi dilectissimas docuit disciplinas. Anno 1929 professionem fecit perpetuam et anno 1931 missa est ad Collegium Mariae Auxiliatricis Sancti Iosephi in Costarica, quae urbs facta est altera eius patria. Institutioni se dedidit, puerorum et puellarum oratorii formationi christianae, catechesi et operibus caritatis in vicis suburbanis illius urbis. Gradatim eius apostolica navitas amplior facta est. Coetum constituit operum sociarum, quas « misioneritas » appellavit; Actionem Catholicam statuit tum in collegio, tum in oratorio; pietatem in Sacrum Cor Iesu propagavit atque Mariae Auxiliatricis, quorum imagines in familiis inque oratoriis posuit quae condiderat; cibariis et vestimentis distribuendis pauperibus consuluit; ad effectum adduxit pro pueris oecum cinematographicum; magnum aedificavit sacrarium et diribitorium medicum gratuitum pro pauperibus cuiusvis publicae opitulationis expertibus; cursus fovit tirocinii pro puellis pauperibus et ab operibus vacuis. Anno 1971 Consociationem Pauperibus Adiuvandis («Asayne») condidit, eo praecipuo consilio, ut domuncu-

lae exstruerentur pro pauperibus sine tectis ac sedibus, qui sub pontibus vivebant vel in fluminum ripis. Septem domunculas ad exitum perduxit, quae post eius mortem auctae sunt. Has omnes operas, Archiepiscopo Sancti Iosephi in Costarica approbante ac benedicente, multarum personarum liberalitas sustinuit, quae Servae Dei proposita benefica et socialia participabat.

Dum summa ope nitebatur ad humanum christianumque pauperum profectum, summa cum cura, perseverantia et gaudio spiritali vitam suam spiritalem coluit. Magnopere et vehementer mysteria divina cognovit et desursum peculiaria accepit charismata pro Ecclesiae et societatis bono.

Ut se ad Christum conformaret cotidie virtutes christianas exercuit atque altum perfectionis evangelicae gradum est adepta. Eides lux fuit et vis vitae et multiformis apostolatus eius. In Deum firmiter credidit, in eius verbum, in eius amorem inque Providentiam. Ex iis quae credebat vixit, omnibus splendidum praebens testimonium fidelitatis Deo, Ecclesiae, homini, charismati Salesiano suaeque consecrationi. Cum Deo ambulavit suamque cum Domino coniunctionem nutrivit assidua deprecatione, contemplatione veritatum aeternarum ac ferventi pietate in Eucharistiam et in Virginem Mariam. Fide ducta, Deum vidit in Summo Pontifice, in superioribus, in pauperibus, in proximis atque in vitae suae circumstantiis laetis et acerbis. Dominum tota mente, toto corde totisque viribus dilexit; fideliter eius fecit voluntatem, peccatum fugit et alacriter aedificando eius Regno operam dedit. Tota fuit Dei, Ecclesiae et pauperum, quos amavit non verbis sed opere et veritate, cotidie vitam pro eis devovens (cf. *1 Io* 3, 16-18).

Admodum praedita fuit spiritu missionali nec umquam destitit Christum Salvatorem nuntiare et novos filios Deo atque sanctae Matri Ecclesiae comparare. Difficultates, impedimenta, aegritudines non minuerunt eius pacem interiorem, serenitatem, facultatem se pro aliis devovendi. Spes eius in Deo collocata erat inque precationis efficacia. A mundi rebus aliena et a se ipsa, bona aeterna appetì vit, quae merere est nisa Dei voluntatem faciendo. Prudenter rationibus aptioribus usa est ad suam sanctificationem et salutem animarum adipiscendam. Temperata fuit in verbis, animosa et considerata in inceptis, cauta in consiliis. Attenta ad necessitates aetatis suae et personarum quae cum ea necessitudinem habebant, omnibus auxilium optimum dedit, et hoc, neminem affligens. Iusta erga Deum fuit et erga proximos, in bono perseverans, in difficultatibus fortis: « Dominus robur meum est » saepe affirmabat. Sibi temperavit, indolem suam continuit, castigatio-

nem sui coluit et temperantiam. Per totam vitam fidelis fuit votis oboedientiae, paupertatis et castitatis atque, quamvis exitibus clara in operibus pastoralibus obtentis et existimatione qua fruebatur, semper humilis mansit. Laetitiam circumfudit, quia semper Dominus cor eius replebat et eius vitam sanctificabat. Usque ad finem dierum suorum omnia omnibus facta est ut aliquos utique faceret salvos *(1 Cor* 9, 22). Dominus, quem Serva Dei « regem suum » denominabat, in vitam aeternam eam introduxit die 7 mensis Iulii anno 1977.

Sanctitatis fama, qua in vita enituit, post eius mortem dilatata est; quocirca Archiepiscopus Sancti Iosephi in Costarica initium fecit Causae beatificationis et canonizationis et, annis 1988-1992, Inquisitionem instruxit dioecesanam, cuius auctoritas et vis est a Congregatione de Causis Sanctorum probata per decretum die 8 mensis Ianuarii anno 1993 promulgatum. Positione confecta, disceptatum est ex normis an Serva Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum coluisset. Exitu cum prospero, die 7 mensis Martii anno 2000 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum actus est et die 3 mensis Octobris eodem anno Sessio Ordinaria facta est Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Laurentio Chiarinelli, Episcopo Viterbiensi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Romero Meneses, sororis professae Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

68 **IOSEPHUS SARAIVA MARTINS**
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VALENTINA

Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servorum Dei Iosephi Aparicio Sanz et LXXHI sociorum sacerdotum dioecesanorum, laicorum et laicarum (f 1936-1937)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Omnis lingua confiteatur: "Dominus Iesus Christus", in gloria Dei Patris» *(Philp* 2, 11).

Fides in Iesum Christum, in morte crucis humiliatum et a Deo Patre glorificatum in resurrectione ex mortuis atque in ascensione in caelum, lux est quae in vultibus splendet discipulorum eius, qui eum Dominum universi renuntiaverunt.

Supremum fidei testimonium mirabili cum generositate datum est a plurimis catholicis Hispanicis per persecutionem quae, annis 1936-1939, adversus Ecclesiam saeviit. Tunc magnus episcoporum, presbyterorum, religiosorum, religiosarum atque laicorum numerus, per Spiritus Sancti virtutem fideles divino Magistro manserunt in periculis et aerumnis maximumque testimonium dederunt caritatis morte obita. Plures Hispaniae regiones sanguine martyrum perfusae sunt atque, ubi altiores factae sunt odii et violentiae tenebrae, clarior testimonii christiani splendor apparuit. Hoc etiam in Archidioecesi Valentina factum est, in qua multi viri multaeque mulieres Christum secuti sunt in via crucis atque pro eo immolati sunt. Ad eorum densam multitudinem pertinent triginta septem presbyteri dioecesani, duodeviginti viri laici et undeviginti mulieres laicae, quos hic commemoramus cum admiratione et pietate. Presbyteri illi in ministerium pastorale incumbebant; laici et laicae ferventes christiani erant, apostolatui operam dantes et ex eis multi Actionis Catholicae erant aliarumque consociationum huiuscemodi. Alii per incommoda et indignitates carceris transierunt, ubi se praeparaverunt ad interfectionem in precatione et operibus caritatis erga captivitatis socios; alii extremis momentis temporis graves iniurias et violentias ferre debuerunt aut blanditias et adhortationes ad fidem deserendam, libertate promissa. Omnes ad martyrii locum se contulerunt forti cum animo et corde spei pleno aeterni praemii necnon suis persecutoribus ignoscentes. Ex actibus iudicialibus scimus multos ex iis 74 Christi testibus, antequam animam suam Deo committerent, aperte fidem suam professos esse, clamantes « Vivat Christus Rex » vel alia similia.

En horum dignissimorum Ecclesiae filiorum nomina:

I. Presbyterorum dioecesanorum

1. Iosephus Aparicio Sanz. Natus est in oppido *Enguera* die 12 mensis Martii anno 1893. Ordinatus sacerdos anno 1916, ministerio pastorali se tradidit in variis paroeciis; cum est comprehensus archipresbyter erat loci in quo natus est, ubi magni existimabatur propter pietatem et exemplum vitae. Occisus est aetatem agens 43 annorum, die 29 mensis Decembris anno 1936, una cum coadiutore Henrico Juan Requena.

2. Ferdinandus González Anón, parochus loci *Turís;* interfectus est 50 annos natus, die 27 mensis Augusti anno 1936.

3. Ioannes Ventura Solsona, archipresbyter loci *Villahermosa del Río;* occisus est 61 annos natus, die 17 mensis Septembris anno 1936.

4. Iosephus Ruiz Bruixola, parochus Sancti Nicolai Valentiae; necatus est aetatem agens 79 annorum, die 28 mensis Octobris anno 1936.

5. Raimundus Marti Soriano, administrator paroecialis oppidi *Vallada* interfectus est aetatem agens 34 annorum, die 27 mensis Augusti anno 1936.

6. Ioachimus Vilano va Camallonga, coadiutor oppidi *Ibi;* necatus est 48 annos natus, die 27 mensis Iulii anno 1936.

7. Henricus Morant Pellicer, parochus oppidi *Bárig;* 28 annos natus occisus est, die 4 mensis Octobris anno 1936.

8. Carmelus Sastre Sastre, parochus loci *Piles;* 46 annos natus interfectus est, die 15 mensis Augusti anno 1936.

9. Vincentius Ballester Far, cappellanus Augustinianarum Discalceatarum loci *Jávea;* 48 annorum aetatem habens interemptus est, die 23 mensis Septembris anno 1936.

10. Raimundus Stephanus Bou Pascual, administrator paroecialis vici *Planes,* mactatus est 33 annorum aetatem habens, die 17 mensis Octobris anno 1936.

11. Iosephus Raimundus Paschalis Ferrer Botella, cappellanus S. Vincentii de *Algemesi;* peremptus est 42 annos natus, die 24 mensis Septembris anno 1936.

12. Henricus Juan Requena, coadiutor loci *Enguera;* internecatus est aetatem habens 33 annorum, die 29 mensis Decembris anno 1936.

13. Elias Carbonell Molla, coadiutor loci *Cocentaina;* obtruncatus est aetatem habens annorum 67, die 2 mensis Octobris anno 1936.

14. Ioannes Carbonell Molla, coadiutor loci *Cocentaina;* internecatus est aetatis suae anno 62, die 2 mensis Octobris anno 1936, una cum antecedenti Servo Dei Elia, fratre suo.

15. Paschalis Penadés Jornet, administrator paroecialis oppidi *Belgida;* 42 aetatis suae anno interfectus est, die 15 mensis Septembris anno 1936.

16. Salvator Ferrandis Seguí, parochus loci *Pedreguer;* occisus est aetatem habens 56 annorum, die 3 mensis Augusti anno 1936.

17. Iosephus Toledo Pellicer, coadiutor in loco *Bañeres;* trucidatus est 27 annorum aetatem habens, die 10 mensis Augusti anno 1936.

18. Ferdinandus García Sendra, administrator paroecialis in oppido *Sagra;* interemptus est 31 annorum aetatem habens, die 18 mensis Septembris anno 1936.

19. Iosephus García Mas, cappellanus in vico *Pego;* peremptus est 40 annos natus, die 18 mensis Septembris anno 1936.

20. Iosephus Maria Segura Penadés, coadiutor in vico *Onteniente;* occisus est 40 annos natus, die 11 mensis Septembris anno 1936.

21. Salvator Estrugo Sol ves, cappellanus valetudinarii oppidi *Alberique;* est de vita sublatus 74 annos natus, die 21 mensis Augusti anno 1936.

22. Vincentius Sicluna Hernández, parochus loci *Navarrés;* 77 annos natus, est caesus die 22 mensis Septembris anno 1936.

23. Vincentius Maria Izquierdo Alcón, administrator paroecialis oppidi *Puebla de F amáis;* interfectus est 45 annos natus, die 18 mensis Augusti anno 1936.

24. Iosephus Maria Ferrándiz Hernández, archipresbyter oppidi *Alcoy;* occisus est 57 annos natus, die 24 mensis Septembris anno 1936.

25. Franciscus Ibáñez Ibáñez, abbas collegiatae ecclesiae oppidi *Játiva;* occisus est 60 annorum aetatem habens, die 19 mensis Augusti anno 1936.

26. Iosephus González Huguet, parochus loci *Cheste;* necatus est aetatis suae 62 anno, die 12 mensis Octobris anno 1936.

27. Iosephus Fenollosa Alcayna, canonicus Valentinus; trucidatus est 33 annos natus, die 27 mensis Septembris anno 1936.

28. Felix Yuste Cava, parochus Sanctorum Ioannis et Vincentii Valentiae; peremptus est 49 annos natus, die 14 mensis Augusti anno 1936.

29. Vincentius Pelufo Corts, cappellanus Sororum Pauperum loci *Alcirae;* interfectus est annos natus 68, die 22 mensis Septembris anno 1936.

30. Iosephus Canet Giner, coadiutor in oppido *Catamarruch;* necatus est aetatis suae anno 33, die 4 mensis Octobris anno 1936.

31. Franciscus Sendra Ivars, administrator paroecialis loci *C alpe;* interfectus est 37 annos natus, die 4 mensis Septembris anno 1936.

32. Didacus Llorca Llopis, coadiutor oppidi *Benisa;* necatus est aetatis suae anno 40, die 6 mensis Septembris anno 1936.

33. Alfonsus Sebastiá Viñals, director Scholae Formationis Socialis Valentinae; occisus est aetatis suae annum agens 26, die 1 mensis Septembris anno 1936.

34. Germanus Gozalvo Andreu est de vita sublatus paucis hebdomadibus post suam sacerdotalem Ordinationem, 23 annos natus, die 22 mensis Septembris anno 1936.

35. Gunsalvus Viñes Masip, canonicus collegiatae ecclesiae oppidi *Játiva;* necatus est 53 annos natus, die 10 mensis Decembris anno 1936.

36. Vincentius Rubiols Castellò, parochus oppidi *Puebla Larga;* interemptus est 64 annos natus, die 14 mensis Augusti anno 1936.

37. Antonius Silvestre Moya, administrator paroecialis S. Theclae in oppido *Játiva;* interemptus est aetatis suae anno 44, die 8 mensis Augusti anno 1936.

Hi sacerdotes post suam interfectionem habiti sunt fidei martyres; quapropter Archiepiscopus Valentinus Causae beatificationis seu declarationis martyrii initium fecit per celebratum Processum Ordinarium Informativum (annis 1957-1971), cuius auctoritas et vis agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 15 mensis Maii anno 1998 promulgato.

//. Laicorum

1. Raphael Alonso Gutiérrez, pater familias; aetatis suae anno 46 occisus est, die 11 mensis Augusti anno 1936.

2. Marinus Blanes Giner, pater familias; occisus est aetatis suae anno 48, die 21 mensis Iulii anno 1936.

3. Iosephus Maria Corbin Ferrer, caelebs; 22 annos natus interfectus est, die 27 mensis Decembris anno 1936.

4. Carolus Díaz Gandía, pater familias; interfectus est aetatis suae anno 29, die 11 mensis Augusti anno 1936.

5. Salvator Damianus Enguix Garés, pater familias, viduus; occisus est 74 annos natus, die 28 mensis Octobris anno 1936.

6. Ismael Escrihuela Este ve, pater familias; necatus est 34 annos natus, die 8 mensis Septembris anno 1936.

7. Ioannes Baptista Faubel Cano, pater familias; 47 annorum aetatem habens interfectus est, die 28 mensis Augusti anno 1936.

8. Iosephus Raimundus Ferragud Girbés, pater familias; 49 annorum aetatem habens necatus est, die 24 mensis Septembris anno 1936.

9. Vincentius Galbis Girones, pater familias; 26 annos natus occisus est, die 21 mensis Septembris anno 1936.

10. Ioannes Gonga Martínez, caelebs; 25 annos natus, est interfectus, die 13 mensis Novembris anno 1936.

11. Carolus López Vidal, pater familias; 42 aetatis suae anno interfectus est, die 6 mensis Augusti anno 1936.

12. Iosephus Medes Ferris, matrimonio coniunctus; aetatis suae anno 51 interfectus est, die 12 mensis Novembris anno 1936.

13. Paulus Meléndez Gonzalo, pater familias; 60 annos natus necatus est, die 23 mensis Decembris anno 1936.

14. Iosephus Perpiña Nácher, matrimonio coniunctus; 25 annos natus necatus est, die 29 mensis Decembris anno 1936.

15. Arturus Ros Montait, pater familias; 35 annos natus occisus est, die 28 mensis Augusti anno 1936.

16. Paschalis Torres Lloret, pater familias; 51 anno aetatis suae trucidatus est, die 6 mensis Septembris anno 1936.

17. Emmanuel Torró García, matrimonio coniunctus; 34 annos natus interfectus est, die 21 mensis Septembris anno 1936.

18. Iosephus Maria Zabal Blasco, pater familias; 38 annos aetatis suae occisus est, die 8 mensis Decembris anno 1936.

Inde a die suae occisionis hi Servi Dei fama martyrii claruerunt; quocirca Archiepiscopus Valentinus Processum Ordinarium Informativum super asserto martyrio instruxit annis 1959-1975 quem Rogatorialis Santanderiensis secutus est. Decretum de auctoritate et vi horum Processuum promulgatum est a Congregatione de Causis Sanctorum die 22 mensis Maii anno 1998.

III. Laicarum

1. Amalia Abad Casasempere, mater familias, vidua; 38 annos nata, occisa est, die 28 mensis Septembris anno 1936.

2. Anna Aranda Riera, nubilis; aetatis suae anno 48 interfecta est, die 14 mensis Octobris anno 1936.

3. Florentia Caerols Martínez, nubilis; annos nata 46 necata est, die 1 mensis Octobris anno 1936.

4. Maria Climent Mateu, nubilis; aetatis suae anno 49 interfecta est, die 20 mensis Augusti anno 1936.

5. Tharsila Córdoba Belda, mater familias, vidua; 75 annos nata interfecta est, die 17 mensis Octobris anno 1936.

6. Francisca Cualladó Baixauli, nubilis; 46 annos nata necata est, die 19 mensis Septembris anno 1936.

7. Maria Teresia Ferragud Roig, mater familias, vidua; occisa est 83 annos nata una cum suis quattuor filiabus sororibus, die 25 mensis Octobris anno 1936.

8. Aloisia Maria Frías Cañizares, nubilis; 40 annos nata est interfecta, die 6 mensis Decembris anno 1936.

9. Incarnatio Gil Valls, nubilis; interfecta est simul cum fratre sacerdote Gaspare, 48 annos nata, die 24 mensis Septembris anno 1936.

10. Maria a Columna Jordá Botella, nubilis; necata est aetatis suae anno 31, die 26 mensis Septembris anno 1936.

11. Herminia Martínez Amigó, mater familias; annos 49 nata necata est cum viro suo, die 27 mensis Septembris anno 1936.

12. Maria Aloisia Montesinos Orduña, nubilis; 36 annos nata est interfecta, die 28 mensis Ianuarii anno 1937.

13. Iosepha Moscardo Montalvá, nubilis; aetatis suae anno 56 occisa est, die 22 mensis Septembris anno 1936.

14. Maria del Olvido Noguera Albelda, nubilis; cum fratre necata est 33 annos nata, die 26 mensis Septembris anno 1936.

15. Crescentia Valls Espi, nubilis; occisa est simul cum tribus sororibus Capuccinis 73 annos nata, die 26 mensis Septembris anno 1936.

16. Maria a Purificatione Vidal Pastor, nubilis; occisa est aetatem habens 44 annorum, die 22 mensis Septembris anno 1936.

17. Maria Carmelitis Viel Ferrando, nubilis; 43 annos nata est interfecta, die 5 mensis Novembris anno 1936.

18. Pilar Villalonga Villalba, nubilis; aetatis suae 45 anno occisa est, die 11 mensis Decembris anno 1936.

19. Maria Sophia Teresia Ximénez Ximénez, mater familias, vidua; una cum filio occisa est aliisque cum propinquis 60 annos nata, die 23 mensis Septembris anno 1936.

Populus Dei has Christi discipulas veras duxit martyres fidei; quapropter Archiepiscopus Valentinus Processum Ordinarium Informativum instruxit annis 1955-1956, ut de asserto martyrio documenta colligeret. Huius Processus auctoritas et vis agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum die 4 mensis Iulii anno 1997.

Deinceps Congregatio de Causis Sanctorum Postulationum petitionibus exauditis, concessit ut Causae Servorum et Servarum Dei, quos supra memoravimus, in unicam Causam cogerentur. Apparata deinde Positione, disceptatum est ex norma an mors Iosephi Aparicio Sanz et LXXIII Sociorum" haberi posset verum martyrium. Prospero cum exitu, die 26 mensis Novembris anno 1999, actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales porro et Episcopi in Sessione Ordinaria die 12 mensis Decembris anno 2000 habita, audita relatione Causae Ponentis, Excellentissimi Domini Ottorini Petri Alberti, Archiepiscopi Calaritani, professi sunt hos Dei Servos in odium fidei necatos esse eosque pro Christo proque Ecclesia vitam devovisse.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servorum Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis ad Se hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servorum Dei Iosephi Aparicio Sanz et LXXIII Sociorum, Sacerdotum dioecesanorum, Laicorum et Laicarum, annis 1936-1937 interfectorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

68 **IOSEPHUS SARAIVA MARTINS**
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. & S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 15 Maii 2001. — Cathedrali Ecclesiae Biloxiensi, R.D. Thomam Ioannem Rodi, e clero archidioecesis Novae Aureliae, ibique Vicarium generalem.

die 22 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Gurcensi Exc.mum P.D. Aloisium Schwarz, hactenus Episcopum titularem Matharensem in Numidia et Auxiliarem archidioecesis Viennensis.

die 23 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Reperitanae R.B. Ioannem Emmanuelem Mancilla Sánchez, e clero archidioecesis Sancti Ludovici Potosiensis, ibique Cancellarium, quem constituit Episcopum Auxiliarem dioecesis Texcocensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Senensi-Collensi-Ilcinensi Exc.mum P.D. Antonium Buoncristiani, hactenus Episcopum Portuensem-Sanctae Rufinae.

die 24 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Bidensi R.P. Sophronium A. Bancud e Congregatione Sanctissimi Sacramenti, hactenus communitatis Sanctae Crucis Manilae superiorem, quem deputavit Episcopum Auxiliarem dioecesis Cabanatuanensis.

— Cathedrali Ecclesiae Bacolodensi Exc.mum P.D. Vincentium M. Navarra, hactenus Administratorem Apostolicum eiusdem dioecesis et Episcopum Cabancalensem.

die 26 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Copiapoënsi, R.P. Casparem Quintana Jorquera, hactenus Provincialem Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B.M.V, in Republica Chiliensi.

die 5 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Lancastrensi Exc.mum P.D. Patricium 0'Donoghue, hactenus Episcopum titularem Tulanensem et Auxiliarem archidioecesis Vestmonasteriensis.

die 6 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Vollongongensi Exc.mum P.D. Petrum Villelmum Ingham, hactenus Episcopum titularem Pudentianensem et Auxiliarem archidioecesis Sydneyensis.

die 11 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Bunburiensi, R.D. Gerardum Holohan, e clero archidioecesis Perthensis, ibique Vicarium episcopalem pro Institutione Catholica.

die 12 Iunii 2001. — Episcopum Coadiutorem Fargensem, R.D. Samuelem J. Aquila e clero archidioecesis Denveriensis, rectorem Seminarii maioris « Saint John Vianney » eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Novae Ulmae, Exc.mum P.D. Ioannem C. Nienstedt, hactenus Episcopum titularem Altonensem et Auxiliarem archidioecesis Detroitensis.

die 13 Iunii. — Praelaturae territoriali Huariensi R.D. Antonium Santarsiero, O.S.I., hactenus Provincialem in Peruvia Congregationis Oblatorum S. Ioseph, Astae Pompeiae.

— Metropolitanae Ecclesiae Ayacuquensi Exc.mum P.D. Aloysium Abilium Sebastiani Aguirre, S.M., hactenus Episcopum Tarmensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tarmensi R.D. Richardum Danielem Alarcón Urrutia, hactenus Vicarium generalem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Afogadensi de Ingazeira, R.D. Aloysium Gonzaga Silva Pepeu, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, hactenus huius Ordinis Secretarium generalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Albensi R.D. Sergium da Rocha, e clero dioecesis Sancti Caroli in Brasilia, ibique Seminarii Theologici rectorem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Fortalexiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Marazanensi R.D. Plinium Iosephum Luz da Silva, hactenus Vicarium episcopalem archidioecesis Fortalexiensis ibique paroeciae « Nossa Senhora da Palma » parochum, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Brigantiensi-Mirandensi R.P. Antonium Montes Moreira, O.F.M., hactenus Secretariae generalis Conferentiae Lusitaniae Episcoporum moderatorem.

— Cathedrali Ecclesiae Pacensi in California Inferiori Meridionali Exc .mum P.D. Michaelem Angelum Alba Díaz, hactenus Episcopum titularem Fesseitanum et Auxiliarem Antequerensem.

die 19 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Lucionensi R.D. Michaelem Santier, hactenus Vicarium episcopalem Constantiensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Guatimalensi, Exc.mum P.D. Rodulfum Quezada Toruno, hactenus Episcopum Zacapensem et Praelatum SS.D.N.I.C. de Esquipulas.

— Titulari episcopali Ecclesiae Natchetensi, R.D. Timotheum Michaelem Dolan, e clero archidioecesis Sancti Ludovici, hactenus rectorem Ponti-

ficii Collegii Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis Romae, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 20 Iunii 2001. — Cathedrali Ecclesiae Caiazeirasensi Exc.mum P.D. Iosephum Gonzalez Alonso, hactenus Episcopum titularem Balianensem et Auxiliarem archidioecesis Teresianae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ausuccurensi R.P. Iosephum Carolum dos Santos, Parvi operis Divinae Providentiae sodalem, hactenus huius Instituti Consiliarium generalem, quem deputavit Auxiliarem dioecesis Lucianiensis.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die IS Martii 2001. — Titulari episcopali Ecclesiae Belesasensi Exc.mum P.D. Ioachimum Mbadu Kikhela Kupika, hactenus Episcopum Bomaënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Bomaënsi Exc.mum P.D. Cyprianum Mbuka, C.I.C.M., hactenus Episcopum titularem Simidiccensem et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Castellanae in Numidia R.D. Petrum Hla, Vicarium generalem Taunggyiensem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 24 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Lahorensi R.D. Laurentium Saldanha, e clero eiusdem archidioecesis, hactenus in Canada paroeciae archidioecesis Torontinae dictae « Precious Blood Church » et sitae in oppido vulgo Scarborough Assistentem paroecialem.

— Cathedrali Ecclesiae Kahamaënsi R.P. Ludovicum Minde, O.S.S., eiusdem Societatis Sacerdotum dictae « Opus Spiritus Sancti » Superioris Assistentem.

— Cathedrali Ecclesiae Morombensi R.P. Sigismundum Robaszkiewicz, M.S.F., eiusdem Congregationis Provinciae Poloniae sodalem, in praesens missionarium in Madagascaria ibique Vicarium generalem necnon cathedralis templi eiusdem dioecesis curionem.

die 24 Aprilis 2001. — Cathedrali Ecclesiae Tolagnarensi R.D. Vincentium Rakotozafy, Vicarium generalem archidioecesis Fianarantsoaënsis.

— Episcopum Coadiutorem Portus Victoriae R.P. Dionysium Wiehe, C.S.Sp., paroeciae dicatae «Ste Croix» et sitae in Portu Ludoviciano curionem atque «Fondation Océan Indien» eiusdem Congregationis S. Spiritus Superiorem regionalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Guardiensi R.P. Caietanum Di Pierro, S.C.I., eiusdem Congregationis Provinciae Italiae sodalem, in praesens missionarium in Madagascaria ibique Vicarium generalem Ambatondrazakaënsem, quem constituit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 15 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Gagnoaënsi R.D. Ioannem-Petrum Kutwa, e clero archidioecesis Abidianensis, hactenus paroeciae « Notre Dame » dicatae in oppido vulgo Treichville curionem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Castellotatroportensi R.D. Iosephum Aké, e clero archidioecesis Abidianensis, hactenus Sacrae Scripturae in Instituto Catholico Africae Occidentalis (I.C.A.O.) professorem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thuccaborensi R.P. Franciscum Gonzalez Hernández, O.P., parochum in urbe vulgo Quillabamba, quem constituit Episcopum Coadiutorem Vicariatus Apostolici Portus Maldonadi.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 2 Februarii 2001. — Exc.mum P.D. Anatolium Milandou Archiepiscopum Brazzapolitanum, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Kinkalanae.

die 15 Februarii. — Exc.mum P.D. Felicem Eugenium Mkhori, Episcopum Lilongvensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Chiquavanae.

die 2 Iunii. — R.D. Marcellum Eboi, Vicarium generalem Gagnoaënsem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» eiusdem archidioecesis.

— Exc.mum R.D. Petrum Zevaco, C.M., Episcopum emeritum Tolagnarensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem dioecesis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 18 Maggio 2001, Le LL.EE. i Signori e le Signore **BALRAM SINGH MALLA**, Ambasciatore del Nepal; **SAIDA CHTIOUI**, Ambasciatore di Tunisia; **INDREK TARRAND**, Ambasciatore di Estonia; **SILUMELUME** KuFUNDUKA MuBUKWANU, Ambasciatore di Zambia; **ABRAHAM DOUKOURE**, Ambasciatore di Guinea; **PRASAD KARIYAWASAM**, Ambasciatore dello Sri Lanka; **CHULUUNY BATJARGAL**, Ambasciatore della Mongolia; **PATRICIA NOZIPHO JANUARY BARDILL**, Ambasciatore del Sud Africa; **GIBRIL SEMAN JOOF**, Ambasciatore di Gambia, tutti accreditati presso la Santa Sede.

Lunedì, 18 Giugno 2001, S.E. il Signor **MÁXIMO PACHECO GÓMEZ**, Ambasciatore del Cile presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Venerdì, 22 Giugno 2001, S.A. Em.ma **FRA ANDREW BERTIE**, Principe e Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta.

30 Aprile 2001. — Il Santo Padre ha annoverato « *ad quinquennium* » fra i Membri delle Congregazioni Romane i seguenti Em.mi Cardinali creati o pubblicati nel Concistoro del 21 febbraio 2001:

— nella Congregazione per la Dottrina della Fede i Signori Cardinali **IGNACE MOUSSA I DAOUD, GIOVANNI BATTISTA RE, IVAN DIAS, DESMOND CONNELL, ZENON GROCHOLEWSKI** e **WALTER KASPER;**

— nella Congregazione per le Chiese Orientali i Signori Cardinali **VARKEY VITHAYATHIL, LUBOMYR HUSAR, KARL LEHMANN, AGOSTINO CACCIAVILLAN** e **WALTER KASPER;**

— nella Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti i Signori Cardinali **IVAN DIAS, JUAN LUIS CIPRIANI THORNE, CLAUDIO HÜMMES, JORGE MARIO BERGOGLIO, CORMAC MURPHY-O'CONNOR, FRANÇOIS XAVIER NGUYÊN VAN THUÂN, JOSÉ SARAIVA MARTINS** e **MARIO FRANCESCO POMPEDDA;**

— nella Congregazione delle Cause dei Santi i Signori Cardinali **JÁNIS PUJATS, JUAN LUIS CIPRIANI THORNE** e **JORGE MARÍA MEJÍA;**

— nella Congregazione per i Vescovi i Signori Cardinali **DESMOND CONNELL, LOUIS-MARIE BILLÉ, KARL LEHMANN, AGOSTINO CACCIAVILLAN, ZENON GROCHOLEWSKI** e **JOSÉ SARAIVA MARTINS;**

— nella Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli i Signori Cardinali **WILFRID** Fox **NAPIER, BERNARD AGRÉ, IGNACIO ANTONIO VELASCO GARCÍA, FRANÇOIS XAVIER NGUYÊN VAN THUÂN** e **AGOSTINO CACCIAVILLAN;**

— nella Congregazione per il Clero i Signori Cardinali **MARIAN JAWORSKI, JOHANNES JOACHIM DEGENHARDT, OSCAR ANDRÉS RODRÍGUEZ MARADIAGA, JORGE MARIO BERGOGLIO, SEVERINO POLETTO, SERGIO SEBASTIANI** e **CRESCENZIO SEPE;**

— nella Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica i Signori Cardinali **FRANCISCO JAVIER ERRÁZURIZ OSSA, WILFRID** Fox **NAPIER** e **JORGE MARIO BERGOGLIO;**

— nella Congregazione per l'Educazione Cattolica i Signori Cardinali **CHRISTOPH SCHÖNBORN, JOHANNES JOACHIM DEGENHARDT, IVAN DIAS, PEDRO** RuBiANO **SÁENZ, AUDRYS JUOZAS BACKIS** e **JOSÉ DA CRUZ POLICARPO.**

14 Maggio 2001. — Il Santo Padre ha annoverato « *ad quinquennium*» fra i Membri dei Dicasteri della Curia Romana i seguenti Em.mi Cardinali creati nel Concistoro del 21 febbraio 2001:

— nel Consiglio di Cardinali e Vescovi della Sezione per i Rapporti con gli Stati della Segreteria di Stato il Signor Cardinale **GIOVANNI BATTISTA RE;**

— nel Pontificio Consiglio per i Laici i Signori Cardinali **ANTONIO JOSÉ GONZÁLEZ ZUMÁRRAGA, DESMOND CONNELL, JULIO TERRAZAS SANDOVAL, FRANCISCO ALVAREZ MARTÍNEZ, JOSÉ DA CRUZ POLICARPO** e **FRANÇOIS XAVIER NGUYÊN VAN THUÂN;**

— nel Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani i Signori Cardinali **IGNACE MOUSSA I DAOUD, FRANCISCO ALVAREZ MARTÍNEZ, LUBOMYR HUSAR** e **SERGIO SEBASTIANI;**

— nel Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia i Signori Cardinali **MARIAN JAWORSKI, FRANCISCO JAVIER ERRÁZURIZ OSSA, BERNARD AGRE, CLAUDIO HÜMMES, JORGE MARIO BERGOGLIO** e **EDWARD MICHAEL EGAN;**

— nel Pontifìcio Consiglio della Giustizia e della Pace i Signori Cardinali **THEODORE EDGAR MCCARRICK, OSCAR ANDRÉS RODRÍGUEZ MARADIAGA, BERNARD AGRE** e **JORGE MARÍA MEJÍA;**

— nel Pontifìcio Consiglio « Cor Unum » i Signori Cardinali **IGNACIO ANTONIO VELASCO GARCÍA** e **CLAUDIO HÜMMES;**

— nel Pontifìcio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti i Signori Cardinali **GERALDO MAIELLA AGNELO** e **PEDRO RUBIANO SÁENZ;**

— nel Pontifìcio Consiglio per gli Operatori Sanitari il Signor Cardinale **JOSÉ SARAIVA MARTINS;**

— nel Pontifìcio Consiglio per i Testi Legislativi i Signori Cardinali **IGNACE MOUSSA I DAOUD, AGOSTINO CACCIAVILLAN, ZENON GROCHOLEWSKI** e **MARIO FRANCESCO POMPEDDA;**

— nel Pontifìcio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso i Signori Cardinali **CLAUDIO HÜMMES, SERGIO SEBASTIANI, CRESCENZIO SEPE** e **JORGE MARÍA MEJÍA;**

— nel Pontifìcio Consiglio della Cultura i Signori Cardinali **IVAN DIAS, LOUIS-MARIE BILLÉ, CLAUDIO HÜMMES, JOSÉ DA CRUZ POLICARPO, JORGE MARÍA MEJÍA** e **WALTER KASPER;**

— nel Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali i Signori Cardinali **AUDRYS JUOZAS BACKIS, OSCAR ANDRÉS RODRÍGUEZ MARADIAGA, BERNARD AGRE** e **CRESCENZIO SEPE;**

— nell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica i Signori Cardinali **THEODORE EDGAR MCCARRICK, CORMAC MURPHY-O'CONNOR** e **KARL LEHMANN;**

— nella Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede i Signori Cardinali **LOUIS-MARIE BILLÉ** e **SEVERINO POLETTO;**

— nella Pontifìcia Commissione per i Beni Culturali della Chiesa i Signori Cardinali **IVAN DIAS, GERALDO MAIELLA AGNELO, AUDRYS JUOZAS BACKIS, SEVERINO POLETTO** e **JORGE MARÍA MEIÍA.**

Sua Santità, inoltre, ha annoverato fra i Consiglieri della Pontifìcia Commissione per l'America Latina i Signori Cardinali **ANTONIO JOSÉ GONZÁLEZ ZUMÁRRAGA, FRANCISCO JAVIER ERRÁZURIZ OSSA, JULIO TERRAZAS SANDOVAL,**

OSCAR ANDRÉS RODRÍGUEZ MARADIAGA, IGNACIO ANTONIO VELASCO GARCÍA, JUAN LUIS GIPRIANI THORNE, CLAUDIO HÜMMES e **AGOSTINO CACCIAVILLAN.**

Giovedì 7 giugno 2001 il Santo Padre ha presieduto una riunione degli Em.mi Signori Cardinali Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

Da sabato 23 a mercoledì 27 giugno il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Ucraina.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo "Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

23 aprile 2001. Mons. Agostino De Angelis, *Prelato Uditore del Tribunale della Rota Romana.*

19 maggio » S.E. mons. Erwin Josef Ender, Arcivescovo tit. di Germania di Numidia, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Ceca.*

22 giugno » S.E. mons. Luigi Ventura, Arcivescovo tit. di Equilio, *Nunzio Apostolico in Canada.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

4 aprile 2000. P. Pascual Piles Ferrando, Priore Generale dell'Ordine Ospedaliero di S. Giovanni di Dio (Fate Bene Fratelli) *Membro del Pontificio Consiglio « Cor Unum » « ad quinquennium ».*

23 » » S.E. mons. Daniel Adwok, Vescovo tit. di Mossori, *Membro del Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso « ad quinquennium ».*

14 maggio » S.E. mons. Angelo Acerbi, Arcivescovo tit. di Zella, *Membro del Consiglio di Cardinali e Vescovi della Sezione per i Rapporti con gli Stati della Segreteria di Stato.*

» » » S.E. mons. Angelo Acerbi, Arcivescovo tit. di Zella *Membro della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli « ad quinquennium ».*

» » » S.E. mons. Renato Dardozzi, Accademico Onorario della Pontificia Accademia delle Scienze, *Consultore del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace e del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari « ad quinquennium ».*

28 » » S.E. mons, Marc Ouellet, Vescovo tit,, di Agropoli, *Consultore della Congregazione per la Dottrina della Fede « ad quinquennium ».*

4 giugno 2000. S.E. mons. Giampaolo Crepaldi, Vescovo tit. di Bisarcio, Segretario del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace, *Membro del Consiglio della Pontificia Accademia delle Scienze Sociali «durante munere».*

11 » » Gli Em.mi Signori Cardinali Joseph Ratzinger, Franciszek Macharski, Godfried Danneels, Jean-Marie Lustiger, Jozef Tomko, Eduardo Martínez Somalo, Achille Silvestrini, Edmund Casimir Szoka, Pio Laghi, *Membri del Consiglio di Cardinali e Vescovi della Sezione per i Rapporti con gli Stati della Segreteria di Stato « in aliud quinquennium seu usque ad 80um ».*

18 » » L'Em.mo Signor Cardinale Henri Schwery, *Membro della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*

26 » » L'Em.mo Signor Cardinale Edward Idris Cassidy, *Membro della Congregazione per i Vescovi « in aliud quinquennium ».*

NECROLOGIO

2 maggio 2001. Mons. André R. Jacq, Vescovo tit. di Cerasa.

5 » » Mons. Paul Bui Chu Tao, Vescovo em. di Phát Diem *(Vietnam).*

» » » Mons. Jean-Berchmans Nterere, Vescovo di Muyinga *(Burundi).*

17 » » Mons. Renato Spallanzani, Vescovo em. di Palestrina *(halia).*

24 » » Mons. Domenico Vacchiano, Arcivescovo Prelato em. di Pompei *(Italia).*

25 » » Mons. Luis Munive Escobar, Vescovo em. di Tlaxcala *(Messico).*

29 » » Mons. Alberto A. Brazzini Díaz-Ufano, Vescovo tit. Assava.

4 giugno » Mons. Giuseppe Laigueglia, Arcivescovo tit. di Elie.

11 » » Card. Pierre Eyt, del Titolo della SS. Trinità al Monte Pincio, Arcivescovo di Bordeaux.

13 » » Mons. Salvatore Delogu, Vescovo em. di Valva e Sulmona *(Italia).*

17 » » Card. Thomas J. Winning, del Titolo di S. Andrea delle Fratte, Arcivescovo di Glasgow.

Recens nuntiatum est Josephum P. Rovaio Azcué, episcopum em. Zacatecensem, die 30 m. Septembris a. 1999 de vita decessisse.

An. et vol. XCIII · 3 Augusti 2001 · N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus beatis Cyrillo Bertrando et VIII Sociis Instituti Fratrum Scholarum Christianarum nec non beato Innocentio ab Immaculata Conceptione, presbytero professo ex Congregatione Passionis Iesu Christi, Sanctorum caelitum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « *Noster municipatus in caelis est* » *(Philp* 3, 20). Spiritus Sancti lumine illustrati, amici Domini Iesu vitam degunt in terra, cor autem eorum in caelestem intenditur urbem, quam per evangelicam viam ingredientur. Aeternae patriae exspectatio, quae omnes Dei filios robore cumulat, leve suaveque reddit aerumnarum pondus eorum qui hac in terrestri civitate improperium sui Magistri et Redemptoris (cfr *Heb* 13, 13) participant. Spes regnandi cum Christo et edendi de ligno vitae (cfr *Apc* 2, 7) beatos Cyrillum Bertrandum eiusque socios sustinuit dum, viam crucis percurrentes, ad proprium pro fide effundendum sanguinem sese parabant, saeviente Hispanico bello.

Novem ex his beatis pertinebant ad Institutum Fratrum Scholarum Christianarum, quod sapienter condidit Sanctus Ioannes Baptista de La Salle, ad christianam iuvenum institutionem provehendam. Ex quibus octo sodales erant communitatis oppidi *Turón*, ex archidioecesi Ovetensi, ubi humanae, christianae et culturali iuvenum progressioni summo cum studio prospiciebant. Mane diei v mensis Octobris anno MCMXXXVI Cyrillus Bertrandus eiusque consodales sese congregarunt ad Eucharisticam participandam liturgiam, cui praeerat P. Innocentius ab Immaculata Conceptione, profes-

sus ex Congregatione Passionis Iesu Christi. Repente complures homines, Ecclesiae eiusque filiorum odio compulsi, irruerunt in domum, illos inermes religiosos apprehenderunt statimque duxerunt eos in carcerem ubi quattuor commorati sunt dies. Eorum fides, fortitudo, animi aequitas et in Dei voluntatem deditio magno fuerunt solacio ceteris sociis adversitatis. Mane diei **IX** mensis Octobris in locum martyrii ducti sunt. Ne ullus quidem questus ex illorum ore ortus est; submissa tamen voce orabant, spei et caritatis flammam alentes.

Cum in locum pervenerunt, quem carnifices delegerant, fossam ad hoc paratam circumsteterunt ibique plumbo interfecti martyrii palmam sunt adepti. Sunt sequentes:

1. - Cyrillus Bertrandus, in saeculo vocatus Iosephus Sanz Tejedor, Lermae natus die xx mensis Martii anno **MDCCCLXXXVIII**, institutionis ministerium diversis in locis omnimoda explicavit deditione; extremis vitae suae annis in oppido *Turón* moderatus est Scholam a Domina Nostra vulgo de Covadonga.

2. - Marcianus Iosephus, in saeculo Philomenus López López, natus in loco *El Pedregal*, die xvn mensis Novembris anno **MCM**. Audiendi sensu carens, fabrilia suscepit opera, quae diligenter exercuit.

3. - Iulianus Alfredus, in saeculo Vilfredus Fernández Zapico, in vico vulgo *Cifuentes de Rueda*, ortus die xxiv mensis Decembris anno **MCMIII**; religiosam consecrationem et munus alios instituendi summa animi vixit magnitudine.

4. - Victorianus Pius, in saeculo Claudius Bernabé Cano, natus in pago appellato *San Millán de Lara*, die **VII** mensis Iulii anno **MCMV**; institutioni alacriter se dedit, moderator exstitit scholae cantorum et actuosam liturgicarum et scholasticarum actionum participationem promovit.

5. - Beniaminus Iulianus, in saeculo Vincentius Alonso Andrés, natus in vico *Jaramillo de la Fuente*, die xxvn mensis Octobris anno **MCMVIII**; summopere adlaboravit et perstitit in studiis et religiosa formatione; cum vero metam contigit, praeceptor exstitit ab omnibus aestimatus.

6. - Augustus Andreas, in saeculo Romanus Martínez Fernández, Andreopoli natus die vi mensis Maii anno **MCMX**; Fratrum Scholarum Christianarum olim alumnus, eos vestigiis persequi voluit itaque Deo se consecravit et iuvenum institutioni.

7. - Benedictus a Iesu, in saeculo Hector Valdivielso Sáez, natus Bonaëropoli in Argentina ab Hispanis parentibus die xxxi mensis Octobris anno MCMX; docendi munus ferventer implevit, varia exercuit apostolatus opera et innumera edidit scripta.

8. - Anieetus Adolfus, in saeculo Emmanuel Seco Gutiérrez, ortus in loco *Celada Mariantes*, Andreopoli, die iv mensis Octobris anno MCMXII; spiritali vitae suae accurate prospexit et ad magisterium diligenter se paravit.

9. - Eandem horum beatorum condicionem pertulit beatus Innocentius ab Immaculata Conceptione, in saeculo vocatus Emmanuel Canoura Arnau, natus in loco Sancta Caecilia Vallis Aureae, die x mensis Martii anno MDCCCLXXXVII. Presbyteratus ordine auctus anno MCMXIII, statim vires insumere coepit in assidua pastorali actuositate exsequenda et in diversis disciplinis tradendis. Pridie quam mortem obiret, in oppidum *Turón* se contulerat apud Fratres Scholarum Christianarum ut, occasione primae feriae vi mensis, iuvenibus scholae reconciliationis sacramentum ministraret.

10. - Elapso quodam temporis spatio, die xvm mensis Ianuarii anno MCMXXXVII, martyrium quoque passus est alius frater Scholarum Christianarum, nempe beatus Iacobus Hilarius, in saeculo Emmanuel Barbai Cosan, natus in loco *Enviny*, Illerdae, die II mensis Ianuarii anno MDCCCXCVIII. Aliquot per annos in variis Instituti domibus magisterium sedule curavit; deinde tamen, surditate laborans, fabrilia exsequi debuit opera. Paulo ante martyrium in loco Tarracone, ex archidioecesi Tarraconensi, suis dixit insectatoribus: Pro Christo mori est regnare!

Heroicum fidei testimonium horum Christi discipulorum summa habetur veneratione a populo Dei, qui eos veros martyres esse usque censuit. Causa canonizationis martyrum oppidi *Turón* incohata est ab archiepiscopo Ovetensi; causa autem beati Iacobi Hilarii ab archiepiscopo Tarraconensi est instructa. Servatis de iure servandis, Nosmet Ipsi, die xxix mensis Aprilis anno MCMXC beatorum caelitum titulo eos sollemniter exornavimus. Vespere eiusdem diei in Nicaraguana natione mira patrabatur sanatio, intercessioni beatorum quos supra memoravimus adscripta. Eventus hic apud Congregationem de Causis Sanctorum sedule fuit perspectus, et die xxi mensis Decembris anno MCMXCVIII Nobis coram decretum super miraculo prodiit. Postea, faventem excipientes sententiam Fratrum Nostrorum Cardinalium et Episcoporum in Consistorio die II mensis Iulii anno MCMXCIX habito, statuimus ut canonizationis ritus eodem anno Romae perageretur die XXI mensis Novembris.

Hodie igitur in Vaticana Basilica Sancti Petri Apostoli, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:


Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Cyrillum Bertrandum et VIII Socios nec non Innocentium ab Immaculata, Benedictum Menni et Thomam a Cori Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem decrevimus, et nunc et in posterum tempus vim sortiri volumus, contrariis rebus minime officientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxi mensis Novembris, anno MCMXCIX, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco ffl Plumbi
In Secret. Status tab., n. 480.670

LITTERAE APOSTOLICAE

Venerabili Dei Servae Mariae Stellae Mardosewicz et decem sociis Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Maiorem dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis» *[Io* 15, 13). Dominus Iesus qui se libere gratuitoque pro mundi salute obtulit, suos discipulos docuit ut eius exemplum sequerentur, invicem diligentes quemadmodum ipse eos dilexit (cfr *Io* 15, 12).

Divinam hanc disciplinam in se receperunt eamque re adimpleverunt Soror Maria Stella a Sanctissimo Sacramento et decem sociae, quae pertinuerunt ad Congregationem Sororum Sacrae Familiae de Nazareth, quam condidit Beata Maria a Iesu Bono Pastore (saeculari nomine Francisca Siedliska vocata). Hae Dei xi Servae gratiae semen prudenter coluerunt, quod in Baptismo in earum cordibus iactum est; studiose suam religiosam consecrationem tenuerunt atque humili operosaque caritate urbis *Nowogródek* genti inservierunt, quae tunc ad Poloniam pertinebat nunc ad Bielorussiam. Transfigurationis Domini Nostri templum curare atque pueris christianam doctrinam tradere solebant. Plurium stirpium cum illius regionis hominibus ex facili sociabantur iisque pacis ac belli tempore opem ferre conabantur.

Anno MCMXXXIX *Nowogródek* urbs a Russorum exercitu capta est, quam deinde Germanorum copiae tenuerunt, compluribus illatis aerumnis ac motibus itemque adversus catholicam Ecclesiam vitamque religiosam impedimentis inductis. Transfigurationis templum, quod Sorores custodiebant, solacium et spem in illis violentiae tenebris praebuit. Sororum Sacrae Familiae de Nazareth apostolatus nazistarum odium genuit, qui anno MCMXLIII plus quam cxx homines ceperunt, ut eosdem necarent. Sorores Christi caritate compulsae, suam vitam tradere pro obsidibus decreverunt, inter quos complures matresfamilias et annumerabantur patresfamilias. Idem propositum, ut unus illius loci sacerdos liberaretur, iterarunt. Deus ipsarum precationes audivit. Die xxxi mensis Iulii anno MCMXLIII in vincula coniectae sunt. Noctu ad supremum sacrificium se comparaverunt. Subsequenti die, prima luce, extra civitatem perductae sunt, quae post precationem, bene-

dictione ab antistita accepta, in vicem valedixerunt. Singillatim per ictum in capite prope foveam iam paratam interemptae sunt. Hae sunt Dei Servae quae martyrii coronam adeptae sunt:

1. Soror Maria Stella a Sanctissimo Sacramento (saeculari nomine Adelaidis Mardosewicz vocata). Complura ipsa officia sustinuit in urbe *Nowogródek*, secundo universali bello ingruente, antistitae partes egit. Animi bonitate, liberalitate, in proximum caritate ac precatione enituit.

2. Soror Maria Imelda a Iesu Hostiae, saeculari nomine Hedvigis Carolina Zak appellata.

3. Soror Maria Raimunda a Iesu et Maria, saeculari nomine Anna Kukolowicz vocata.

4. Soror Maria Daniela a Iesu et Maria Immaculata, saeculari nomine Eleonora Aniela Józwik vocata.

5. Soror Maria Canuta a Iesu in Horto Gethsemani, saeculari nomine Iosepha Chrobot appellata.

6. Soror Maria Sergia a Virgine Perdolente, saeculari nomine Iulia Rapiej vocata.

7. Soror Maria Guidona a Divina Misericordia, saeculari nomine Helena Cierpka appellata.

8. Soror Maria Canisia, saeculari nomine Eugenia Mackiewicz vocata.

9. Soror Maria Felicitas, saeculari nomine Paulina Borowik appellata.

10. Soror Maria Heliodora, saeculari nomine Leocadia Matuszewska vocata.

11. Soror Maria Boromea, saeculari nomine Veronica Narmontowicz appellata.

Servae hae Dei, interemptae, fidei martyres habitae sunt. Canonizationis Causa, illius loci condiciones cum sinerent, apud Curiam Varsaviensem instituta est. Cunctis perfectis rebus, Nobis coram die xxvm mensis Iunii anno MCMXCIX Decretum super martyrio prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus die v mensis Martii Iubilaris anni bismillesimi ageretur.

Hoc igitur die in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Hectoris de Araújo Sales Archiepiscopi Natalensis, Michaelis Cardinalis Michai Kitbunchu Archiepiscopi Bangko-

Mensis, Alexandri Kaszkiewicz Episcopi Grodnensis Latinorum, Richardi Cardinalis Vidal Archiepiscopi Caebuani, et Pauli Iosephi Pham Dinh Tung Archiepiscopi Hanoiensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Andreas de Soveral, Ambrosius Franciscus Ferro et viginti octo Socii, Nicolaus Bunkerd Kitbamrung, Maria Stella Adelaidis Mardosewicz et decem Sociae, Petrus Calungsod et Andreas a Phú Yen Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Andreae de Soveral, Ambrosii Franciscus Ferro et viginti octo Sociorum die tertia Octobris; Nicolai Bunkerd Kitbamrung die decima secunda Ianuarii; Mariae Stellae Adelaidis Mardosewicz et decem Sociarum die quarta Septembris; Petri Calungsod die secunda Aprilis; et Andreae a Phú Yen die vicesima sexta Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Hominibus cunctis luculenta exhibent exempla praeclarae hae martyres sorores, unde catholica fides et probanda opera usque proferantur et quam plurimos homines ubique terrarum attingant, qui supernis firmati praesidiis salutifera Domini dona et beneficia ubertim consequantur.

Quae autem decrevimus, volumus nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non efficientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Martii, anno **MM**, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

De mandato Summi Pontificis
83 **ANGELUS** card. **SODANO**

Loco £8 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 482.623

DECLARATIO CONIUNCTA

We, Pope John Paul II, Bishop of Rome, and Christódoulos, Archbishop of Athens and All Greece, standing before the berna of the Areopagus, from which Saint Paul, the Great Apostle to the Nations, "called to be an Apostle, set apart for the Gospel of God"[1] preached to the Athenians the

[1] ***Born*** 1:1.

One True God, Father, Son and Holy Spirit, and called them unto faith and repentance, do hereby declare:

1. We give thanks to the Lord for our meeting and communication with one another, here in the illustrious City of Athens, the Primatial See of the Apostolic Orthodox Church of Greece.

2. We repeat with one voice and one heart the words of the Apostle to the Nations: "I appeal to you, brethren, by the name of our Lord Jesus Christ, that all of you agrée and that there be no schisms among you, but that you be united in the same mind and the same judgment".[2] We pray that the whole Christian world will heed this exhortation, so that peace may come unto "all those who in every place call on the name of our Lord Jesus Christ".[3] We condemn ali recourse to violence, proselytism and fanaticism in the name of religion. We especially maintain that relations between Christians, in ali their manifestations, should be characterized by honesty, prudence and knowledge of the matters in question.

3. We observe that man's social and scientific évolution has not been accompanied by a deeper delving into the meaning and value of life, which in every instance is a gift of God, nor by an analogous appréciation of man's unique dignity, as being created according to the Creator's image and likeness. Moreover, economic and technological development does not belong equally to all mankind but belongs only to a very small portion of it. Furthermore, the improvement of living standards has not brought about the opening of men's hearts to their neighbours who suffer hunger and are naked. We are called to work together for the prevailing of justice, for the relief of the needy and for the ministry unto those who suffer, e ver keeping in mind the words of St. Paul: "the kingdom of God does not mean food and drink but righteousness and peace and Joy in the Holy Spirit".[4]

4. We are anguished to see that wars, massacres, torture and martyrdom constitute a terrible daily reality for millions of our brothers. We commit ourselves to struggle for the prevailing of peace throughout the whole world, for the respect of life and human dignity, and for solidarity towards all who are in need. We are pleased to add our voice to the many voices

[2] ***1 Cor*** 1:10.
[3] ***Ibid.,*** 1:2.
[4] ***Rom*** 14:17.

around the world which have expressed the hope that, on the occasion of the Olympic Games to be held in Greece in 2004, the ancient Greek tradition of the Olympic Truce will be revived, according to which all wars had to stop, and terrorism and violence had to cease.

5. We follow carefully and with unease what is referred to as globalization. We hope that it will bear good fruit. However, we wish to point out that its fruits will be harmful if what could be termed the "globalization of brotherhood" in Christ is not achieved in all sincerity and efficacy.

6. We rejoice at the success and progress of the European Union. The union of the European world in one civil entity, without her people losing their national self-awareness, traditions and identity, has been the vision of its pioneers. However, the emerging tendency to transform certain European countries into secular states without any référence to religion constitutos a rétraction and a denial of their spiritual legacy. We are called to intensify our efforts so that the unification of Europe may be accomplished. We shall do everything in our power, so that the Christian roots of Europe and its Christian soul may be preserved inviolate.

With this Common Statement, we, Pope John Paul II, Bishop of Rome, and Christódoulos, Archbishop of Athens and Ali Greece, wish that "our God and Pather and our Lord Jesus direct our way, so that we may increase and abound in love towards one another and towards ali men and establish the hearts of ali unblameable in holiness before our God and Father, at the coming of the Lord Jesus with ali his saints".[5] Amen.

Athens, at the Areopagus, 4 May 2001

IOANNES PAULUS PP. **II** © **CHRISTÓDOULOS**

[5] Cf. ***1 Thess*** 3:11-13

ALLOCUTIONES

I

Ad episcopos Coreae.*

Dear Brother Bishops,

1. It is with great affection in the Lord that I welcome you, the Bishops of Korea, on the occasion of your visit *ad Limina Apostolorum.* You have come once more on pilgrimage to the tombs of the Apostles Peter and Paul, to confess the apostolic faith and to pray for your own episcopal ministry and for the needs of Church in your country. In this meeting we celebrate together the bonds of truth and communion which unite your local Chur ches with the See of Peter. As you contemplate the witness given by the Apostles *usque ad effusionem sanguinis,* you are able to reflect on your ministry in the light of their teaching and example, and draw fresh inspiration for your work in the service of the Gospel and in the building up of Christ's body, the Church.

My mind goes back to my two visits to your country, when I saw for myself how the Church has grown and flourished since the time when the Gospel seed was first sown there over two centuries ago. This year, in fact, you are commemorating the two hundredth anniversary of the first major wave of persécution in Korea, which led to the martyrdom of over three hundred of the faithful. These holy men and women took to heart the words of the Apostle of the Nations: "I count everything as loss because of the surpassing worth of knowing Christ Jesus my Lord. For his sake I have suffered the loss of ail things, and I count them as refuse, in order that I may gain Christ".[1] Korea's first native priest, Saint Andrew Kim Tae-gön, whom I had the joy of canonizing in 1984, urged the faithful to accept persécution since the Church in Korea could be no stranger to the sufferings of Christ and the Apostles. The sacrifice of your martyrs, willingly undergone for the sake of the Lord Jesus Christ who had made them his own, as he had Saint Paul,[2] has indeed borne a rich harvest, and we must

* Die 24 Martii 2001.,

[1] *PMI* 3:8.

[2] Cf, ***ibid.,*** 3:12.

pray that it will continue to be a source of pride, hope, strength and inspiration for all Christians throughout the península.

2. Two important events form the background to your présent *ad Limina* visit: the Special Assembly for Asia of the Synod of Bishops and the grace-filled expérience of the Great Jubilee of the Year 2000. Some of you were présent at that Assembly, which took place in April and May 1998 and was the occasion for a fruitful and enriching reflection on the challenges posed for evangelization in a continent where Christians form a very small minority. Inspired by the thème: *Jesus Christ the Saviour and his Mission of Love and Service in Asia: "...that they may have life and have it abundantly"*,[3] the Synod examined ways "to illustrate and explain more fully the truth that Christ is the one Mediator between God and man and the sole Redeemer of the world".[4] On the basis of the Apostolic Exhortation *Ecclesia in Asia* and following on the expérience of the Great Jubilee of the Year 2000, the task before you now is that of harvesting the fruits of thèse célébrations and laying solid foundations for a new springtime for Christianity in your own country and throughout the continent.

At the close of the "year of favor" which the Jubilee has been for the entire Church, in the Apostolic Letter *Novo millennio ineunte* I offered some thoughts on how we might profit from its many blessings and put the grâces received into practice in resolutions and guidelines for action.[5] The success of all our initiatives will dépend ultimately on their being founded on Christ himself, who continues to accompany the Church on her pilgrim journey "to the close of the age".[6] In a sense, the program to be implemented already exists: it is to be found in the Gospel and the Church's living Tradition. It has its center in Christ himself "who is to be known, loved and imitated, so that in him we may live the life of the Trinity, and with him transform history until its fulfilment in the heavenly Jerusalem".[7] Though it takes account of the circumstances of time and place for the sake of true dialogue and effective communication, this program does not change with shifts in prevailing attitudes. Yours is the responsibility of constantly identifying the features of a pastoral plan adapt-

[3] ***Jn*** 10:10.

[4] ***Tertio millennio adveniente,*** 38

[5] Cf. No. 3.

[6] ***Mt*** 28:20,,

[7] ***Novo millennio ineunte,*** 29.

ed to the needs and aspirations of God's people, a plan which will enable all to hear ever more clearly the Good News of Christ and bring the truths and values of the Gospel to bear ever more incisively on the family, on culture, on society itself. The successors of the Apostles should ne ver be afraid of proclaiming the full truth about Jesus Christ, in ail its challenging reality and demands, since the truth has an intrinsic power to draw the human heart to ail that is good, noble and beautiful.

2. Ricchi dell'esperienza vissuta, avete fatto ritorno alle vostre case e alle abituali occupazioni, ed ora vi apprestate a celebrare a livello diocesano, insieme con i vostri Pastori, la XVI Giornata Mondiale della Gioventù.

Per questa occasione, vorrei invitarvi a riflettere sulle condizioni che Gesù pone a chi decide di essere suo discepolo: « Se qualcuno vuol venire dietro a me — Egli dice —, rinneghi se stesso, prenda la sua croce e mi segua ».[4] Gesù non è il Messia del trionfo e della potenza. Infatti non ha liberato Israele dal dominio romano e non gli ha assicurato la gloria politica. Come autentico Servo del Signore, ha realizzato la sua missione di Messia

[2] Cfr ***Omelia a Tor Vergata,*** 20 agosto 2000.

[3] ***Eb*** 13, 8.

[4] ***Le*** 9, 23,

nella solidarietà, nel servizio, nell'umiliazione della morte. È un Messia al di fuori di ogni schema e di ogni clamore, che non si riesce a « capire » con la logica del successo e del potere, usata spesso dal mondo come criterio di verifica dei propri progetti ed azioni.

Venuto per compiere la volontà del Padre, Gesù rimane fedele ad essa fino in fondo e realizza così la sua missione di salvezza per quanti credono in Lui e Lo amano, non a parole, ma concretamente. Se è l'amore la condizione per seguirlo, è il sacrificio che verifica l'autenticità di quell'amore.[5]

3. « Se qualcuno vuol venire dietro a me, rinneghi se stesso, prenda la sua croce e mi segua ».[6] Queste parole esprimono la radicalità di una scelta che non ammette indugi e ripensamenti. E un'esigenza dura, che ha impressionato gli stessi discepoli e nel corso dei secoli ha trattenuto molti uomini e donne dal seguire Cristo. Ma proprio questa radicalità ha anche prodotto frutti mirabili di santità e di martirio, che confortano nel tempo il cammino della Chiesa. Oggi ancora questa parola suona scandalo e follia.[7] Eppure è con essa che ci si deve confrontare, perché la via tracciata da Dio per il suo Figlio è la stessa che deve percorrere il discepolo, deciso a porsi alla sua sequela. Non ci sono due strade, ma una soltanto: quella percorsa dal Maestro. Al discepolo non è consentito di inventarne un'altra.

Gesù cammina davanti ai suoi e domanda a ciascuno di fare quanto Lui stesso ha fatto. Dice: io non sono venuto per essere servito, ma per servire; così chi vuol essere come me sia servo di tutti. Io sono venuto a voi come uno che non possiede nulla; così posso chiedere a voi di lasciare ogni tipo di ricchezza che vi impedisce di entrare nel Regno dei cieli. Io accetto la contraddizione, l'essere respinto dalla maggioranza del mio popolo; posso chiedere anche a voi di accettare la contraddizione e la contestazione, da qualunque parte vengano.

In altre parole, Gesù domanda di scegliere coraggiosamente la sua stessa via; di sceglierla anzitutto « nel cuore », perché l'avere questa o quella situazione esterna non dipende da noi. Da noi dipende la volontà di essere, in quanto è possibile, obbedienti come Lui al Padre e pronti ad accettare fino in fondo il progetto che Egli ha per ciascuno.

4. « Rinneghi se stesso ». Rinnegare se stessi significa rinunciare al proprio progetto, spesso limitato e meschino, per accogliere quello di Dio: ecco

[5] Cfr Lett,, ap, ***Salvifici doloris,*** 17-18

[6] ***Lc*** 9, 23.

[7] Cfr ***1 Cor I,*** 22-25

il cammino della conversione, indispensabile per l'esistenza cristiana, che ha portato l'apostolo Paolo ad affermare: « Non sono più io che vivo, ma Cristo vive in me ».[8]

Gesù non chiede di rinunciare a vivere, ma di accogliere una novità e una pienezza di vita che solo Lui può dare. L'uomo ha radicata nel profondo del suo essere la tendenza a « pensare a se stesso », a mettere la propria persona al centro degli interessi e a porsi come misura di tutto. Chi va dietro a Cristo rifiuta, invece, questo ripiegamento su di sé e non valuta le cose in base al proprio tornaconto. Considera la vita vissuta in termini di dono e gratuità, non di conquista e di possesso. La vita vera, infatti, si esprime nel dono di sé, frutto della grazia di Cristo: un'esistenza libera, in comunione con Dio e con i fratelli.[9]

Se vivere alla sequela del Signore diventa il valore supremo, allora tutti gli altri valori ricevono da questo la loro giusta collocazione ed importanza. Chi punta unicamente sui beni terreni risulterà perdente, nonostante le apparenze di successo: la morte lo coglierà con un cumulo di cose, ma con una vita mancata.[10] La scelta è dunque tra essere e avere, tra una vita piena e un'esistenza vuota, tra la verità e la menzogna.

5. « Prenda la sua croce e mi segua ». Come la croce può ridursi ad oggetto ornamentale, così « portare la croce » può diventare un modo di dire. Nell'insegnamento di Gesù quest'espressione non mette, però, in primo piano la mortificazione e la rinuncia. Non si riferisce primariamente al dovere di sopportare con pazienza le piccole o grandi tribolazioni quotidiane; né, ancor meno, intende essere un'esaltazione del dolore come mezzo per piacere a Dio. Il cristiano non ricerca la sofferenza per se stessa, ma l'amore. E la croce accolta diviene il segno dell'amore e del dono totale. Portarla dietro a Cristo vuol dire unirsi a Lui neh"offrire la prova massima dell'amore.

Non si può parlare di croce senza considerare l'amore di Dio per noi, il fatto che Dio ci vuole ricolmare dei suoi beni. Con l'invito « seguimi » Gesù ripete ai suoi discepoli non solo: prendimi come modello, ma anche: condividi la mia vita e le mie scelte, spendi insieme con me la tua vita per amore di Dio e dei fratelli. Così Cristo apre davanti a noi la « via della vita », che è purtroppo costantemente minacciata dalla « via della morte ». Il peccato è questa via che separa l'uomo da Dio e dal prossimo, provocando divisione e minando dall'interno la società.

[8] ***Gal*** 2, 20

[9] Cfr ***Gaudium et spes,*** 24,

[10] Cfr ***Lc*** 12, 13-21

La «via della vita», che riprende e rinnova gli atteggiamenti di Gesù, diviene la via della fede e della conversione. La via della croce, appunto. È la via che conduce ad affidarsi a Lui e al suo disegno salvifico, a credere che Lui è morto per manifestare l'amore di Dio per ogni uomo; è la via di salvezza in mezzo ad una società spesso frammentaria, confusa e contraddittoria; è la via della felicità di seguire Cristo fino in fondo, nelle circostanze spesso drammatiche del vivere quotidiano; è la via che non teme insuccessi, difficoltà, emarginazioni, solitudini, perché riempie il cuore dell'uomo della presenza di Gesù; è la via della pace, del dominio di sé, della gioia profonda del cuore.

6. Cari giovani, non vi sembri strano se, all'inizio del terzo millennio, il Papa vi indica ancora una volta la croce come cammino di vita e di autentica felicità. La Chiesa da sempre crede e confessa che solo nella croce di Cristo c'è salvezza.

Una diffusa cultura dell'effimero, che assegna valore a ciò che piace ed appare bello, vorrebbe far credere che per essere felici sia necessario rimuovere la croce. Viene presentato come ideale un successo facile, una carriera rapida, una sessualità disgiunta dal senso di responsabilità e, finalmente, un'esistenza centrata sulla propria affermazione, spesso senza rispetto per gli altri.

Aprite però bene gli occhi, cari giovani: questa non è la strada che fa vivere, ma il sentiero che sprofonda nella morte. Dice Gesù: « Chi vorrà salvare la propria vita, la perderà, ma chi perderà la propria vita per me, la salverà». Gesù non ci illude: «Che giova all'uomo guadagnare il mondo intero, se poi si perde o rovina se stesso? ».[11] Con la verità delle sue parole, che suonano dure, ma riempiono il cuore di pace, Gesù ci svela il segreto della vita autentica.[12]

Non abbiate paura, dunque, di camminare sulla strada che il Signore per primo ha percorso. Con la vostra giovinezza, imprimete al terzo millennio che si apre il segno della speranza e dell'entusiasmo tipico della vostra età. Se lascerete operare in voi la grazia di Dio, se non verrete meno alla serietà del vostro impegno quotidiano, farete di questo nuovo secolo un tempo migliore per tutti.

Con voi cammina Maria, la Madre del Signore, la prima dei discepoli, rimasta fedele sotto la croce, da dove Cristo ci ha affidati a Lei come suoi figli. E vi accompagni anche la Benedizione Apostolica, che vi imparto di gran cuore.

Dal Vaticano, 14 Febbraio 2001.

IOANNES PAULUS PP. II

[11] ***Lc*** 9, 24-25,

[12] Cfr ***Discorso ai giovani di Roma,*** 2 aprile 1998,

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

VALENTINA

Beatificationis seu declarationis martyrii Servae Dei Mariae a Patrocinio a S. Ioanne (in saec.: Mariae Giner Gomis) Sororis professae Congregationis Sororum Mariae Immaculatae Missionariarum Claretianarum (1874-1936)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

« Venit sponsus, et quae paratae erant, intraverunt cum eo ad nuptias » *[Mt* 25, 10).

In ordinem virginum prudentium, quae vitae suae lucernam oleo aluerunt fidei, spei et caritatis atque, laetantes, obviam divino Sponso factae sunt ut eius gloriam communicarent, sine dubitatione ascribenda est Serva Dei Maria a Patrocinio a Sancto Ioanne, quae in Evangelium credidit, corde indiviso Dominum dilexit, et in humilitate ei servivit atque in via crucis illum est secuta usque ad mortem pro eodem subeundam.

Digna haec discipula Sancti Antonii Mariae Claret et Venerabilis Servae Dei Mariae Antoniae a Sancto Petro Paris Dertosae nata est die 4 mensis Ianuarii anno 1874 a Ioachim Giner Taléns et Salvatora Gomis Viia, qui ad fontem baptismalem nomen ei indiderunt Mariam de la Cinta Assumptionem. A familia, quae filiis dives fuit et multis vocationibus ad vitam consecratam, secundum Dei et Ecclesiae leges est educata. Cum postea est matre orbata, eam educandam et erudiendam curaverunt Religiosae a Maria Immaculata Missionariae Claretianae, quae alumnam illam habuerunt in collegio urbis *Carcagente,* quae non multum abest a *Puebla Larga,* ubi Dei Serva multos iam annos habitabat.

Divina vocatione animadversa, vestigia sequi voluit suarum praeceptricum, ideoque anno 1892 excepta est tamquam postulans in idem illud collegium, in quo studia peregerat. Deinde novitiatum fecit, bonitate eminens,

oboedientia et humilitate. Die 16 mensis Septembris anno 1893 vota religiosa nuncupavit.

Iussa catechismum docere et musicam, suum explevit munus cum studio, indolem firmam ostendens, disciplinae amantem, rectam et etiam benevolam, benignam, simplicem. Lenis erat erga omnes, officiosa ac piissima. In communitate religiosa diu magistra fuit novitiarum, quae eam sanctam habebant. Anno 1922 antistita nominata est Domus urbis *Carcagente* et anno 1925 ei, uti antistitae, mandatum est ut novum collegium conderet in regione operaria oppidi *Puerto de Sagunto* (in provincia Valentina siti), ubi mansit usque ad religiosarum expulsionem, quae contigit anno 1931.

Serva Dei suo fungebatur munere antistitae cum firmitudine et amabilitate; in corrigendo, semper ad bonum hortabatur et exemplo fuit pietate sua in Sacrum Cor Iesu et in Virginem Mariam Immaculatam, necnon amore missionum, quem suis discipulis inculcabat. Cum in Hispania bellum civile ortum est et contra catholicos persecutio atque Sorores iniuriis laedebantur, Serva Dei ad quietem sollicitabat dicendo: « Omnibus ignoscere debemus; ii nesciunt quid faciant ». Eodem modo illos tractavit, qui ei mortem minitabantur. Cum astricta est oppidum *Puerto de Sagunto* relinquere, cum suis sodalibus Sororibus ad Domum urbis *Carcagente* confugit. Ibi religiosae duas vitae rationes susceperunt: alterae, vestibus indutae civilibus, in scholis ducebant; alterae, vestibus indutae Sororum, in communitate manebant. Serva Dei ad hunc coetum pertinebat.

Interim persecutio adversus Ecclesiam, eius filios eiusque institutiones violentior facta erat et in urbe *Carcagente* graves ac terrificas habuit significationes. Die 13 mensis Maii anno 1936 Soror Maria a Patrocinio a Sancto Ioanne, relicta cum Sororibus domo, ad diversa loca confugit, donec familiae amicae hospitalitatem accepit. Possibilitate considerata ut occideretur utpote cum Soror esset, iterare solebat: « Domine, si lapillo opus est crepidini tuae, ecce me ». Ibi saepe est a militianis interrogata, qui die 13 mensis Novembris eodem anno prodierunt ad eam deducendam; ipsa obviam eis facta est animose et, nequaquam renisa, autocinetum conscendit. Inter viam ad locum occisionis, de Deo suos persecutores est allocuta, dixitque eis fore ut, si illam necarent, portas caeli ipsi aperirent, sed ii grave committerent peccatum; sed quoquo modo se eis ex animo veniam esse daturam. Haec evangelica sentiens, obviam Sponso se dedit lucerna cum accensa. Eodem illo vespere est plumbea glande interfecta in loco "El Portichol de Valldigna" sicque, victrix, martyrii palmam est adepta.

Quotquot eius mortis circumstantias cognoverunt, martyrem illam putaverunt. Quae fama subsequentibus annis perduravit; quam ob rem Archiepiscopus Valentinus beatificationis seu declarationis martyrii Causae initium fecit per celebratum Processum Ordinarium Informativum (annis 1963-1964), qui est a Congregatione de Causis Sanctorum probatus decreto die 6 mensis Martii anno 1992 promulgatum. Confecta Positione, disceptatum est an Servae Dei mors verum fuisset martyrium. Die 27 mensis Octobris anno 1998 actus est, felici cum eventu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 5 mensis Decembris habita anno 2000, Causae Ponente Excellentissimo Domino Laurentio Chiarinelli, Episcopo Viterbiensi, fassi sunt Servam Dei Mariam a Patrocinio a Sancto Ioanne in odium fidei occisam esse.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servae Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis ad Se hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servae Dei Mariae a Patrocinio a S. Ioanne (in saec.: Mariae Giner Gomis), Sororis professae Congregationis Sororum Mariae Immaculatae Missionariarum Claretianarum, anno 1936 interfectae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

SB IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. S S.

& Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VALENTINA

Beatificationis seu declarationis martyrii Servi Dei Ioannis Mariae a Cruce (in saec.: Mariani García Méndez) Sacerdotis Congregationis Sacerdotum a S. Corde Iesu (1891-1936)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

« Felix, qui sortem habet pro Domino Nostro sanguinem effundendi! ». Ita Servus Dei Ioannes Maria a Cruce García Méndez, Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu sodalis, ardentem significavit appetitionem suam dum, anno 1936, in Hispania, patria eius, bellum civile saeviebat simulque contra Catholicam Ecclesiam persecutio, praesertim vero contra eius ministros.

Die 25 mensis Septembris ortus anno 1891 in oppido *San Esteban de los Patos* (in provincia Abulensi collocato), Servus Dei insequenti die 27 baptizatus est et Marianus appellatus. Primus erat ex quindecim filiis familiae agricolarum, fide divitis et vivissimo exercitio religioso.

Mature vocatio religiosa in animo parvuli Mariani germinavit, qui, ab anno 1903, frequentare coepit Seminarium dioecesanum Abulense, studia consummans et exemplarem formationem ordinatione sacerdotali die 18 mensis Martii anno 1916.

Loci *Hernansancho* parochus designatus, confestim signa dedit vitae sacerdotalis vehementer eucharisticae ac marialis atque ardoris apostolici, qui est heroicus definitus. Populus eum ut sanctum venerabatur. Is tamen affirmabat se ineluctabilem animadvertere ad vitam religiosam propensionem. Episcopus eum misit ad ministerium explicandum cappellani in novitiatu Instituti Fratrum Scholarum Christianarum in oppido collocati *Nanclares de Oca.* Sed paulo post Servus Dei ab Episcopo suo facultatem flagitavit dioecesim deserendi atque inter Carmelitas ingrediendi loci *Larrea Amorebieta* (in *Vizcaya).* Tamquam novitius receptus die 2 mensis Septembris anno 1922, nomen cepit Ioannem Mariam a Cruce, quod ei semper earum fuit.

Propter infirmam valetudinem inductus est ad Carmelum deserendum, et in suam dioecesim reversus Abulensem, ministerium paroeciale redintegravit; sed breviter, quoniam semper vivum experiebatur votum vitae religiosae. Namque anno 1925 acceptus est a Sacerdotibus a Sacro Corde Iesu in oppido *Novelda* (in provincia Lu centina posito) et die 31 mensis Octobris anno 1926, in sollemnitate Christi Regis, priora suscepit vota cum nomine Ioanne Maria a Cruce.

Ita « professionem illam amoris, oblationis, reparationis » est amplexus, quae propria est Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu, a Venerabili Servo Dei P. Leone Dehon conditae anno 1878 Augustae Viromanduorum in Gallia. Servus Dei, vivendo ex hac vocatione Sacerdotis Cordis Iesu, se praeparabat ad illam supremo sacrificio perficiendam, quod eum primum martyrum fecit Congregationis Dehonianae.

Post expletum, humili cum fidelitate, munus sibi commissum in Schola Apostolica loci *Puente la Reina* (in Navarra siti) ab anno 1927 ad annum 1936, nempe vocationum fautoris et rogatoris apud benefactores, exorto bello civili, Valentiam missus est, ut apud personas arnicas refugium quaereret. Cum in urbem pervenisset, fervor irrefrenabilis eum adduxit ad vehementer arguendum incendium ecclesiae "Santos Juanes" dictae ac violationes a militianis seditiosis et communistis factas. Statim est comprehensus et in carcerem Exemplarem Valentinum ductus. Dies erat 23 mensis Iulii anni 1936.

Per mensem quo in custodia fuit Servus Dei suis sacerdotis et religiosi moribus exemplo fuit omnibus, animum ostendens indomabilem, consentaneum cum eo, quod affirmaverat: « Optimum praemium est vitam pro Christo devovere ».

Ubi enim vesperi diei 23 mensis Augusti anno 1936, cum aliis novem vinculorum sociis, a carceris potestatibus est arcessitus ut deportaretur, laetus et alacer ibat, gaudio exsiliens, quasi praevidens se ad martyrium adductum iri.

Nocte illius diei 23 mensis Augusti est plumbea glande transfossus una cum aliis novem in loco *Silla,* parum extra Valentiam, et in fossa communi sepultus, in eiusdem pagi coemeterio.

Cum, bello civili confecto, anno 1940, fieri potuit ut victimae eruerentur, Dei Servi corpus statim est agnitum propter Crucem professionis religiosae quam secum gerebat et propter vestem scapularem Sacri Cordis, duobus piroballistae ictibus transfixam. Secum habebat etiam commentariolum personale, in quo Servus Dei per mensem, quo est in custodia detentus, horarum indicem signaverat cotidianum, quod sequi in animo habebat tamquam fidelis Sacri Cordis sacerdos.

Nunc Servus Dei in sarcophago requiescit collocato in sacrario Scholae Apostolicae loci *Puente la Reina,* quae tam cara ei fuerat.

Quolibet eius mortis nuntius pervenerat, ibi concors persuasio fuit eius martyrium verum fuisse.

Processus Ordinarius, Valentiae initus anno 1959 atque anno 1960 conclusus, probavit totam Servi Dei vitam actam esse maiore in dies spiritali ascensu, quem impensum sacrificium, ab eo vehementissime exoptatum, plene consummavit, illum Christo Redemptori similem reddens, sicut ipse Dei Servus declaraverat: « Oh, habeam et ego eandem mortem, videlicet ut vexer et moriar pro Christo! ». Huius Processus auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 1 mensis Octobris anno 1993 promulgatum. Positione confecta, inquisitum est an Servi Dei mors verum fuisset martyrium. Exitu cum prospero, die 23 mensis Februarii anno 1999 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris atque die 5 mensis Decembris anno 2000 habita est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Iosepho Sebastiano Laboa, Archiepiscopo titulari Zaráiteno.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servi Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Ioannis Mariae a Cruce (in saec.: Mariani García Méndez), Sacerdotis Congregationis Sacerdotum a S. Corde Iesu, anno 1936 interfecti, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

EB IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. œ S.

EB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VALENTINA

Beatificationis seu declarationis martyrii Servarum Dei Iosephae S. Ioannis de Deo Ruano García et Mariae Perdolentis S. Eulaliae Puig Bonany Sororum professarum Congregationis Parvarum Sororum Senum Derelictorum (f 1936)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Beati immaculati in via qui ambulant in lege Domini» *(Ps* 119, 1).

Christum secutae, qui est via quae ducit ad Patrem, Soror Iosepha Sancti Ioannis de Deo Ruano García et Soror Maria Perdolens Sanctae Eulaliae Puig Bonany de beatitudine gavisae sunt, illi tributa, qui verbum Dei audit et servat (cf. *Lc* 11, 28). Hae duae humiles ac fortes mulieres in sua consecratione manserunt atque in Evangelii testimonio perseveraverunt necnon in Dei servitio, tum etiam, cum circa eas vires tenebrarum adversus Ecclesiam eiusque filios proruperunt. Ambae sodales erant Congregationis Parvarum Sororum Senum Derelictorum, Liriae in Hispania conditae a Sancta Teresia a Iesu Jornet y Ibars (1843-1897), suamque explicabant industriam pro senibus in oppido *Requena,* intra fines posito provinciae Valentinae.

Soror Iosepha Sancti Ioannis de Deo in vitam venit die 9 mensis Iulii anno 1854 in loco *Ber ja,* in archidioecesi Granatensi. Parentes eius, Antonius Ruano Peralta et Maria Raimunda García Sánchez, eam baptizandam curaverunt biduo post ortum nomenque ei indiderunt Iosepham Mariam. Excellenter instituta professionem temporariam fecit anno 1880 et perpetuam anno 1885. Sanctam egit vitam, fideliter sua munia explens et cor bonum ostendens, magnum et amabile praesertim erga sodales sorores atque senes: comis erat, humilis ac prudens. Munere, tamquam ultimo, iuncta est antistitae Domus oppidi Requenae.

Soror Maria Perdolens Sanctae Eulaliae nata est die 12 mensis Iunii anno 1857 Bergae, in dioecesi posita Celsonensi, a Raimundo Puig Viladonat et Eulalia Bonany Badrinas. In baptismo nomen cepit Mariam Perdolentem. Professionem temporariam fecit anno 1889 et perpetuam anno 1892. Tempore comprehensionis ostiaria erat Domus Requenensis. Qui illam cognovit, Sororem simplicem, humanam, officiosam, diligentem in suo labore et hospitalem erga omnes eam meminit.

Cum in Hispania ortum est bellum civile, die 18 mensis Iulii anno 1936, Ecclesiae filii statim vexari coeperunt ob fidem suam. Octo Sorores commu-

nitatis Requenensis, iis visis quae eveniebant, precabantur ut caelitus obtinerent gratiam vim habendi vitam devovendi pro Christo, Rege suo suoque Sponso. Minis increbrescentibus et periculis, astrictae sunt habitum religiosum deponere et civilem induere. Die 29 mensis Augusti eodem anno prudenter, ut in tutum perveniret, communitas est dilapsa. Ultimae tres, quae Domum reliquerunt, duae senes Servae Dei fuerunt et iuvenis Soror Gregoria a Sanctis Innocentibus Pérez Mateo. Mane diei 7 mensis Septembris subsequentis omnes tres, tamquam religiosae agnitae, comprehensae sunt a militianis in statione hamaxostichorum Requenensi, profecturae in locum tutiorem. Illas multitudine ludifícante comprehensae sunt in valetudinario. Eadem nocte, cum nullum commisissent scelus nec rebus politicis operam dedissent, earum est mors decreta. Non obsistentes, paratae ad supremum testimonium dandum veritati per sanguinis effusionem, ductae sunt autocineto extra Requenam. In itinere, animo miti atque sereno, Dominum precabantur et suis persecutoribus christianam veniam dederunt. Plumbeis glandibus interfectae sunt die 8 mensis Septembris extra urbem patrio sermone *Buñol* denominatam. Duae Servae Dei confestim mortuae sunt, ita vitam absolventes omnino in Christi regnum impensam; Soror Gregoria a Sanctis Innocentibus vero, graviter vulnerata, salva evasit et postea praestans fuit testis mortis heroicae suarum sodalium.

Duarum Religiosarum Causa super martyrio inita est ab Archiepiscopo Valentino, qui annis 1995-1997 Inquisitionem dioecesanam instruxit, quae est a Congregatione de Causis Sanctorum probata decreto die 26 mensis Iunii anno 1998 promulgato. Praeparata Positione, disceptatum est ex iure an duarum Sororum mors haberi posset verum martyrium. Felici cum eventu, die 14 mensis Maii anno 1999 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales porro et Episcopi, audita relatione Causae Ponentis, Excellentissimi Domini Iosephi Sebastiani Laboa, Archiepiscopi titulari Zara'iteni, in Sessione Ordinaria die 5 mensis Decembris anno 2000 habita, professi sunt Sororem Iosepham Sancti Ioannis de Deo et Sororem Mariam Perdolentem Sanctae Eulaliae occisas esse in odium fidei et scienter vitam pro Christo devo visse.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servarum Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de

more convocandis eisque adstantibus Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servarum Dei Iosephae S. Ioannis de Deo Ruano García et Mariae Perdolentis S. Eulaliae Puig Bonany, Sororum professarum Congregationis Parvarum Sororum Senum Derelictorum, anno 1936 interfectarum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 Decembris A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. « S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

CLIVI ZAMORENSIS - AVELLANEDIENSIS

De finium mutatione

DECRETUM

Ad melius consulendum regimini fidelium dioecesis Clivi Zamorensis, quorum numerus in superioribus annis permultum auctus est, opportunum visum est illius circumscriptionis ecclesiasticae fines convenienter immutare.

Hac de causa, Congregatio pro Episcopis, praesulibus quorum interest auditis praehabitoque favorabili voto Exc.mi P.D. Sanctis Abril y Castellò, Archiepiscopi titularis Tamadensis, in Argentina Nuntii Apostolici, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto a dioecesi Clivi Zamorensis distrahit integrum territorium civilis regionis vulgo « departamento » *Lanús* illudque dioecesi Avellanediensi adnectit. Quamobrem documenta et acta paroeciarum in regione vulgo *Lanús* exstantium, bona temporalia, clericos et fideles respicientia, a Curia dioecesis Clivi Zamorensis

ad Curiam Avellanediensem quam primum transmittantur. Divisio vero bonorum dioecesis Clivi Zamorensis ad normam canonis 122 Codicis Iuris Canonici definiatur. Ad clerum vero quod attinet, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones illi dioecesi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium. Ad haec omnia perficienda eadem Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum Nuntium Apostolicum in Argentina deputat vel, si casus ferat, negotiorum Sanctae Sedis in illa Natione gestorem, necessarias et opportunas iisdem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eamdem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 24 mensis Aprilis anno 2001.

IOANNES B. card. RE, *Praefectus*

83 Franciscus Monterisi, *a Secretis.*

L. œ S.

In Congr pro Episcopis tab., n. 234J2001

AVELLANEDIENSIS

De nominis dioecesis mutatione

DECRETUM

Celeris magnique incrementi fidelium dioecesis Clivi Zamorensis ratione, ad melius eorum regimini consulendum, opportunum visum est ab illa circumscriptione ecclesiastica integrum territorium regionis vulgo *Lanús* nominatae distrahere atque dioecesi Avellanediensi idem adnectere. Qua de causa, Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Sanctis Abril y Castellò, Archiepiscopi titularis Tamadensis, in Argentina Nuntii Apostolici, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, praesenti Decreto, perinde

valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut dioecesis Avellanediensis novo nomine Avellanediensis-Lanusensis, vulgo *Avellaneda-Lanús* in posterum designetur.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 24 mensis Aprilis anno 2001.

IOANNES B. card. RE, *Praefectus*

83 Franciscus Monterisi, *a Secretis.*

L. m S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 436/2001

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 5 Iulii 2001. — Titulari episcopali Ecclesiae Gaudiabensi R.D. Georgium Hranic, e clero dioecesis Diacovensis, seu Bosnensis et Sirmiensis, S. Theologiae professorem apud Institutum Theologicum Diacovensem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 7 Iulii. — Coadiutorem dioecesis Portus Pacis R.P. Petrum-Antonium Paulo, Congregationis Missionariorum Oblatorum B.M.V. Immaculatae sodalem, hactenus eiusdem Congregationis in archidioecesi Carthaginensi moderatorem.

die 9 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Vilcanniensi-Forbesinae R.D. Christophorum Henricum Toohey, e clero archidioecesis Sydneyensis, ibique officii pro educatione adultorum moderatorem.

die 10 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Balianensi R.D. Andream Arteaga Manieu, e clero archidioecesis Sancti Iacobi in Chile, vicem agentem Magni Cancellarii Pontificiae Universitatis Catholicas Chiliensis, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Civitatis Imperialis Exc.mum P.D. Richardum Ezzati Andrello, S.D.B., hactenus Episcopum Valdiviensem, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Sancti Iacobi in Chile.

die 10 Iulii 2001. — Cathedrali Ecclesiae Civitatis Guayanensis, Exc.mum P.D. Marianum Iosephum Parra Sandoval, hactenus Episcopum Sancti Ferdinandi Apurensis.

die 13 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Bugellensi R.D. Gabrielem Mana, e clero archidioecesis Taurinensis, hactenus curionem paroeciae Sancto Ioanni Baptistae dicatae in eadem archidioecesi.

die 14 Iulii. — Episcopum coadiutorem dioecesis Escuintlensis, R.D. Victorem Hugonem Palma Paúl e clero archidioecesis Guatimalensis, Seminarii Nationalis studiorum moderatorem in urbe Guatimala.

die 16 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Tapacolensi Ex.mum P.D. Rogerum Cabrera López, hactenus Episcopum Tacambarensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tuxtlensi Exc.mum P.D. Iosephum Aloisium Chávez Botello, hactenus Episcopum titularem Coviensem et Auxiliarem Guadalaiarensem.

die 21 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Harlemensi Exc.mum P.D. Iosephum Mariam Punt, hactenus Episcopum titularem Nasaitensem et Administratorem Apostolicum « sede vacante » eiusdem dioecesis.

die 24 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Novarcensi, Exc.mum P.D. Ioannem Iosephum Myers, hactenus Episcopum Peoriensem.

die 25 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Caroli Borromeo R.D. Iosephum F. Advincula e clero Capicensi, hactenus paroeciae « St. Tomas of Villanueva » apud Dao curionem.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Nonensi R.D. Socratem B. Villegas, Vicarium generalem archidioecesis Manilensis, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Metropolitanae Ecclesiae Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii Exc.mum P.D. Eusebium Ansgarium Scheid, S.CL, hactenus Archiepiscopum Florianopolitanum.

NOMINATIO

Lato decreto a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus PP. II, nominavit:

die 21 Iulii 2001. — Episcopum Auxiliarem dioecesis Harlemensis, Exc.mum P.D. Ioannem Gerardum Mariam van Burgsteden, Episcopum titularem Thibilitanum, hactenus Auxiliarem praefatae dioecesis Harlemensis Administratoris Apostolici.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

INSTRUCTIO

De vitanda quorundam clericorum vagatione.

SULL'INVIO E LA PERMANENZA ALL'ESTERO DEI SACERDOTI DEL CLERO DIOCESANO DEI TERRITORI DI MISSIONE

1. La missione universale dei presbiteri «fino agli ultimi confini della terra» *(At* 1, 8) è stata ribadita con forza dal Concilio Vaticano II e dal Magistero dei Pontefici.[1] Nel Decreto sull'attività missionaria *Ad gentes,* i Padri Conciliari esortavano i presbiteri ad essere « profondamente convinti che la loro vita è stata consacrata anche al servizio delle missioni ».[2]

Lo spirito che anima questa apertura del servizio presbiterale è innanzitutto missionario, nelle varie situazioni del mondo d'oggi, in modo particolare l'evangelizzazione verso le popolazioni e i contesti socio-culturali in cui Cristo e il suo Vangelo non sono conosciuti.[3]

I Padri Conciliari avevano così continuato ed ampliato l'intuizione profetica dell'Enciclica *Fidei donum* di Pio XII, che, come sottolinea autorevolmente il Santo Padre Giovanni Paolo II, nell'Enciclica *Redemptoris missio:* « incoraggiò i Vescovi a offrire alcuni dei loro sacerdoti per un servizio temporaneo alle Chiese d'Africa, approvando le iniziative già esistenti ».[4]

2. In effetti, dalla seconda metà del Novecento, la particolare forma di cooperazione missionaria tra le Chiese dei sacerdoti diocesani detti *fidei donum* ha avuto e sta ancora avendo piena validità. Innanzitutto dalle Chiese di antica fondazione verso le Chiese particolari non solo dell'Africa, ma an-

[1] Cfr Conc, Ecum. Vat. II, Decreto sul ministero e la vita sacerdotale ***Presbyterorum ordinis,*** 10: ***AAS*** 58 (1966) 1007; Giovanni Paolo II, Lett. enc. ***Redemptoris missio,*** 7 dicembre 1990, 67-68: ***AAS*** 83 (1991) 315-326,

[2] Conc. Ecum, Vat. II, Decreto sull'attività missionaria delia Chiesa ***Ad gentes,*** 39: ***AAS*** 58 (1966) 986-987,

[3] Cfr Lett, enc. ***Redemptoris missio,*** 33: ***AAS*** 83 (1991) 278-279,

[4] Lett. enc ***Redemptoris missio,*** 68 Cfr pure S Congregazione per il Clero, Note direttive ***Postguam apostoli,*** 23 luglio 1980, 23-31: ***AAS*** 72 (1980) 360-363; Giovanni Paolo II, Esort. ap. post-sinodale ***Pastores dabo vobis,*** 25 marzo 1992, 18: ***AAS*** 84 (1992) 684-686.

che degli altri Continenti — quali l'Asia, l'America Latina e l'Oceania —, dove l'evangelizzazione esigeva ed esige ancora oggi nuova spinta e vigore per la povertà di mezzi e di personale.

Questo dono missionario ha portato a sperimentare pure lo scambio di sacerdoti diocesani tra le Chiese degli stessi territori di missione, sia nel medesimo Paese, verso zone e regioni meno evangelizzate, sia verso Paesi, più bisognosi di personale apostolico dello stesso Continente o addirittura di altri Continenti, sempre in ambito missionario. Tale scambio è certamente da promuovere e alimentare, tenuto conto della diminuzione dei missionari a vita provenienti dalle Chiese di antica fondazione.[5]

3. Questo scambio tra Chiese, frutto concreto di comunione universale, deve mantenere una forte spinta missionaria, per evitare la tendenza riscontrata di un certo numero di sacerdoti diocesani, incardinati nelle Chiese particolari dei territori di missione, a voler lasciare il proprio Paese, spesso con la motivazione di proseguire gli studi, o per altri motivi non propriamente missionari, e a recarsi nei Paesi Europei o del Nord-America.

Tali motivi spesso sono solo le migliori condizioni di vita offerte da questi Paesi e anche la necessità di giovane clero in alcune Chiese di antica fondazione. Questi convincono il sacerdote a non ritornare più nel proprio Paese, talvolta con il tacito consenso del proprio Vescovo, talvolta disubbidendo alla richiesta di rientro da parte del medesimo. Le distanze e le difficoltà di comunicazione spesso contribuiscono al permanere di tali situazioni irregolari.

4. Con questa Istruzione, il Dicastero Missionario intende pertanto regolamentare la permanenza all'estero dei sacerdoti diocesani dei territori di missione, per evitare che le giovani Chiese missionarie, ancora molto bisognose di personale e in particolare di sacerdoti, vengano private di notevoli forze apostoliche, assolutamente indispensabili per la loro vita cristiana e per lo sviluppo dell'evangelizzazione tra popolazioni in gran parte ancora non battezzate.[6]

5. I destinatari di questa Istruzione sono innanzitutto i Vescovi diocesani e coloro che sono equiparati nel diritto[7] delle circoscrizioni ecclesiastiche

[5] Cfr Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, Istruzione ***Cooperatio missionalis,*** 1 ottobre 1998, 16-17.

[6] Cfr Istruzione ***Cooperatio missionalis,*** 20.

[7] Cfr ***C.I.C.***, can 381 § 2.

che dipendono dalla Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, che dovranno quindi attenersi alle norme ivi contenute, dandone immediata applicazione, specie per risolvere i casi di situazioni irregolari.

L'Istruzione viene pure inviata, di concerto con la Congregazione per i Vescovi, agli Episcopati dell'Europa occidentale, del Nord-America e dell'Australia, perché siano informati dell'esistenza del fenomeno e prendano adeguati provvedimenti, affinché venga ristabilito un corretto scambio tra le Chiese, motivato da vero spirito missionario. L'Istruzione mantiene il proprio valore anche per altri Paesi, qui non citati, dove eventualmente si verifichi il medesimo problema.

6. *La formazione dei seminaristi dei territori di missione.* La proposta educativa del seminario deve farsi carico di una vera e propria iniziazione dei seminaristi alla sensibilità del pastore e alle sue responsabilità, inserendosi nella pastorale della propria Chiesa particolare, dove con il diaconato verranno incardinati. E necessario però che vengano anche aiutati ad aprire l'orizzonte della propria mente e del proprio cuore alla dimensione specificamente missionaria ed universale della vita ecclesiale.[8]

Nei territori di missione si dovrà fare particolare attenzione perché non si formi la mentalità che un seminarista, una volta ordinato sacerdote, abbia il diritto di proseguire negli studi superiori e che il Vescovo abbia l'obbligo di inviarlo all'estero.

E invece importante promuovere con cura la formazione permanente dei sacerdoti, nella sua dimensione spirituale, intellettuale e pastorale, sia a livello diocesano che provinciale o nazionale.[9]

7. / *motivi della permanenza all'estero.* Uno dei motivi principali per cui un sacerdote diocesano dei territori di missione è inviato in Occidente dal proprio Ordinario è per proseguire gli studi in vista di uno specifico servizio ecclesiale, quando nella propria Regione non vi siano strutture accademiche adatte.

La formazione intellettuale dei sacerdoti, sia nelle discipline teologiche che in quelle di altra natura, si è da sempre rivelata utile per ogni Chiesa particolare. Così afferma il Concilio Vaticano II, nel Decreto *Optatam totius:* « Sarà cura dei Vescovi curare che giovani capaci per indole, virtù e ingegno vengano inviati, in speciali istituti, facoltà o università, affinché nelle

[8] Cfr Esort ap. post-sinodale ***Pastores dabo vobis,*** 58: ***AAS*** 84 (1992) 759-761.

[9] Cfr ***ibidem,*** 72: ***AAS*** 84 (1992) 783-787.

scienze sacre o in altre che sembrino opportune, si preparino sacerdoti muniti di una formazione scientifica più profonda, che siano in grado di soddisfare alle varie esigenze dell'apostolato ».[10]

Ogni Vescovo quindi deve compiere un'accurata selezione tra i suoi sacerdoti, insieme ai suoi collaboratori, per inviare agli studi superiori quelli veramente dotati e capaci, sulla base delle esigenze e necessità della stessa diocesi, quali l'insegnamento nel Seminario minore e maggiore, la formazione permanente del clero, gli uffici di curia e particolari settori della pastorale diocesana, oppure a livello provinciale o nazionale, in questo caso d'intesa con la rispettiva Conferenza episcopale.

Si raccomanda vivamente che non vengano inviati agli studi quei sacerdoti che presentino problemi di natura personale, nel vano tentativo di trovare una soluzione, che invece devono essere aiutati in modi più opportuni e specifici.

Il Vescovo che accoglie nella propria diocesi sacerdoti dei territori di missione per motivi di studio, dovrà provvedere alla loro formazione spirituale, come già viene portato avanti con frutto in vari Paesi. Sarà bene che la Conferenza episcopale stabilisca delle norme particolari che regolino la permanenza per motivi di studio di tali sacerdoti.[11]

8. Un altro motivo per cui un sacerdote diocesano può venire scelto e inviato all'estero per un certo tempo è l'assistenza pastorale agli emigrati della propria nazione.

Il fenomeno della mobilità umana si sta ripresentando in forme nuove e necessita di vera attenzione pastorale. E quindi quanto mai opportuna la scelta di taluni Episcopati dei Paesi di missione di inviare all'estero, in precise zone, sacerdoti capaci e animati da vero spirito missionario, che seguano e raccolgano gli uomini e le donne del proprio Paese che sono emigrati — e tra questi le persone emigrate o rifugiate in Paesi a maggioranza non-cristiana — per assisterli spiritualmente e tenere i contatti con il Paese di origine. Questo evidentemente dovrà avvenire con precisi accordi con i Vescovi ed eventualmente con le Conferenze episcopali dove gli emigrati risiedono.[12]

[10] Conc, Ecum. Vat. II, Decreto sulla formazione sacerdotale ***Optatam totius,*** 18: ***AAS*** 58 (1966) 725.

[11] A questo proposito da notare le direttive già emanate dalla Conferenza episcopale Italiana, Tedesca e degli Stati Uniti d'America.

[12] Cfr Conc. Ecum. Vat. II, Decreto sull'ufficio pastorale dei Vescovi nella Chiesa ***Christus Dominus,*** 18: ***AAS*** 58 (1996) 682; Paolo VI, Motu pr. ***Pastoralis migratorum cura,*** 15 ago-

9. Un ulteriore motivo lo si riscontra eccezionalmente nei casi di sacerdoti costretti a lasciare il proprio Paese, a causa di persecuzioni, guerre o altri gravissimi motivi. Anche se spesso l'incombere degli eventi non permette previsioni, è necessario poi chiarire le situazioni e le posizioni di ciascun caso, tenuto conto anche delle esigenze della legislazione delle singole Nazioni che accolgono i profughi.

NORMAE

Come regola generale, si ribadisce innanzitutto quanto sancito dal can. 283 §1, del C.I.C.:

« I chierici, anche se non hanno un ufficio residenziale, non possono assentarsi dalla propria diocesi, per un tempo notevole, da determinarsi dal diritto particolare, senza la licenza almeno presunta del proprio Ordinario ».

La Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli richiama tutti i Vescovi e i Sacerdoti diocesani alla stretta osservanza del citato canone, in rapporto anche ai casi segnalati al n. 3 della presente Istruzione.

A. Norme per l'invio agli studi dopo l'ordinazione sacerdotale.

Art. 1. Il Vescovo diocesano dei Paesi di missione, valutati i bisogni concreti e sentito il parere dei suoi collaboratori, scelga il sacerdote più idoneo a proseguire gii studi per la specializzazione richiesta, e ne chieda il consenso. Stabilisca quindi la materia di studio in cui il sacerdote dovrà specializzarsi, la Facoltà a cui si dovrà iscrivere e la data del rientro definitivo.

Art. 2. Prenda accordi, per iscritto, con il Vescovo della diocesi e con l'Organismo preposto ove ha deciso di inviare il sacerdote, anche per quanto riguarda il suo sostentamento economico.

Art. 3. Concordi con il Vescovo ospitante l'attività pastorale che il sacerdote potrà svolgere, per il solo periodo della durata degli studi, senza che questa comporti incarichi gravosi che impediscano il completamento de-

sto 1969: ***AAS*** 61 (1969) 601-603; Pont. Comm per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo, Lettera eira ***Nella sua sollecitudine,*** 26 maggio 1978: ***AAS*** 70 (1978) 357-378; ***C.I.C.,*** can. 568; Congregazione per l'Educazione Cattolica e Pont. Comm. per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo, Lettera circ. ***La Pastorale della Mobilità umana nella formazione dei futuri sacerdoti,*** 25 gennaio 1986

gli studi nel tempo convenuto e che non richiedano la stabilità prevista dal diritto.[13]

Art. 4. Il Vescovo diocesano che accoglie nella propria diocesi sacerdoti studenti dei Paesi di missione, verifichi che vi siano accordi precisi, come sopra specificato, con il Vescovo che invia agli studi il sacerdote.

Art. 5. Il Vescovo che accoglie assicuri un'assistenza spirituale adeguata per i sacerdoti studenti nella propria diocesi, li inserisca nella pastorale diocesana e li renda partecipi della vita del presbiterio, seguendoli con paterna sollecitudine.

Art. 6. Il medesimo, in caso di gravi problemi, sentito il Vescovo che ha inviato il sacerdote, prenda provvedimenti adeguati che possono giungere fino a negare la licenza di permanere nella propria diocesi.[14]

Art. 7. Il sacerdote che si rifiuti ostinatamente, anche dopo l'ammonizione prescritta,[15] di obbedire alla decisione del proprio Vescovo di rientrare in diocesi, venga punito con giusta pena, secondo le norme del diritto.[16] Prima di procedere, il Vescovo che invia informi debitamente il Vescovo ospitante.

B. Norme per la permanenza all'estero per l'assistenza pastorale a emigrati.

Art. 8. Oltre alle norme già emanate sia nel diritto universale che nel diritto particolare, da parte dei due Vescovi interessati si provveda a concordare, con accordo scritto, le modalità e i tempi dell'assistenza pastorale richiesta, prima di conferire l'incarico di cappellano di gruppi di emigrati a un sacerdote incardinato in circoscrizioni ecclesiastiche dei territori di missione. Tale sacerdote sia introdotto nella pastorale diocesana e partecipi alla vita del presbiterio.

Art. 9. In caso di gruppi numerosi di emigrati vi potranno essere pure accordi tra le Conferenze episcopali interessate.

[13] Per esempio l'ufficio di parroco, secondo il can. 522 del ***C.I.C.***
[14] Cfr ***CIC,*** can. 271 § 3.
[16] Cfr ***C.I.C.,*** can, 1347 § 1.
[16] Cfr ***C.I.C.,*** can 273 e can,, 1371 n, 2.

C. Norme per i casi di sacerdoti rifugiati per gravi motivi.

Art. 10. Il Vescovo che accoglie nella propria diocesi un sacerdote rifugiato dai territori di missione, per gravi motivi, prima di assegnargli un ufficio pastorale, senta anche il parere della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.

Il Sommo Pontefice Giovanni Paolo II, nel corso dell'Udienza concessa al sottoscritto Cardinale, il 24 aprile 2001, ha approvato la presente Istruzione e ne ha ordinato la pubblicazione.

Roma, dalla sede della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, il 25 aprile 2001, Festa di San Marco, Evangelista.

JOZEF card. **TOMKO**, *Prefetto*

B Charles Schleck, C.S.C.,
arcivesc. tit. di Africa,
Segretario Aggiunto

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Visita:

Lunedì, 23 Luglio 2001, S.E. il Signor **GEORGE WALKER BUSH**, Presidente degli Stati Uniti d'America.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato;

14 luglio 2001. S.E. mons. Patrick Coveney, Arcivescovo tit. di Satriano, Nunzio Apostolico in Nuova Zelanda, *Nunzio Apostolico nella Repubblica di Palau e nelle Isole Cook.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

2 luglio 2001. L'Em.mo. Signor Cardinale Cormac Murphy-O'Connor, *Membro del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

17 » » P. Vincenzo Criscuolo, O.F.M. Cap., *Consultore della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*

25 » » S.E. mons. Francesco Gioia, Arcivescovo em. di Camerino-San Severino Marche, *Amministratore Pontificio della Patriarcale Basilica di S. Paolo fuori le Mura e Delegato Pontificio per la Basilica di S. Antonio in Padova, nonché Presidente della « Peregrinatio ad Petri Sedem » - « ad quinquennium ».*

NECROLOGIO

21 luglio 2001. Mons. Francis R. Rush, Arcivescovo em. di Brisbane *(Australia).*

25 » » Mons. Giuseppe Vairo, Arcivescovo em. di Potenza-Muro Lucano-Marsico Nuovo *(Italia).*

[15] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. ***Sacrosanctum Concilium,*** n. 36 § 3; S. CONGR. PRO SACR. ET CULT. DIV., Ep. ad Praesides Conf. Episc. « ***De linguis vulgaribus in S. Liturgiam inducendis»,*** diei 5 Iunii 1976: ***Notitiae*** 12 (1976) 301-302.

[16] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. ***Sacrosanctum Concilium,*** n. 36 § 3; PAULUS PP. VI, Litt. Ap, ***Sacram Liturgiam,*** diei 25 Ianuarii 1964: AAS 56 (1964) 143; S. RITUUM CONGR., Instr. ***Inter Oecumenici,*** diei 26 Septembris 1964, nn. 27-29: AAS 56 (1964) 883; cf. S. CONGR. PRO SACR. ET CULT. DIV., Ep. ad Praesides Conf, Episc, « ***De linguis vulgaribus in S. Liturgiam inducendis»,*** diei 5 Iunii 1976: ***Notitiae*** 12 (1976) 301-302,

a) Ad legitima ferenda decreta, duae ex tribus suffragiorum secretorum partes requiruntur, ab omnibus iis qui in Conferentia Episcoporum iure fruuntur suffragium deliberativum ferendi;

6) Omnia acta ab Apostolica Sede probanda, in duplici exemplari exarata et a Praeside et Secretario Conferentiae et subscribantur sigilloque debite muniantur, ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum sunt transmittenda. Illis actis haec contineantur:

i) nomina Episcoporum vel iure aequiparatorum, qui adunationi interfuerunt,

ii) relatio de rebus actis, qua contineri debet exitus suffragationum, ad singula decreta pertinentium, addito numero faventium, adversarium et se suffragii latione abstinentium,

iii) dilucida expositio singularum partium Liturgiae, quae in lingua vernacula proferri statuuntur;

c) In relatione peculiari, dilucide declaretur lingua, de qua agitur, necnon causae, quibus moventibus eiusmodi sermo in usum liturgicum ut introducendus sustinetur.

17. Circa usum linguarum « artificiosarum » qui interdum temporum decursu est propositus, textuum approbatio, necnon facultatis concessio, eos in actionibus liturgicis adhibendi, Sanctae Sedi stricte reservatur, quae facultas solummodo in peculiaribus rerum adiunctis atque pro bono pastorali fidelium tribuitur, collatis consiliis cum Episcopis quorum maius interest.[17]

18. In celebrationibus, quae aguntur pro gente alterius sermonis, sicut advenae, migrantes, peregrini, etc., licet, de consensu Episcopi dioecesani, sacram Liturgiam lingua populari celebrare eiusmodi hominibus nota, libro liturgico adhibito qui a competenti auctoritate iam sit approbatus atque a Sede Apostolica recognitus.[18] Quodsi eae celebrationes certis temporibus frequentius recurrunt, Episcopus dioecesanus brevem relationem ad Congregationem de Divino Cultu et Disciplina Sacramentorum mittat, in qua condiciones, numerum participantium et editiones adhibitae describantur.

[17] Cf. ex. gr. CONGR. DE CULT. DIV. ET DISC SACR., *Normae de celebranda Missa in « esperanto»*, diei 20 Martii 1990: *Notitiae* 26 (1990) 693-694.

[18] Cf. S. RITUUM CONGR., Instr. *Inter Oecumenici*, n. 41: AAS 56 (1964) 886.

II
DE TEXTUUM LITURGICORUM TRANSLATIONE IN LINGUAS POPULARES

1. PRINCIPIA GENERALIA CUIVIS TRANSLATIONI APTA

19. Sacrae Scripturae verba necnon alia, quae dicta sunt in celebrationibus liturgicis, praesertim in celebrandis sacramentis, non in primis spectant, ut sint quasi speculum interioris dispositionis fidelium, sed veritates exprimunt, quae temporis ac loci fines exsuperant. Per haec enim verba Deus cum dilecti Filii sui Sponsa semper colloquitur, Spiritus Sanctus christifideles in omnem veritatem inducit verbumque Christi in eis abundanter inhabitare facit atque Ecclesia omne, quod ipsa est, et omne, quod credit, perpetuat atque transmittit, dum preces omnium fidelium ad Deum per Christum et in virtute Spiritus Sancti vertit.[19]

20. Textus liturgici Latini Ritus Romani, dum e saeculis experientiae ecclesialis in transmittenda fide Ecclesiae a Patribus accepta hauriunt, ipsi fructus sunt nuper allatus instaurationis liturgicae. Ut tantum patrimonium tantaeque divitiae serventur et per saecula transmittantur, ad principium in primis attendatur versionem textuum liturgicorum Liturgiae Romanae opus esse non tam artificii quam potius textus primigenios in linguam popularem fideliter et accurate reddendi. Licet debita concedatur facultas verba componendi atque syntaxim et stilum statuendi ad textum popularem profluentem et orationis popularis cursui idoneum exarandum, textus vero originalis seu primigenius oportet ut, quantum fieri potest, integerrime et peraccurate transferatur, nullis scilicet interpositis omissionibus vel additamentis, quoad argumentum rerum, nec paraphrasibus aut glossis inductis; accommodationes ad proprietates seu indolem variorum sermonum popularium oportet sint sobriae et caute efficiantur.[20]

21. In translationibus praesertim, quae populis recentius ad fidem Christi adductis destinantur, fidelitati et congruentiae cum sensu textus

[19] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. ***Sacrosanctum Concilium,*** n, 33; Const. Dogm. de divina Revelatione ***Dei Verbum,*** n 8; cf MISSALE ROMANUM, editio typica tertia: ***Institutio Generalis,*** n. 2.

[20] Cf. CONSILIUM « AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM DE S. LITURGIA », Ep. ad Praesides Conf. Episc, diei 21 Iunii 1967: ***Notitiae*** 3 (1967) 296; CARD. SECR. STATUS, Litt ad Pro-Praefectum Congr. de Cult, Div et Disc. Sacr. datae, diei 1 Februarii 1997

primigenii interdum opus est ut vocabula iam in usu communi nova ratione adhibeantur, verba vel locutiones novae condantur, voces textuum primigeniorum diverso scribendi modo reddantur vel aptentur pronuntiationi linguae popularis,[21] aut adhibeantur figurae sermonis quae ipsum sensum locutionis Latinae integre exprimant, licet verbis aut syntaxi ab eadem differant. Huiusmodi consilia, praesertim cum de re maximi momenti agatur, exhibeantur deliberationi omnium Episcoporum, ad quos pertinet, antequam textui definitivo inserantur. Praeterea omni ex parte explicentur in relatione, de qua infra ad n. 79. Peculiari ratione cautela adhibeatur in vocabulis inducendis, quae de religionibus ethnicis ducta sunt.[22]

22. Accommodationes textuum secundum articulos 37-40 Constitutionis « *Sacrosanctum Concilium* » considerentur ut veris necessitatibus culturalibus et pastoralibus respondentes, non ortae e mera voluntate novitatem aut varietatem assequendi, nec putentur modi editiones typicas emendandi aut earundem summam sententiarum theologicarum mutandi, sed normis et procedendi rationibus regantur, quae in praedicta Instructione *Varietates legitimae* continentur.[23] Quapropter translationes in linguam popularem librorum liturgicorum, quae recognitionis causa Congregationi de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum proponuntur, contineant, praeter ipsam translationem cum quibusvis accommodationibus explicite praescriptis in editionibus typicis, tantum aptationes seu mutationes, quae assensu iam gaudeant scripto eiusdem Dicasterii.

23. In translationibus textuum manu ecclesiastica compositorum, etsi eiusdem textus fontem quae inveniatur inspicere et ope subsidiorum ad historiam aliasque scientias pertinentium agere expedit, tamen semper ipse textus editionis typicae Latinae transferendus est.

Quotiescumque in textu biblico aut liturgico servantur vocabula sumpta de aliis linguis antiquis (ex. gr. verba « *Alleluia* » et « *Amen* », vocabula Aramaica in Novo Testamento contenta, vocabula Graeca de « *Trisagion* » sumpta, quae in Improperiis feriae VI in Passione Domini proferuntur, et « *Kyrie eleison* » Ordinis Missae, praeter multa nomina propria) deliberandum est an eadem in nova populari translatione conservanda sint, saltem

[21] Cf. CONGR. DE CULT. DIV. ET DISC SACR., Instr. ***Varietates legitimae,*** diei 25 Ianuarii 1994, n. 53: AAS 87 (1995) 308.

[22] ***Ibidem,*** n, 39: AAS 87 (1995) 303.

[23] ***Ibidem:*** AAS 87 (1995) 288-314; cf. MISSALE ROMANUM, editio typica tertia, ***Institutio Generalis,*** n 397.

inter alia possibiliter eligenda. Immo, diligens respectus textus primigenii interdum postulabit, ut hoc modo agatur.

24. Praeterea omnino non licet translationes fieri e translationibus iam in alias linguas peractis, cum immediate ex textibus originalibus oporteat eas deduci, scilicet, de Latino, quod spectat ad textus liturgicos manu ecclesiastica compositos, de lingua Hebraica, Aramaica vel Graeca, si casus fert, quod respicit ad textus Sacrarum Scripturarum.[24] Item in exarandis translationibus Sacrorum Bibliorum ad usum liturgicum, pro more inspiciendus est ut subsidium textus Novae Vulgatae editionis a Sede Apostolica promulgatae, ad traditionem exegeticam servandam, quae peculiariter ad Liturgiam Latinam spectat, sicut alibi in hac Instructione est expositum.

25. Ut ea, quae in textu originali continentur etiam fidelibus peculiari institutione intellectuali carentibus pateant et ab iis intellegantur, translationibus id sit proprium, ut quibusdam verbis exprimantur, ad intellegentiam accommodatis, quae tamen simul dignitatem, decorem atque accuratum argumentum doctrinale huiusmodi textuum servent.[25] Per verba laudis et adorationis, quae reverentiam et animum gratum fovent erga Dei maiestatem eiusque potentiam, misericordiam, atque naturam transcendentem, translationes fami ac siti Dei vivi congruent, quas populus aetatis nostrae experitur, dum simul ad dignitatem et pulchritudinem ipsius celebrationis liturgicae conferunt.[26]

26. Indoles textuum liturgicorum, utpote instrumentum potentissimum ad elementa fidei et morum christianorum in vita christifidelium inculcanda,[27] in translationibus omni cura est servanda. Item translatio textuum congruere debet cum sana doctrina.

27. Etiamsi vitanda sunt vocabula aut locutiones, quae, propter indolem suam nimis insuetam aut importunam, facilem impediunt intellegentiam, nihilominus textus liturgici oportet considerentur vox Ecclesiae orantis potius quam peculiarium coetuum aut singulorum hominum, ideoque immunes esse debent ab usu nimis obnoxie inhaerendi modis vigentium ex-

[24] Cf. S. RITUUM CONGR., Instr. ***Inter Oecumenici,*** n. 40, a: AAS 56 (1964) 885.

[25] Cf PAULUS PP. VI, Allocutio iis habita qui operam dant liturgicis textibus in vulgares linguas convertendis, diei 10 Novembris 1965: AAS 57 (1965) 968; CONGR. DE CULT. DIV. ET Disc. SACR., Instr. ***Varietates legitimae,*** n. 53: AAS 87 (1995) 308

[26] Cf IOANNES PAULUS PP. II, Allocutio ad quosdam Civitatum Americae Septemtionalis episcopos in sacrorum liminum visitatione, diei 4 Decembris 1993, n. 2: AAS 86 (1994) 755-756.

[27] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. ***Sacrosanctum Concilium,*** n. 33.

pressionum. Si vero vocabula aut locutiones aliquando in textibus liturgicis adhiberi possunt, quae a sermone usitato et cotidiano differunt, haud raro hoc ipso evenit, ut textus revera faciliores ut memoria teneantur et efficaciores in rebus supernis exprimendis exstent. Immo videtur observantiam principiorum in hac Instructione expositorum prodesse ad gradatim efficiendum in omni lingua vulgari stilum sacrum, qui et tamquam sermo proprie liturgicus agnoscatur. Item fieri potest ut certa quaedam ratio loquendi, quae aliquantulum obsoleta in cotidiano sermone habeatur, pergat in liturgico contextu servari. Similiter, in locis biblicis transferendis, ubi vocabula aut locutiones specie inelegantes continentur, vitandus est nisus inconsideratus hanc proprietatem abstergendi. Haec vero principia Liturgiam eximent necessitate revisionum frequentium, cum de diversis agatur exprimendi modis, qui e populi consuetudine abierunt.

28. Sacra Liturgia non solum hominis intellectum devincit, sed totam etiam personam, quae est « subiectum » plenae et consciae participationis in celebratione liturgica. Sinant igitur interpretes signa imaginesve textuum et actiones rituales per se loqui, neque nitantur nimis explicitum reddere id, quod in textu originali est implicitum. Eandem ob causam, prudenter caveatur, ne textus explanationis addantur, qui in editione typica absunt. Attendatur insuper, ut in editionibus popularibus saltem aliquot textus lingua latina exarati serventur, praesertim de inaestimabili thesauro cantus gregoriani, quem Ecclesia ut Liturgiae Romanae proprium agnoscit et qui ideo in actionibus liturgicis, ceteris paribus, principem locum obtinere debet.[28] Cantus enim ille maxime valet ad spiritum humanum ad res supernas elevandum.

29. Homiliae et catechesis est textuum liturgicorum significationem exponere,[29] quae mentem Ecclesiae in lucem accurate ponat, quod spectat ad sodales Ecclesiarum particularium vel communitatum ecclesialium a plena

[28] Cf. ***ibidem,*** n. 116; S. RITUUM CONGR., Instr. ***Musicam sacram,*** diei 5 Martii 1967, n. 50: AAS 59 (1967) 314; S. CONGR. PRO CULTO DIVINO, Ep qua volumen ***«Iubilate Deo»*** ad Episcopos missum est, diei 14 Aprilis 1974: ***Notitiae*** 10 (1974) 123-124; IOANNES PAULUS PP. II, Ep. ***Dominicae Cenae,*** diei 24 Februarii 1980, n. 10: AAS 72 (1980) 135; Allocutio ad quosdam Episcopos Conf. Civitat. Foederat Americae Septemtr. occasione oblata « ***Ad limina Apostolorum»*** coram admissos, diei 9 Octobris 1998, n. 3: AAS 91 (1999) 353-354; cf. MISSALE ROMANUM, editio typica tertia, ***Institutio Generalis,*** n. 41.

[29] Cf. CONC. OECUM. VAT., II, Const. ***Sacrosanctum Concilium,*** n. 35, 52; S. CONGR. RITUUM, Instr. ***Inter Oecumenici,*** n 54: AAS 56 (1964) 890; cf.. IOANNES PAULUS PP. II, Adh. Ap. ***Catechesi tradendae,*** diei 16 Octobris 1979, n. 48: AAS 71 (1979) 1316 MISSALE ROMANUM, editio typica tertia: ***Institutio Generalis,*** n. 65.

communione cum Ecclesia Catholica seiunctarum, communitatum Iudaeorum aut ad sectatores aliarum religionum, necnon ad veram dignitatem et aequalitatem omnium hominum.[30] Similiter est catechistarum vel illius, qui homiliam habet, rectam interpretationem textuum transmittere, praeiudicio vel discrimine quovis iniusto destitutam quoad personas, genus, condicionem socialem, stirpem vel alia, quae vero textibus sacrae Liturgiae minime insunt. Quamvis eiusmodi consideratio interdum iuvet, ut optetur inter varias translationes certae cuiusdam locutionis, tamen ne habeatur causa textum biblicum aut liturgicum rite promulgatum immutandi.

30. Multis in linguis nomina et pronomina habentur, quae unam eandem formam praebent coniunctim pro utroque genere, masculino et feminino. Instantia ut eiusmodi usus mutentur, non necessario habenda est tamquam effectus vel manifestatio germanae progressionis ipsius sermonis vigentis. Etiamsi necesse sit per catechesim caveatur, ut eiusmodi vocabula intellegi pergant hoc sensu « inclusivo », in ipsis translationibus tamen saepe fieri non potest, ut diversa vocabula adhibeantur sine detrimento subtilitatis in textu postulatae, influxus reciproci variorum eius verborum et locutionum eiusve concinnitatis. Exempli gratia, cum textus originalis utitur singulo vocabulo, nexum exprimenti inter singulum hominem et familiae vel communitatis humanae universitatem atque unitatem (sicut verbum Hebraicum *«adam»*, Graecum *«anthropos»*, Latinum *«homo»)*, haec ratio linguae textus primigenii servanda est in translatione. Quemadmodum aliis temporibus historiae accidit, Ecclesia ipsa libere statuere debet rationem linguae, quae maxime eius missioni doctrinali inserviat, neque decet eam subici normis glottologi eis exterius iniunctis, quae huiusmodi missioni sint detrimento.

31. Singillatim: consilia systematice suscepta confugiendi ad impróvidas solutiones sunt vitanda, sicut substitutio inconsiderata vocabulorum, commutatio a numero singulari ad pluralem, unicae vocis significationem collectivam exprimentis fractio in partes masculinam et femininam, aut inductio vocabulorum impersonalium vel abstractorum, quae omnia efficere possunt, ne proferatur idem sensus plenus alicuius verbi aut locutionis textus originalis. Huiusmodi solutiones periculum afferunt difficultates theologicas et anthropologicas in translationem inducendi. Hae sunt aliae normae peculiares:

[30] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Decr de Oecumenismo *Unitatis redintegratio,* Decl. de Ecclesiae habitudine ad Religiones non christianas *Nostra aetate.*

a) Ubi de Deo omnipotenti vel de singulis personis Sanctissimae Trinitatis agitur, veritas traditionis atque statutus usus cuiusque linguae circa usum generis sunt servandi.

b) Cura specialis adhibeatur oportet eo consilio, ut vocabula coniuncta « Filius hominis » fideliter et diligenter reddantur. Magnum momentum christologicum et typologicum huius locutionis postulat etiam, ut per totam translationem regula sermonis adhibeatur, quae praestet haec vocabula coniuncta comprehendi posse in contextu totius translationis.

c) Vocabulum « patres », quod multis in locis biblicis et in textibus liturgicis manu ecclesiastica compositis invenitur, reddatur congruenti vocabulo masculino in linguas vernaculas, prout in contextu existimatur illud referri sive ad Patriarchas aut reges populi electi in Vetere Testamento sive ad Patres Ecclesiae.

d) Quantum fieri potest in certa aliqua lingua populari, usus pronominis feminini potius quam neutri servandus est, si ad Ecclesiam refertur.

e) Vocabula propinquitatem familiarem aut alias relationes significantia, veluti «frater», «soror», etc., quae dilucide sunt aut masculina aut feminina pro contextu, observentur in translatione.

f) Genus grammaticum angelorum, daemonum et paganorum deorum dearumque secundum textum originalem in lingua populari servetur, quantum fieri potest.

g) In cunctis hisce rebus necesse est mens attendat ad principia, quae supra sunt exposita ad nn. 27 et 29.

32. Non licet translationem textus primigenii plenam significationem arctioribus finibus circumscribere. Vitandae sunt propterea locutiones propriae praeconiorum negotiatoriorum aut consiliorum vel inceptorum politicorum et ideologicorum, modorum caducorum vel obnoxiorum regionalibus idiomatibus vel ambiguitatibus significationis. Enchiridia scholarum ad stilum pertinentia vel similia opera, cum his proclivitatibus nonnumquam indulgent, nequeunt haberi exemplaria pro translatione liturgica. Opera autem, quae communi ratione putantur « classica » in unaquaque lingua populari, utilia esse possunt ad proprium exemplar idoneum quoad vocabula et usum.

33. Usus litterarum uncialium in textibus liturgicis editionis typicae Latinae necnon in translatione liturgica Sacrorum Bibliorum - sive honoris

titulo sive alio modo cuiusdam momenti quoad sensum theologicum - in lingua populari retineatur, prout saltem structura alicuius linguae id fieri posse concedat.

2. ALIAE NORMAE AD VERSIONES SACRORUM BIBLIORUM ET AD PRAEPARATIONEM LECTIONARIORUM PERTINENTES

34. Potius optandum est versionem Sacrarum Scripturarum parare, servatis principiis sanae exegesis atque exquisitae rationis litteratorum, qua autem diligenter attendatur ad postulata peculiaria usus liturgici, quod spectat ad stilum, verborum electionem, et optionem inter unam alteramve interpretationem.

35. Ubi eiusmodi versio Sacrorum Bibliorum in certam aliquam linguam non habetur, necesse erit adhibere versionem iam ante paratam, et translationem opportune mutare, ut apta sit usui in liturgico contextu, secundum principia in hac Instructione proposita.

36. Ut fideles possint saltem textus maxime significantes Sacrae Scripturae memoria tenere, quibus etiam in privatis orationibus informentur, summi est momenti ut translatio Sacrorum Bibliorum, usui liturgico destinata, quadam uniformitate ac stabilitate sit praedita, ita ut in omni territorio habeatur una tantum translatio approbata, quae in cunctis partibus variorum librorum liturgicorum adhibeatur. Huiusmodi stabilitas maxime est optanda in Sacrorum Bibliorum translationibus quorum crebrior est usus, veluti in Psalterio, quod est fundamentalis liber precum pro populo christiano.[31] Conferentiae Episcoporum instanter animantur ut pro territoriis suis prospiciant licentiae et editioni integrae translationis Sacrarum Scripturarum, studio et lectioni privatis fidelium destinatae, quae ex omni parte cum textu in sacra Liturgia adhibito congruat.

37. Si translatio biblica, unde Lectionarium est compositum, ostendit lectiones, quae ab illis in textu liturgico Latino propositis differunt, attendatur oportet omnia ad normam Novae Vulgatae editionis esse referenda

[31] Cf. PAULUS PP. VI, Const Ap. ***Laudis canticum,*** diei 1 Novembris 1970, n. 8: AAS 63 (1971) 532-533; OFFICIUM DIVINUM, Liturgia Horarum iuxta Ritum Romanum, editio typica altera 1985: ***Institutio Generalis de Liturgia Horarum,*** n. 100; IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Ap. ***Vicesimus quintus annus,*** n. 8: AAS 81 (1989) 904-905.

quoad textum canonicum Sacrarum Scripturarum definiendum.[32] Ideo in textibus deuterocanonicis et alibi, scilicet ubi sunt traditiones manu scriptae variae, translatio liturgica oportet iuxta eandem traditionem conficiatur, quam Nova Vulgata editio est secuta. Si translatio quaedam iam peracta optionem praebet contrariam iis, quae in Nova Vulgata editione redduntur, quod pertinet ad traditionem textualem subiacentem, ad ordinem versiculorum aut similia, remedium oportet afferatur in quovis Lectionario apparando, ita ut conformatio ad textum liturgicum Latinum approbatum pergatur. In novis translationibus apparandis utile erit, licet sine obligatione, ut numeratio versiculorum quam arctissime hunc textum sequatur.

38. Saepe conceditur ut, de consensu editionum critica ratione vulgatarum et probantibus generatim peritis, lectio altera versiculi inducatur. Hoc autem non licet, ad textus liturgicos quod attinet, si de elementis lectionis agitur, quae momentum habent ob eorum convenientiam cum liturgico contextu, vel si principia in hac Instructione edita aliter in discrimen adducuntur. Circa locos hoc destitutus consensu critica ratione textus, peculiaris ratio ducatur earum optionum, quae textu approbato latino continentur.[33]

39. Circumscriptio pericoparum biblicarum omnino conformetur ad Ordinem lectionum Missae vel ad alios textus liturgicos approbatos et recognitos, ut casus fert.

40. Servatis postulatis sanae exegesis, omnis cura adhibeatur, ut verba sententiarum biblicarum communiter usitata in catechesi et in orationibus devotionem popularem exprimentibus retineantur. Ex altera parte summa ope nitendum est, ne corpus verborum aut stilus recipiantur, quae populus catholicus facile confundat cum loquendi consuetudine communitatum ecclesialium non catholicarum, aut aliarum religionum, ne inde confusio oriatur vel molestia afferatur.

[32] Cf. CONC. OECUM. TRID., Sessio IV, diei 8 Aprilis 1546, ***De libris sacris*** et ***de traditionibus recipiendis,*** et ***De vulgata editione Bibliorum et de modo interpretandi s Scripturam:*** Denz,-Schönm, nn. 1501-1508; IOANNES PAULUS PP. II, Const. Ap. ***Scripturarum thesaurus,*** diei 25 Aprilis 1979: AAS 71 (1979) 558-559.

[33] Cf. PAULUS PP. VI, Allocutio ad Cardinales et ad Curiae Romanae Praelatos, diei 23 Decembris 1966, n. 11: AAS 59 (1967) 53-54; cf. Allocutio ad Cardinales et ad Curiae Romanae Praelatos, diei 22 Decembris 1977: AAS 70 (1978) 43; cf. IOANNES PAULUS PP. II, Const. Ap. ***Scripturarum thesaurus,*** diei 25 Aprilis 1979: AAS 71 (1979) 558; ***Nova Vulgata Bibliorum Sacrorum,*** editio typica altera 1986, Praefatio ad Lectorem.

41. Opera detur, ut translationes ad intellectum locorum biblicorum ab usu liturgico ac traditione Patrum Ecclesiae transmissum conformentur, praesertim cum de textibus magni momenti agitur, sicut psalmi et lectiones in praecipuis celebrationibus anni liturgici adhibitae; his in casibus diligentissime curetur oportet, ut translatio traditum sensum christologicum, typologicum aut spiritualem exprimat atque unitatem et nexum inter utrumque Testamentum manifestet.[34] Quapropter:

a) expedit ut Novae Vulgatae editioni inhaereatur, cum necesse sit decernere inter varias rationes, quae possunt haberi, maximam idoneam illam ad exprimendum modum, quo textus more tradito lectus est et receptus in traditione liturgica Latina;

b) ad haec assequenda proposita referatur etiam ad antiquissimas versiones Sacrarum Scripturarum, velut Graecam versionem Veteris Testamenti « a LXX viris » communiter nuncupatam, quae usui fuit christifidelibus inde a priscis Ecclesiae temporibus;[35]

c) iuxta traditionem ab immemorabili receptam, immo in supradicta versione « LXX virorum » iam perspicuam, nomen Dei omnipotentis, sacro tetragrammate Hebraice expressum, Latine vocabulo « Dominus », in quavis lingua populari vocabulo quodam eiusdem significationis reddatur.

Denique translatores instanter moneantur, ut attente perspiciant historiam interpretationis, quae hauriri potest e locis biblicis in scriptis Patrum Ecclesiae prolatis, vel etiam ex imaginibus biblicis crebrius in arte et hymnodia christiana praebitis.

42. Licet cavendum sit, ne historico contextui locorum biblicorum obscuritas afferatur, perpendat translator verbum Dei, in Liturgia nuntiatum, non esse ut documentum quoddam mere historicum. Textus enim biblicus non modo de praeclaris hominibus et eventis Veteris ac Novi Testamenti agit, sed de mysteriis quoque salutis, et ad fideles nostrae aetatis necnon ad eorum vitam repetit. Servata semper norma fidelitatis erga textum originalem, cum aliquod verbum vel locutio optionem praebet inter plures translationis rationes, quae fieri possunt, conetur, ut optio illa secum ferat auditorem seipsum ac lineamenta quaedam suae vitae in personis et eventibus in textu propositis quam vivide agnoscere.

[34] Cf. OFFICIUM DIVINUM, Liturgia Horarum iuxta Ritum Romanum, editio typica altera 1985: ***Institutio Generalis de Liturgia Horarum,*** nn. 100-109,

[35] Cf. CONC. VAT. II, Const. ***Dei Verbum,*** n.. 22.

43. Omnes formae quae caelitum imagines et gesta in humanam figuram fingunt vel denominationibus definitis seu « concretis » exprimunt, quod saepissime in sermone biblico evenit, modo nonnumquam vim suam servant, cum ad litteram vertuntur, velut in Novae Vulgatae editionis vocabula « *ambulare* », « *brachium* », « *digitus* », « *manus* », « *vultus* » Dei, « *caro* », « *cornu* », « *os* », « *semen* », « *visitare* »; quae vero potius est ne explanentur aut interpretata reddantur per voces vulgares magis « abstractas » vel vagas. Ad vocabula quaedam quod attinet, velut ea, quae « *anima* » et « *spiritus* » in Novam Vulgatam transferuntur, cavendum est de principiis supra, ad nn. 40-41, expositis. Ideo vitandum est ut pro iis pronomen personale aut verbum magis « abstractum » potius habeatur, nisi hoc, aliquo in casu, stricte necessarium sit. Cogitetur enim translationem ad litteram factam locutionum, quae mirae animadvertantur in sermone vulgari, hanc ipsam ob rem audientis inquisitionem exposcere atque occasionem dare catechesis tradendae.

44. Ut aptior sit translatio in Liturgia enuntiari, necesse est vitetur omnis locutio ambigua auditu vel eo perplexa, ut audiens sensum rei amittat.

45. Praeter ea, quae in Praenotandis Ordinis lectionum Missae exponuntur, in biblico Lectionario vulgari sermone comparando ad postulata quae sequuntur attendatur:

a) Loci Sacrae Scripturae in Praenotandis aliati omnino congruant cum translatione eorundem locorum in biblicis lectionibus, quae in Lectionario continentur.

b) Item tituli ad argumentum pertinentes, qui lectionibus praeponuntur, biblicam translationem in lectione adhibitam accurate retineant, si haec congruentia in Ordine lectionum Missae adest.

c) Item demum verba, prout in Ordine lectionum Missae praescripta, initio lectionis posita et « incipit » nuncupata, sequantur quam arctissime versionem biblicam in linguam vulgarem, unde de more sumpta sunt, neque aliis translationibus inhaereant. Quod vero ad huiusmodi elementa attinet, quae ipsius textus biblici non sunt, in Lectionariis componendis accurate vertantur ex Latino in sermonem vulgarem, nisi Conferentia Episcoporum petierit et consecuta sit praeviam licentiam Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, qua concessum sit, ut alia procedendi ratio in lectionum introitu haberetur.

3. NORMAE CIRCA TRANSLATIONEM CETERORUM TEXTUUM LITURGICORUM

46. Normae supra statutae et eae, quae Sacram Scripturam respiciunt, applicari debent, mutatis mutandis, textibus quoque liturgicis ecclesiastica manu compositis.

47. Quoniam translatio thesaurum orationum oportet transmittat perennem sermone quodam expressum, qui scilicet intellegi possit in « contextu culturali », cui destinatur, regatur etiam persuasione, qua vera precatio liturgica non solum culturae ingenio formatur, sed ipsa ad efformandam culturam confert, quapropter nihil mirum si aliquatenus differre potest a sermocinatione communi. Translatio liturgica, quae debitam auctoritatis atque integritatis sensus textuum originalium rationem reddit, praestat, ut lingua sacra vulgaris gignatur, cuius vocabula, syntaxis et grammatica cultus divini propria sint, licet vero non praetermittant vim et auctoritatem habere in sermonem cotidianum, sicut evenit in linguas gentium antiquioris evangelizationis.

48. Textus praecipuarum festi vitatum per annum liturgicum occurrentium fidelibus praebeantur translatione, quae facile memoria tenetur, ita ut etiam in privatis orationibus possint adhiberi.

A. *De vocabulis*

49. Traditionis liturgicae Romanae aliorumque catholicorum Rituum est, ut in eorum orationibus habeatur ratio per se cohaerens vocabulorum et eloquendi consuetudinum, libris Sacrae Scripturae et ecclesiali traditione sancitorum, potissimum autem scriptis Patrum Ecclesiae. Ratio ergo translationis librorum liturgicorum gerendae convenientiam faveat inter textum biblicum ipsum et textus liturgicos, manu ecclesiastica compositos, verbis biblicis aut de ipsis mentionem quandam saltem implicitam refertos.[36] In huiusmodi textibus expedit, ut translator dirigatur ratione eloquendi propria translationis Sacrarum Scripturarum iam approbatae pro usu liturgico in territoriis, in quorum utilitatem translatio efficitur. Eodem tempore cura impendatur, ne textus deprimatur, eo quod nimis insistitur in subtilioribus huiusmodi significationibus biblicis inhabiliter provehendis.

[36] Cf. PAULUS PP. VI, Adh Ap, ***Marialis cultus,*** diei 11 Februarii 1974, n. 30: AAS 66 (1974) 141-142,,

50. Cum libri liturgici Ritus Romani multa contineant verba fundamentalia traditionis theologicae ac spiritualis Ecclesiae Romanae, studeatur, ut horum vocabulorum ratio servetur, ne pro verbis alia substituantur, quae aliena sint ab usu liturgico et catechetico populi Dei in certo contextu culturali et ecclesiali. Quapropter haec principia specialiter sunt observanda:

a) In transferendis verbis rationem theologicam maxime significantibus, conveniens coordinatio quaeratur inter textum liturgicum et translationem in linguam vulgarem *Catechismi Ecclesiae Catholicae* auctoritate probatam, si eiusmodi translatio habetur aut componitur in linguam, de qua agitur, aut in linguam maxime affinem;

6) Item cum dedecet, ut idem vocabulum vel eadem locutio in textu liturgico servetur quam in *Catechismo*, translator curare debet, ut reddatur totus sensus doctrinalis ac theologicus, qui in vocabulis atque in integritate textus ipsius continetur;

c) Vocabula, quae progressu quodam sunt aptata in lingua aliqua vulgari, ut singuli liturgici ministri, vasa, supellectilia et vestes, distinguantur a personis rebusque similibus, ad vitam usumque cotidianum pertinentibus, serventur neque pro iis verba tali sacra indole carentia substituantur;

d) Constantia in transferendis vocabulis magni momenti servanda est per varias partes Liturgiae, ratione, ut decet, habita n. 53 infra positi.

51. Ceterum varietati vocabulorum in textu originali occurrenti respondeat, quantum fieri potest, varietas, qua translationes sint praeditae. Exempli gratia, usus eiusdem vocabuli vulgaris, quo variae formae verborum Latinorum reddantur, sicut «*satiari*», «*sumere*», «*vegetari*» et «*pasci*» ex una parte, aut nomina « *caritas* » ac « *dilectio* » ex altera, aut item vocabula « *anima* », « *animus* », « *cor* », « *mens* » et « *spiritus* », cum iterantur, textum potest extenuare ac tri tum efficere. Item defectus in translatione variorum modorum Deum alloquendi, velut « *Domine* », « *Deus* », « *Omnipotens aeterne Deus* », « *Pater* », et cetera, aut variorum verborum supplicationem exprimentium, potest translationem efficere taediosam atque obscurare modum locupletem ac speciosum, quo in textu latino relatio inter fideles ac Deum significatur.

52. Translator nitatur servare « denotationem » seu sensum primarium verborum ac locutionum, quae in textu originali inveniuntur, necnon « connotationem » seu parva discrimina significationis vel affectus ab illis evo-

catam, et sic efficere, ut textus pateat aliis ordinibus significationis, qui fortasse consulto in textu originali erant quaesiti.

53. Quotiescumque vocabulum aliquod Latinum significationem habet gravem, quam difficile est in linguam aetate nostra vigentem reddere (veluti verba *«munus», «famulus», « consubstantialis », «propitius»,* etc.), in translatione adhiberi possunt variae rationes, sive eo quod vocabulum uno verbo sive pluribus coniunctis redditur sive ut vocabulum novum condatur, fortasse aptatum aut transcriptum diverso scribendi modo, respectu habito textus primigenii (cf. supra n. 21), sive inducendo vocabulum, quod iam habetur pluribus sensibus praeditum.[37]

54. In translationibus proclivitas ad rem psychologicam introducendam vitetur, quod fit praesertim cum loco locutionum, quae de virtutibus theologicis agunt, aliae ponuntur, quae mere ad motus affectionum humanarum referuntur. Quoad verba aut locutiones, quibus theologica notio causalitatis proprie divinae redditur (ex. gr., latine expressa verbis *«praesta, ut ... »),* vitandum est, ipsorum loco, verba aut locutiones mere exteriorem aut profanam rationem auxilii ferendi significantia adhibere.

55. Nonnulla vocabula, quae in textum Latinum liturgicum prima facie inducta esse videntur metri causa aut aliarum rationum pertinentium ad technicam disciplinam litterarum, revera saepe significationem proprie theologicam praebent, quapropter in translationibus, quantum fieri potest, servanda sunt. Necesse est, ut vocabula, quae aspectus mysteriorum fidei et christianorum animi rectum habitum exprimunt, accuratissime transferantur.

56. Vocabula quaedam, quae ad thesaurum pertinent totius Ecclesiae primaevae aut ad magnam eius partem, atque alia, quae ad humani ingenii patrimonium sunt adiuncta, in translatione observentur, quantum fieri potest, ad litteram, sicut verba responsionis populi « *Et cum spiritu tuo* » aut locutionis « *mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa* » in actu paenitentiali Ordinis Missae.

B. *De syntaxi, stilo ac genere litterario*

57. Indoles insignis Ritus Romani, qui res enucleate breviter et pressius exprimit, in translatione, quantum fieri potest, servetur. Insuper in variis

[37] **Cf.** CONGR. DE CULT. DIV. ET DISC. SACR., Instr. ***Varietates legitimae,*** n. 53: AAS 87 (1995) 308.

partibus librorum liturgicorum, quam opportunum videtur eandem rationem pro eadem locutione transferenda servare. Haec principia sunt observanda:

a) Connexio inter enunciata, ut exstat, ex. gr. in locutionibus subordinatis et relativis, in verborum dispositione et variis rationibus parallelismi, plene, ut fieri potest, servetur modo linguae vulgari accommodato.

b) In translatione vocabulorum, quae in textu originali continentur, serventur, ut fieri potest, eadem persona, numerus, genus.

c) Significatio theologica verborum causalitatem, propositum aut eventum exprimentium (veluti « ut », « ideo », « enim » et « quia »), quamvis variae linguae diverso modo proferendi utantur, servetur.

d) Principia, supra ad n. 51 exposita, ad varietatem vocabulorum spectantia, observentur etiam quod attinet ad varietatem eorum syntaxis et stili (ex. gr., in positione intra Collectam vocabulorum, casu vocativo, ad Deum directorum).

58. Genus litterarium et rhetoricum variorum textuum Liturgiae Romanae servetur.[38]

59. Quoniam textibus liturgicis, ipsa eorum indole, propositum est ut ore proferantur et audiantur in celebratione liturgica, modi quidam dicendi eorum sunt propria, qui a communi loquendi consuetudine aut a textibus, qui tacite leguntur, differunt, velut exempla recurrentia et cognoscibilia syntaxis et stili, tonus sollemnis aut sublimis, agnominatio et consonantia, imagines concretae ac vividae, iteratio, parallelismus et discrepantiae, rhythmus quidam, et interdum vis lyrica operum poeticorum. Si fieri non potest, ut eadem elementa stili de textu primigenio in lingua vulgari usurpentur (ut saepe contingit, veluti cum de agnominatione vel de consonantia agitur), nihilominus translator oportet animadvertat horum elementorum quaesitum effectum in animum auditoris, quoad argumentum vel discrepantiam inter notiones vel emphasin, et cetera. Deinde cum aliqua sollertia uti debet omnibus facultatibus linguae vulgaris, ut integre, quantum fieri possit, eundem effectum assequatur, non solum quidem circa ipsum argumentum, sed etiam circa res alias. In textibus poeti eis maior flexibilitas exquiratur in translatione, eo consilio, ut comprobari possit officium ipsius formae litterariae in argumento textus reddendo. Nihilominus locu-

[38] Cf. ***ibidem;*** cf. MISSALE ROMANUM, editio typica tertia: ***Institutio Generalis,*** n. 392.

tiones peculiare momentum doctrinale et spirituale habentes aut illae, quae peculiariter sunt pernotae, ad litteram transferantur, ut fieri potest.

60. Magna pars textuum liturgicorum ea est mente composita, ut canantur a sacerdote celebranti, a diacono, a cantore, a populo vel a schola cantorum. Quapropter textus transferatur oportet, ut idoneus fiat ad notas músicas. Attamen in textu notis musicis aptando plene attendatur ad auctoritatem textus ipsius, ita ut neque pro textibus e Sacra Scriptura neque pro iis e Liturgia desumptis, iam recognitione praeditis, paraphrases substituantur, eo spectantes, ut cantus facilior reddatur, neque hymni usurpentur, qui generatim aequales esse putentur.[39]

61. Textus cantui destinati peculiaris sunt momenti, cum fidelibus ingerant sensum sollemnitatis celebrationis atque unitatem in fide et caritate per unitatem vocum manifestent.[40] Hymni et cantica, quae in hodiernis editionibus typicis continentur, minimam partem constituunt immensi thesauri historici Ecclesiae Latinae atque valde expedit ut in editionibus lingua vulgari typis datis serventur, etiam una cum aliis, lingua vulgari immediate exaratis. Textus cum cantu edendi directo ipsa lingua vulgari compositi, potius depromantur de Sacra Scriptura atque de thesauro liturgico.

62. Textus quidam liturgici manu ecclesiastica compositi variis actionibus ritualibus sociantur peculiari habitu corporis, gestibus et usibus signorum expressis. Itaque in elaborandis aptis translationibus expedit, ut ad elementa attendatur sicut tempus ad textum recitandum necessarium, eius convenientiam cum recitatione vel cantu, aut cum continuis repetitionibus, etc.

4. NORMAE AD SPECIALIA TEXTUUM GENERA SPECTANTES

A. *De Precibus eucharisticis*

63. Culmen totius actionis liturgicae est Missae celebratio, in qua, per vices, Prex Eucharistica seu Anaphora locum praecipuum obtinet.[41] Quapropter translationes Precum eucharisticarum approbatarum summa cum diligentia sunt parandae praesertim quoad formulas sacramentales, circa quas specialis procedendi ratio infra, ad nn. 85-86, praescribitur.

[39] Cf. MISSALE ROMANUM, editio typica tertia: ***Institutio Generalis,*** nn, 53, 57.

[40] Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Ap. ***Dies Domini,*** n. 50: AAS 90 (1998) 745,

[41] MISSALE ROMANUM, editio typica tertia: ***Institutio Generalis,*** n. 78,

64. Revisiones translationum, quae postmodum sequantur, sine causis necessariis non debent notabiliter mutare textum vulgarem iam approbatum Precum Eucharisticarum, quas fideles gradatim memoria tenuerint. Quotiescumque translatio omnino nova necessario postulatur, observentur ea quae infra, ad n. 74, dicuntur.

B. *De Symbolo vel professione fidei*

65. Symbolum seu professio fidei eo tendit, ut universus populus congregatus verbo Dei in lectionibus e sacra Scriptura nuntiato et per homiliam exposito respondeat et ut regulam fidei proferendo formula pro usu liturgico probata magna fidei mysteria recolat et confiteatur.[42] Symbolum transferendum est verbis accuratis, quae traditio Ecclesiae Latinae ipsi tribuit, servato usu primae personae singularis, qua manifesto declaratur: « confessio fidei traditur in symbolo quasi ex persona totius Ecclesiae, quae per fidem unitur ».[43] Insuper, verba « carnis resurrectionem » ad litteram sunt transferenda, quotiescumque Symbolum Apostolorum in Liturgia praescribitur vel adhiberi potest.[44]

C. De « Praenotandis » ac textibus indolis rubricalis vel iuridicae

66. Omnes partes uniuscuiusque libri liturgici eadem ratione transferri debent, qua in textu Latino editionis typicae ostenduntur, non exceptis institutione generali, praenotandis et instructionibus variis ritibus antepositis, necnon singulis rubricis, quae totius structurae Liturgiae sunt fulmentum.[45] Distinctio inter varia munera liturgica et appellationem ministrorum liturgicorum, propriis eorum titulis declaratis, ut in rubricis editionis typicae, in translatione accurate servetur, ratione, ut decet, habita eorum, quae supra, ad n. 50c, dicuntur.[46]

67. Ubi eiusmodi praenotanda aut alii textus editionum typicarum explicite postulant accommodationes aut definitiones, rem specifice indicantes,

[42] Cf. ***ibidem,*** n. 67

[43] S. THOMAS AQUINAS, ***Summa Theologiae,*** IIa Hae, I, 9.

[44] Cf. S. CONGR. PRO DOCTR. FIDEI, ***Communicatio,*** diei 2 Decembris 1983: ***Notitiae*** 20 (1984) 181.

[45] Cf CONC. OECUM. VAT. II, Const ***Sacrosanctum Concilium,*** n. 63 b; S. CONGR. DE CULT. DIV., Declaratio « ***De interpretationibus popularibus novorum textuum liturgicorum* »,** diei 15 Septembris 1969: ***Notitiae*** 5 (1969) 333-334.

[46] Cf. CONGR. PRO CLERICIS et al., Instr. ***Ecclesiae de mysterio,*** diei 15 Augusti 1997, art. 1-3, 6-12: AAS 89 (1997) 861-865, 869-874.

quae a Conferentiis inducantur, ex. gr., partes Missalis quae a Conferentia Episcoporum pressius definiendae sunt,[47] licet eiusmodi praescripta textui inserere, dummodo eiusmodi partes recognitionem Apostolicae Sedis acceperint. Ex natura rei, non expedit hoc in casu, ut eae partes transferantur adamussim, prout in editione typica exstant. Nihilominus, mentio fiat decretorum approbationis Conferentiae Episcoporum et recognitionis a Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum concessae.

68. In popularium editionum initio collocentur decreta, quibus editiones typicae sunt promulgatae a Dicasterio competenti Apostolicae Sedis, ratione ducta praescriptionum ad n. 78 expositarum. Ponantur etiam decreta, per quae translationibus concessa est recognitio Sanctae Sedis, aut ipsa saltem recognitio concessa memoretur, additis die, mense, anno et numero protocolli decreti a Dicasterio emanati. Cum haec etiam monumenta historica sint, nomina Dicasteriorum aliorumve Apostolicae Sedis Institutorum accurate debent transferri, quod attinet ad diem promulgationis documenti, nec vero accommodari debent ad nunc vigens nomen eiusdem paris ve institutionis.

69. Editiones librorum liturgicorum lingua vulgari apparatae omni ex parte congruant cum titulis, ordine textuum, rubricis et numerorum ratione, quae in editione typica exstant, nisi in praenotandis iisdem libris praepositis aliter statuatur. Inserantur insuper quaevis additamenta a Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum approbata, sive in supplemento quodam seu appendice sive loco suo, prout Sedes Apostolica statuerit.

III
DE TRANSLATIONUM PRAEPARATIONE DEQUE COMMISSIONUM ERECTIONE

1. DE PRAEPARANDAE ALICUIUS TRANSLATIONIS RATIONE

70. Propter officium Episcopis commissum translationes liturgicas procurandi,[48] id opus peculiariter committitur commissioni liturg Conferentia Episcoporum debite constitutae. Ubi talis commissio deest, munus translationem procurandi concredatur duobus vel tribus Episcopis, in stu-

[47] Cf. MISSALE ROMANUM, editio typica tertia: *Institutio Generalis,* n. 389.

[48] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const.. *Sacrosanctum Concilium,* n. 36; cf. *Codex Iuris Canonici,* can.. 838 § 3.

diis liturgicis, biblicis, philologicis aut musicis peritis.[49] Quod autem ad textuum perscrutationem et approbationem pertinet, omnes et singuli Episcopi hoc officium habere debent ut rem fiducialem directam, sollemnem et personalem.

71. In nationibus ubi plures linguae adhibentur, translationes in singulas linguas vulgares conficiantur et peculiari examini Episcoporum quorum interest subiciantur.[50] Nihilominus ad Conferentiam Episcoporum ut talem spectat ius et potestas circa omnes actus in hac Instructione memoratos ut ad huiusmodi Conferentiam pertinentes; ideoque ad totam Conferentiam spectat textum approbare et Apostolicae Sedi recognitionis causa subicere.

72. Episcopi, in exsequendo munere eis commisso translationes textuum liturgicorum aptandi, diligenter provideant, ut translationes sint fructus nisus vere communis potius quam uniuscuiusque personae aut coetus paucorum hominum.

73. Omnem promulgationem editionis typicae latinae alicuius libri liturgici subsequatur oportet tempestiva exaratio translationis eiusdem libri, quam Conferentia Episcoporum, post debitam eius approbationem, ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum mittat, cuius est eam recognoscere secundum normas in hac Instructione expositas, aliisque iure servandis.[51] Si autem de mutatione alicuius tantummodo partis editionis typicae latinae vel de insertione quorundam elementorum novorum agitur, haec innovationes in omnibus editionibus, lingua populari effectis, quae sequentur, plene et fideliter serventur.

74. Stabilitas quaedam observetur oportet, quantum fieri potest, in editionibus, quae sequentur, lingua aliqua huius aetatis vigente confectis. Partes populi memoriae mandandae, praesertim si cum cantu eduntur, solum ob causam iustam atque magnam immutentur. Nihilominus, si mutationes maioris momenti necessariae fuerint eo consilio, ut textus aliquis ad normas, quae hac Instructione continentur, conformetur, melius erit ut omnes simul producantur. Quod si fieri contingat, ad editionem novi textus accedat conveniens tempus catechesis.

[49] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. ***Sacrosanctum Concilium,*** n. 44; S. RITUUM CONGR., Instr, ***Inter Oecumenici,*** nn, 40 b, 44; AAS 56 (1964) 885-886,

[50] Cf. S. RITUUM CONGR., Instr. ***Inter Oecumenici,*** n. 40 d; AAS 56 (1964) 886.

[51] Cf, ***Codex Iuris Canonici,*** can, 838,

75. Translatio librorum liturgicorum expostulat non solum rarum gradum peritiae, sed etiam spiritum orationis et fiduciam auxilii divini, quod non tantum translatoribus conceditur, sed ipsi Ecclesiae, per totum cursum ad approbationem textuum certam ac definitam perducendum. Animus paratus pati ut proprium opus ab aliis expendatur et revideatur, est pernecessarius habitus, quo quivis oportet sit insignis, qui munus liturgicos libros transferendi suscepit. Praeterea omnes translationes vel textus lingua vulgari exarati, non exceptis iis, quae ad praenotanda spectant, atque textus ad rubricas pertinentes oportet sint sine nomine auctoris, quod attinet sive ad personas sive ad instituta e pluribus constantia, ut fieri contingit in editionibus typicis.[52]

76. Ad statuta Concilii Vaticani II de sacra Liturgia in effectum ducenda, patet e maturatione experientiae quasi quattuor decenniorum instaurationis litura   Concilio Oecumenico decursorum, necessitatem habere translationum textuum liturgicorum — saltem quoad linguas diffusiores — non solum Episcopos in Ecclesiis particularibus regendis, sed etiam ipsam Sedem Apostolicam, ut universalem erga christifideles sollicitudinem in Alma Urbe atque per orbem terrarum efficaciter agat. In dioecesi enim Romana, praesertim in multis ecclesiis et institutis Urbis, quae ab eadem dioecesi vel ab organis Sanctae Sedis aliquo modo dependent, necnon in actuositate Dicasteriorum Curiae Romanae et Repraesentantium Pontificiorum, maiores linguae latius et frequentius adhibentur, etiam in celebrationibus liturgicis. Quare visum est, ut in posterum, quoad praedictas linguas maiores, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum in translationibus apparandis pressius seu intimius partem habeat.

77. Quod insuper ad linguas praecipuas attinet, integra translatio omnium librorum liturgicorum tempore congruo conficiatur. Translationes antehac ad interim approbatae perficiantur aut omni ex parte revideantur, ut casus fert, ac postea Episcopis subiciantur ad approbationem definitivam secundum ea quae hac Instructione exponuntur, ac denique ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum mittantur, ad Apostolicae Sedis recognitionem impetrandam.[53]

78. Cum agitur de sermonibus minus diffusis, qui ad usum liturgicum approbati sunt, transferri possunt in primis maiores tantum ex libris litur-

[52] Cf S. CONGR. PRO CULT. DIV., Declaratio, diei 15 Maii 1970: ***Notitiae*** 6 (1970) 153.

[53] Cf IOANNES PAULUS PP. II, Litt Ap. ***Vicesimus quintus annus,*** n. 20: AAS 81 (1989) 916.

gicis, secundum necessitates pastorales, consentiente Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum. Singuli libri, qui sic seliguntur, integre transferendi sunt, ut supra, ad n. **66,** dicitur. Quod attinet ad decreta, institutionem generalem, praenotanda et instructiones, licet ea typis imprimi lingua, quae differt a lingua in celebratione adhibita et nihilominus prorsus intellegitur a sacerdotibus vel diaconis celebrantibus eo in territorio. Licet textum latinum decretorum typis imprimi aut translationi additum aut eius loco positum.

2. DE APPROBATIONE TRANSLATIONIS AC PETITIONE RECOGNITIONIS A SEDE APOSTOLICA IMPETRANDAE

79. Approbatio textuum liturgicorum, sive definitiva sive ad interim seu ad experimentum, fieri debet per decretum. Ut hoc legitime patretur, haec, quae sequuntur, oportet observentur.[54]

a) Ad legitima ferenda decreta, duae ex tribus suffragiorum secretorum partes requiruntur, ab omnibus iis qui in Conferentia Episcoporum iure fruuntur suffragium deliberativum ferendi.

b) Omnia acta ab Apostolica Sede probanda, in duplici exemplari exarata et a Praeside et Secretario Conferentiae et subscribantur sigilloque debite munita, ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum sunt transmittenda. Illis actis contineantur:

- i) nomina Episcoporum vel iure aequiparatorum, qui adunationi interfuerunt,
- ii) relatio de rebus actis, qua contineri debet exitus suffragationum, ad singula decreta pertinentium, addito numero faventium, ad versantium et se suffragii latione abstinentium.

c) Duo exemplaria textuum liturgicorum vulgari sermone apparatorum mittantur; quantum fieri potest, idem textus praebeatur etiam per orbiculum instrumenti computatorii;

[54] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. ***Sacrosanctum Concilium,*** n. 36; PAULUS PP. VI, Litt. Ap. ***Sacram Liturgiam,*** IX: AAS 56 (1964) 143; S. RITUUM CONGR., Instr. ***Inter Oecumenici,*** nn 27-29: AAS 56 (1964) 883; PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS, Responsum ad propositum dubium: AAS 60 (1968) 361-362; cf S. CONGR. PRO SACR. ET CULT. DIV , Ep ad Praesides Conf. Episc, « ***De linguis vulgaribus in S. Liturgiam inducendis»,*** diei 5 Iunii 1976 ***Notitiae*** 12 (1976) 300-302

d) In relatione peculiari, ea quae sequuntur, dilucide declarentur:[55]

- i) rationes seu criteria in opere translationis servata,
- ii) elenchus personarum in diversis laboris gradibus participantium, una cum brevi nota spectante ad ingenii qualitatem et peritiam uniuscuiusque earum,
- iii) mutationes fortasse inductae respectu prioris translationis eiusdem editionis libri liturgici distincte significentur una cum causis, cur mutationes sint factae,
- iv) expositio cuiusvis mutationis inductae circa materiam editionis typicae latinae una cum causis, ob quas id necessarium fuerit, et una cum mentione prioris licentiae a Sede Apostolica concessae ad huiusmodi mutationem inducendam.

80. Usus recognitionem a Sede Apostolica impetrandi pro omnibus translationibus textuum liturgicorum[56] necessariam praestat securitatem, significantem translationem esse authenticam et cum textibus originalibus convenire, et verum vinculum exprimit atque efficit communionis inter beati Petri successorem et Fratres in Episcopatu. Quae insuper recognitio non est tantum formalitas quaedam, sed actus potestatis regiminis, absolute necessarius (quo absente, actus Conferentiae Episcoporum vi legis minime gaudet) et quo imponi possunt modificationes, etiam substantiales.[57] Quapropter nullos textus liturgicos translatos aut recenter compositos typis imprimi licet quibus celebrantes aut generatim populus utantur, si recognitio deest. Cum semper oporteat ut lex orandi cum lege credendi concordet ac fidem christiani populi manifestet atque corroboret, translationes liturgicae Deo dignae esse non poterunt nisi ubertatem doctrinae catholicae de textu originali in versionem vulgarem fideliter transferant, ita ut sermo sacer accommodetur ad rem dogmaticam, quam continet.[58] Observandum insuper est principium, iuxta quod unaquaeque Ecclesia particularis cum Ecclesia universali concordare debet non solum quoad fidei doctrinam et signa sacramentalia, sed etiam quoad usus universaliter acceptos ab apostolica et

[55] Cf. S. RITUUM CONGR., Instr. ***Inter Oecumenici,*** n. 30: AAS 56 (1964) 883; S. CONGR. PRO SACR. ET CULT. DIV., Ep. ad Praesides Conf. Episc, « ***De linguis vulgaribus in S.. Liturgiam inducendis*** », diei 5 Iunii 1976: ***Notitiae*** 12 (1976) 302

[56] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const ***Sacrosanctum Concilium,*** n 36; S. RITUUM CONGR., Instr. ***Inter Oecumenici,*** nn. 20-21, 31: AAS 56 (1964) 882, 884; ***Codex Iuris Canonici,*** can. 838

[57] Cf PONT. COMM. CODICI IURIS RECOGNOSCENDO, Acta: ***Communicationes*** 15 (1983) 173.

[58] Cf. PAULUS PP. VI, Allocutio ad Sodales et Peritos Consilii « ad exsequendam Constitutionem de S. Liturgia», diei 13 Octobris 1966: AAS 58 (1966) 1146; Allocutio ad Sodales et Peritos Consilii « ad exsequendam Constitutionem de S. Liturgia », diei 14 Octobris 1968: AAS 60 (1968) 734.

continua traditione;[59] ideoque Apostolicae Sedis debita recognitio spectat ad invigilandum, ut translationes ipsae, necnon legitimae quaedam varietates in eas inductae, nedum populi Dei unitati noceant, ei potius semper inserviant.[60]

81. Recognitio ab Apostolica Sede concessa in editione typis excussa indicari debet una cum sententia « *concordat cum originali* », cui Praeses Commissionis liturgicae Conferentiae Episcoporum subscripserit nec sine vocabulo « *imprimatur* », a Praeside eiusdem Conferentiae subnotato.[61] Praeterea duo exemplaria cuiusvis editionis typis impressae mittantur ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum.[62]

82. Quaevis mutatio in libro liturgico, a Conferentia Episcoporum iam approbato cum subsecuta recognitione Apostolicae Sedis, spectans ad selectionem textuum ex libris liturgicis iam editis vel mutationem dispositionis textuum, fieri debet secundum modum procedendo, supra n. 79 statutum, ratione etiam habita praescriptionum supra, ad n. 22, expositarum. Quaelibet alia ratio procedendi in peculiaribus rerum adiunctis adhiberi potest solummodo, si per Statuta Conferentiae Episcoporum aut per aequalem legislationem, a Sede Apostolica approbatam, ea sit sancita.[63]

83. Ad editiones librorum liturgicorum lingua vulgari exaratas quod attinet, intellegendum est Conferentiae Episcoporum approbationem, necnon Apostolicae Sedis recognitionem, solummodo pro territorio eiusdem Conferentiae valere, neque has editiones sine Apostolicae Sedis licentia in alio territorio adhiberi posse, exceptis in peculiaribus rerum adiunctis, prout supra, ad nn. 18 et 76, memorata sunt, servatisque normis ibi expositis.

84. Ubi Conferentia quaedam Episcoporum bonis vel instrumentis sufficientibus ad librum liturgicum apparandum atque imprimendum careat, Praeses ipsius Conferentiae rem exponat Congregationi de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, cuius est quamvis aliam dispositionem aut capere aut approbare, quoad libros liturgicos una cum aliis Conferentiis editos illos ve alibi iam adhibitos usurpandos. Quae vero licentia Sanctae Sedis solummodo ad actum conceditur.

[59] MISSALE ROMANUM, editio typica tertia, ***Institutio Generalis,*** n 397

[60] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia ***Lumen Gentium,*** n. 13; cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Ap. motu proprio datae, ***Apostolos suos,*** diei 21 Maii 1998, n 22: AAS 90 (1998) 655-656.

[61] Cf. ***Codex Iuris Canonici,*** can 838 § 3

[62] Cf S. CONGR. DE SACR. ET CULT. DIV., Ep. ad Praesides Conf. Episc. « ***De linguis vulgaribus in S. Liturgiam inducendis*** », diei 5 Iunii 1976: ***Notitiae*** 12 (1976) 302,

[63] Cf. ***ibidem,*** pp. 300-302.

3. DE TRANSLATIONE ET APPROBATIONE FORMULARUM SACRAMENTALIUM

85. Circa translationes formularum sacramentalium, quas Congregatio de Cultu Divino iudicio Summi Pontificis subicere debet, sequentia sunt observanda, praeter ea quae ad translationem aliorum textuum liturgicorum requiruntur: [64]

a) Cum de linguis anglica, gallica, germanica, hispanica, italica, lusitana agitur, omnia acta, singulis linguis conscripta, praesententur;

b) Si translatio a textu vulgari iam eadem lingua composito et approbato discrepat, oportet exponatur causa, ob quam mutatio est inducta;

c) Praeses et Secretarius Conferentiae Episcoporum testari debent translationem a Conferentia Episcoporum esse approbatam.

86. Cum de linguis minus diffusis agitur, omnia peragantur, ut supra sunt exposita. Acta tamen una ex linguis supra dictis, quae latius sunt cognitae, redigi debent summa cura, ita ut significatio uniuscuiusque verbi linguae vulgaris reddatur. Praeses et Secretarius Conferentiae Episcoporum, postquam peritos, ut necesse est, fiducia dignos consuluerunt, authenticitatem huius translationis testificentur.[65]

4. DE UNICA VERSIONE TEXTUUM LITURGICORUM

87. Commendatur ut habeatur unica pro unoquoque vulgari sermone versio librorum aliorumque textuum liturgicorum, consilio inito inter Episcopos regionum ubi eadem lingua viget.[66] Si propter rerum adiuncta, id reapse fieri non potest, singulae Conferentiae Episcoporum, praevia consultatione Sanctae Sedis, statuant aut translationem, quae iam habetur, esse accommodandam aut novam apparandam. In utroque casu exquiratur actuum recognitio ex parte Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum.

[64] Cf. S. CONGR. PRO CULT. DIV., Ep, ad Praesides Conf. Episc. « ***De normis servandis quoad libros liturgicos in vulgus edendos, illorum translatione in linguas hodiernas peracta*** », diei 25 Octobris 1973: AAS 66 (1974) 98-99; S. CONGR. DE SACR. ET CULT. DIV., Ep. ad Praesides Conf. Episc. « ***De linguis vulgaribus in S. Liturgiam inducendis*** », diei 5 Iunii 1976: ***Notitiae*** 12 (1976) 300-302.

[65] Cf. S. CONGR. PRO CULT. DIV., Ep. ad Praesides Conf. Episc. « ***De normis servandis quoad libros liturgicos in vulgus edendos, illorum translatione in linguas hodiernas peracta*** », diei 25 Octobris 1973: AAS 66 (1974) 98-99; S. CONGR. DE SACR. ET CULT. DIV., Ep. ad Praesides Conf. Episc. « ***De linguis vulgaribus in S. Liturgiam inducendis*** », diei 5 Iunii 1976: ***Notitiae*** 12 (1976) 300-302.

[66] Cf. S. CONGR. PRO CULT. DIV., Normae « ***De unica interpretatione textuum liturgicorum*** », diei 6 Februarii 1970: ***Notitiae*** 6 (1970) 84-85; cf. S. RITUUM CONGR., Instr. ***Inter Oecumenici,*** n. 40 c: AAS 56 (1964) 886

88. Si de Ordine Missae iisque partibus sacrae Liturgiae agitur, quae directam populi participationem requirunt, unica habeatur translatio certa quadam lingua composita,[67] nisi aliter, singulis in casibus, provideatur.

89. Textus qui pluribus Conferentiis communes sunt, ut supra, ad nn. 87-88, ab omnibus et singulis Conferentiis Episcoporum, quae iis uti debent, de more approbandi sunt, antequam eorundem textuum recognitio ab Apostolica Sede concedatur.[68]

90. Debito habito respectu traditionum catholicarum atque omnium principiorum et normarum, quae hac Instructione continentur, aptus quidam nexus seu coordinatio maxime optatur, ubicumque fieri potest, inter quasvis translationes, communi usui destinatas in variis Ritibus Ecclesiae Catholicae, praesertim circa textus sacrae Scripturae. Episcopi Ecclesiae Latinae hanc rem foveant in spiritu obsequentis fraternaeque cooperationis.

91. Similis consensus exoptatur etiam cum Ecclesiis Orientalibus particularibus non Catholicis aut cum auctoritatibus ecclesialium communitatum Protestantium,[69] dummodo ne agatur de textu liturgico ad res doctrinales adhuc disputatas spectante, ac dummodo Ecclesiae vel communitates ecclesiales, de quibus agitur, sectatores habeant sat multos atque ii, qui consuluntur, vere vice fungantur earundem communitatum ecclesialium. Ut periculum scandali aut confusionis inter christifideles omnino vitetur, Ecclesia Catholica plenam agendi libertatem in eiusmodi conventionibus, etiam in iure civili, debet servare.

5. DE COMMISSIONIBUS « MIXTIS »

92. Apostolica Sedes, ut unitas librorum liturgicorum etiam in linguas populares translatorum haberetur neque bona et conatus Ecclesiae frustra consumerentur, promovit, inter alias solutiones, quae fieri possint, erectionem commissionum « mixtarum », idest earum, quarum operis plures Conferentiae Episcoporum quodammodo participant.[70]

[67] Cf. S. CONGR. PRO CULT. DIV., Normae « *De unica interpretatione textuum liturgicorum* », diei 6 Februarii 1970: *Notitiae* 6 (1970) 84-85

[68] Cf. *ibidem,* p. 85.

[69] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const, *Dei Verbum,* n. 22; *Codex Iuris Canonici,* can.. 825, § 2; PONT. CONS. AD UNITATEM CHRISTIANORUM FOVENDAM, *Directorium Oecumenicum,* diei 25 Martii 1993, nn 183-185, 187: AAS 85 (1993) 1104-1106; cf. *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium,* can. 655, § 1.

[70] Cf CONSILIUM «AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM DE S. LITURGIA», *Ep. Praesidis,* diei 16 Octobris 1964: *Notitiae* 1 (1965) 195; PAULUS PP. VI, Allocutio habita iis qui operam dant liturgicis textibus in vulgares linguas convertendis, diei 10 Novembris 1965: AAS 57 (1965)

93. Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum huiusmodi commissionem « mixtam », petentibus Conferentiis Episcoporum, ad quas res spectat, erigit; commissio deinceps secundum statuta ab Apostolica Sede approbata gubernatum[71] Licet de more auspicandum sit ut de praedicta erectione poscenda necnon de redactione statutorum discernantur omnes et singulae Conferentiae Episcoporum, quae commissionis quodammodo participant, priusquam de iisdem petitio Congregationi de Culto Divino et Disciplina Sacramentorum subiicitur, tamen, si ob magnum numerum earum Conferentiarum vel ob tempus protractius, quod ad suffragium peragendum forte requiritur, vel ob peculiarem necessitatem pastoralem visum erit praedicto Dicasterio, minime excluditur, ut statuta ab eodem, collatis consiliis, in quantum fieri poterit, aliquorum saltem Episcoporum quorum interest, et exarentur et approbentur.

94. Commissio « mixta », suo indole proprio, adiumentum praebet Episcopis neque pro iis substituitur, quod ad eorum munus pastorale aut cum Apostolica Sede relationes pertinet.[72] Commissio enim « mixta » tertium quid non constituit inter Sedem Apostolicam et Conferentias Episcoporum posita, nec aestimanda est via communicationis inter ipsas. Membra commissionis semper sunt Episcopi, vel saltem Episcopo iure aequiparati. Episcoporum insuper est, ut Membra eiusdem, Commissionem dirigere.

95. Expedit ut inter Episcopos, qui operis uniuscuiusque Commissionis « mixtae » sunt participes, aliqui saltem sint, quibus est creditum circa res liturgicas in suis cuiusque Conferentiis tractandas, utpote, ex. gr., Praesidibus commissionis Conferentiae de re liturgica.

96. Eiusmodi enim commissio, quantum fieri potest, ope commissionum liturgicarum a singulis Conferentiis Episcoporum dependentium, quae rei intersunt, sive quoad peritos sive quoad instrumenta technica adhibenda sive quoad auxilium « secretariale », officium suum exercet. Praesertim per coordinationem laboris incepti operatur, ita ex. gr. ut a commissione liturgica unius Conferentiae Episcoporum primum schema translationis praeparatur, ab aliis deinde commissionibus, etiam ob diversitatem locutionum eadem lingua in singulis territoriis sponte adhibitis, in melius mutatur.

97. Expedit ut in singulis laboris temporibus, eiusdem operis aliqui saltem Episcopi participent, donec textus maturus Coetui Plenario Confe-

969; S. CONGR. DE CULT. DIV., Normae « ***De unica interpretatione textuum liturgicorum*** », diei 6 Februarii 1970: ***Notitiae*** 6 (1970) 84-85.

[71] Cf. S. RITUUM CONGR., Instr. ***Inter Oecumenici,*** n. 23 c: AAS 56 (1964) 882; ***Codex Iuris Canonici,*** cann. 94, 117, 120; cf. IOANNES PAULUS PP. II, Const.. Ap.. ***Pastor bonus,*** diei 28 Iunii 1988, art. 65: AAS 80 (1988) 877.

[72] Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Ap ***Apostolos suos,*** diei 21 Maii 1998, nn. 18-19: AAS 90 (1998) 653-654.

rentiae Episcoporum examinandus et approbandus praesentetur et immediate a Conferentiae Praeside, subscribente etiam Secretario Generali, ad normam iuris Sedi Apostolicae ad recognitionem mittatur.

98. Insuper Commissiones « mixtae » limites sibi ponant eo quod solum textus editionum typicarum pertractant, omitientes omnem rem theoreticam ad hoc earum opus non directe pertinentem, neque cum aliis Commissionibus « mixtis » relationes habeant neque novos textus componant.

99. Firma enim manet necessitas commissiones de sacra Liturgia necnon de musica sacra et arte sacra ad normam iuris in unaquaque dioecesi et territorio Conferentiae Episcoporum erigendi.[73] Hae omnes ad proprium finem obtinendum per se ipsas laborent, ne res ipsis commissae ad quandam commissionem « mixtam » tractandae transeant.

100. Ex qualibet Commissione « mixta » omnes praecipui cooperatores, qui non sint Episcopi quibusque munus ab his commissionibus stabiliter sit mandatum, antequam munus suum incipiant, declaratione indigent « *Nihil obstat* » a Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum concessam, perpensis titulis academicis ac testimoniis ad peritiam spectantibus, attentisque litteris commendatitiis proprii Episcopi dioecesani. In statutis conficiendis, ut supra ad n. 93 est dictum, accuratius describatur, quomodo haec petitio sit postulanda.

101. Omnes, non exceptis peritis, operam conferre debent sine nomine scripto et secreto observato qua condicione cuncti, praeter Episcopos, obligentur vi pactionis.

102. Expedit etiam, ut per temporis intervalla, Statutis definita, munera membrorum, cooperatorum et peritorum renoventur. Propter necessitates usu cognitas, quibus Commissiones quaedam premuntur, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, poterit, si res ab ea postulatur, per indultum concedere, ut temporis spatium quibusdam membris, cooperatoribus aut peritis statutum, prorogetur.

103. Quod ad Commissiones « mixtas » iam exstantes attinet, statuta earum ad normam n. 93 ceterorumque hac ab Instructione praescriptorum revidenda sunt intra biennium, a die quo vigere incipit haec Instructio.

[73] Cf. Pius PP. XII, Litt. Enc. ***Mediator Dei,*** diei 20 Novembris 1947: AAS 39 (1947) 561-562; CONC. OECUM. VAT. II, Const ***Sacrosanctum Concilium,*** nn. 44-46; PAULUS PP.. VI, Litt. Ap. ***Sacram Liturgiam:*** AAS 56 (1964) 141; S. RITUUM CONGR., Instr. ***Inter Oecumenici,*** nn. 44-46: AAS 56 (1964) 886-887.

104. Ob bonum fidelium, Sancta Sedes sibi reservat ius translationes in quamlibet linguam apparandi et ad usum liturgicum approbandi.[74] Attamen, etiamsi interdum in translationibus apparandis Sedes Apostolica per Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum necessario interveniet, approbatio earundem, ut in usum liturgicum intra fines cuiusvis territorii ecclesiastici assumantur, spectare pergat ad competentem Conferentiam Episcoporum, nisi aliud, in decreto approbationis eiusdem translationis a Sede Apostolica promulgato, diserte provideatur. Deinde Conferentia decretum approbationis pro illo territorio recognitionis causa remittat Sanctae Sedis, una cum textu ipso, ad normam huius Instructionis ceterorumque iuris statutorum.

105. Moventibus causis ut supra, ad nn. **76** et **84,** expositis, aliisve necessitatibus pastoralibus urgentibus, commissiones, consilia, comitatus vel coetus laboris per decretum Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum eriguntur, quae de translationibus sive singulorum quorundam librorum liturgicorum sive plurium, in una vel pluribus linguis, tractant, quaeque directo ex Apostolica Sede pendent. Quo in casu, in quantum fieri potest, consultabuntur aliqui saltem ex Episcopis, ad quos res pertinet.

6. DE NOVIS TEXTIBUS LITURGICIS IN LINGUA VULGARI CONFICIENDIS

106. Circa compositionem novorum textuum liturgicorum, linguis vulgaribus conficiendorum, qui fortasse iis ex editionibus typicis latinis translatis addantur, normae iam vigentes observentur, peculiariter illae, quae in Instructione « *Varietates legitimae* » continentur.[75] Singularis Conferentia Episcoporum unam aut plures Commissiones instituat ad textus conficiendos aut ad studium ponendum in apta textuum accommodatione, qui textus recognitionis causa ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum transmittantur, antequam quibusvis libris edantur, usui celebrantium et generatim christifidelium destinatis.[76]

107. Animo perpendendum est compositionem novorum textuum precationum aut rubricarum non spectare ad se ut ad finem proprium, sed eo consilio suscipi debere, ut peculiari necessitati culturali aut pastorali occur-

Codex Iuris Canonici, cann. 333, 360; IOANNES PAULUS PP. II, Const Ap, ***Pastor Bonus,*** diei 28 Iunii 1988, art. 62-65: AAS 80 (1988) 876-877; cf. S. CONGR. PRO CULT. DIV., Ep. ad Praesides Conf. Episc. « ***De normis servandis quoad libros liturgicos in vulgus edendos, illorum translatione in linguas hodiernas peracta*»,** diei 25 Octobris 1973, n 1: AAS 66 (1974) 98,

[75] Cf CONGR. DE CULT. DIV. ET DISC. SACR., Instr, ***Varietates legitimae,*** diei 25 Ianuarii 1994: AAS 87 (1995) 288-314

[76] Cf, ***ibidem,*** n, 36: AAS 87 (1995) 302.

ratur. Quapropter hoc est stricte officium Commissionum liturgicarum localium et nationalium, non autem Commissionum, de quibus supra ad nn. 92-104 est dictum. Textus novi, lingua vulgari compositi, sicut aliae accommodationes legitime inductae nihil contineant repugnans muneri, significationi, structurae, stilo, argumento theologico aut tradito thesauro vocabulorum neque aliis magni momenti qualitatibus textuum, quae in editionibus typicis inveniuntur.[77]

108. Cantus et hymni liturgici peculiaris momenti et efficacitatis sunt. Praesertim dominica, « die Domini », cantus populi fidelis ad celebrationem sacrae Missae congregati, non minus quam orationibus, lectionibus et homilia, ratione authentica nuntium afferant Liturgiae, dum sensum communis fidei et communionis in caritate fovent.[78] Si a populo fideli diffusius adhibentur, satis sint stabiles, ita ut confusio in populo vitetur. Intra quinquennium ab editione huius Instructionis computandos, Conferentiae Episcoporum, necessariam operam conferentibus Commissionibus nationalibus aut dioecesanis ad quas pertinet, aliisque peritis, edendum curent directorium seu repertorium textuum cantui liturgico destinatorum. Eiusmodi repertorium transmittatur, necessariae recognitionis causa, ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum.

IV
DE LIBRORUM LITURGICORUM EDITIONE

109. Librorum liturgicorum Ritus Romani, tantummodo textum Latinum praebentium, ea dicitur « editio typica », quae ex decreto Congregationis pro tempore competentis edita sit.[79] Editiones typicae publici iuris factae ante hanc Instructionem Typis Polyglottis Vaticanis vel a « Libreria Editrice Vaticana » divulgabantur; in posterum vero illae erunt de more Typis imprimendae Vaticanis, iure eas divulgandi praedictae « Libreria Editrice Vaticana » reservato.

110. Normae huius Instructionis, quoad omnia iura, se referunt ad editiones typicas editas vel edendas sive de integro libro, sive de eius parte agatur; editiones nempe Missalis Romani, Ordinis Missae, Lectionarii Missalis Romani, Evangeliarii Missalis Romani, Missalis parvi e Missali Ro-

[77] Cf. MISSALE ROMANUM, editio typica tertia: ***Institutio Generalis,*** n. 398.

[78] IOANNES PAULUS PP. II, Litt Ap. ***Dies Domini,*** diei 31 Maii 1998, nn.. 40, 50: AAS 90 (1998) 738, 745.

[79] Cf. ***Codex Iuris Canonici,*** can. 838 § 2.

mano et Lectionario excerpti, Passionis Domini Nostri Iesu Christi, Liturgiae Horarum, Ritualis Romani, Pontificalis Romani, Martyrologii Romani, Collectionis Missarum et Lectionarii de Beata Maria Virgine, Gradualis Romani, Antiphonalis Romani, necnon aliorum librorum cantus gregoriani, atque editiones librorum Ritus Romani tamquam editiones typicas per decretum promulgatas, uti v. gr. sunt Caeremoniale Episcoporum et Calendarium Romanum.

111. Quoad libros liturgicos Ritus Romani editione typica promulgatos sive ante sive post Concilium Vaticanum II ex decreto Congregationum pro tempore competentium, Sedes Apostolica per Administrationem Patrimonii aut, eius nomine et mandato, per « Libreria Editrice Vaticana » ius proprietatis, quod vulgo dicitur « copyright », obtinet ac sibi vindicat. Licentia tamen denuo imprimendi ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum spectat.

112. Librorum liturgicorum Ritus Romani editiones «iuxta typicam» dicuntur, si agitur de libris lingua Latina exaratis qui ex concessione Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum ab editore post editionem typicam parantur.

113. Ad editiones «iuxta typicam», usui liturgico destinatas, quod attinet: ius libros liturgicos excudendi, qui unum textum Latinum referunt, reservatur ad « Libreria Editrice Vaticana » atque iis editoribus, quibus Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum concredere maluit expressis pactionibus, nisi aliud constet ex normis in ipsa editione typica insertis.

114. Ius libros liturgicos Ritus Romani lingua vernacula transferendi vel saltem ad usum liturgicum rite approbandi, atque eos edendi seu typis evulgandi in proprio territorio unice apud Conferentiam Episcoporum permanet, attentis tamen iuribus et recognitionis [80] et proprietatis Sedis Apostolicae, etiam hac in Instructione expositis.

115. Quoad libros vero liturgicos edendos, qui, in linguam vernaculam translati, proprii sunt cuiusdam Conferentiae Episcoporum, ius editionis reservatur editoribus, quibus id Conferentia Episcoporum expressis pactionibus tributum sit, ratione habita tum praescriptorum legis civilis tum consuetudinum iuridicarum in unaquaque natione vigentium pro libris edendis.

[80] Cf. *ibidem,* can 838 § 3.

116. Ut editor ad editiones «iuxta typicam» usui liturgico destinatas imprimendas procedere possit, debet:

a) si agitur de libris tantummodo textum Latinum praebentibus, singulis vicibus licentiam obtinere a Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, deinde cum Administratione Patrimonii Sedis Apostolicae aut cum « Libreria Editrice Vaticana », quae nomine et mandato eiusdem Administrationis aget, conventionem inire de condicionibus ad publicam horum librorum divulgationem spectantibus;

b) si agitur de libris textum lingua vernacula exaratum praebentibus, iuxta rerum adiuncta, licentiam obtinere a Praeside Conferentiae Episcoporum vel Instituti seu Commissionis, qui de Sanctae Sedis licentia plurium Conferentiarum nomine res gerit, simulque cum eo de condicionibus pro publica horum librorum divulgatione conventionem inire, attentis normis et legibus in propria natione vigentibus;

c) si agitur de libris qui praesertim textum popularem referunt sed etiam diffuse textum Latinum praebent, pro parte ista latina omnia ad normam n. 116a fiant.

117. Iura editionis ac proprietatis ad omnes translationes textuum liturgicorum spectantia, aut saltem iura legis civilis, quae necessaria sunt ad plenam libertatem pollendam in textibus publici iuris faciendis vel corrigendis, penes Conferentias Episcoporum aut earum Commissiones liturgicas nationales maneant.[81] Idem institutum fruatur iure consilia capiendi necessaria ad praecavendum et emendandum usum improprium textuum.

118. Ubi ius proprietatis de textibus liturgicis in linguam popularem translatis commune sit pluribus Conferentiis Episcoporum, forma licentiae singulis Conferentiis concedendae, in quantum fieri potest, sic exaretur, ut res a singulis ipsis Conferentiis administrentur, ad normam iuris. Sin secus, coetus quidem ad hoc administrandum ab Apostolica Sede erigetur, collatis consiliis cum Episcopis.

119. Concordantia librorum liturgicorum cum editionibus typicis approbatis pro usu liturgico, si agitur de textu solummodo lingua Latina exarato, constare debet ex attestatione Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum; si autem agitur de textu lingua vernacula exarato

[81] S. CONGR. PRO CULT. DIV., Declaratio, diei 15 Maii 1970: *Notitiae* 6 (1970) 153.

vel de casu ut supra, ad n. 116c, expositum, constare debet ex attestatione Ordinarii loci in quo libri publici iuris fiunt.[82]

120. Libri, quorum ope textus liturgici cum populo vel pro eodem lingua vulgari proferuntur, ea sint dignitate insignes ut species exterior libri ipsa fideles ad maiorem reverentiam verbi Dei rerumque sacrarum inducat.[83] Idcirco necessarium est ut, quam primum fieri possit, gradus ad tempus institutus superetur, cuius propria sunt folia et fasciculi in unum collecti, ubicumque habentur. Omnes libri, usui liturgico destinati sacerdotum celebrantium vel diaconorum, magnitudine sint sufficienter ampla, ita ut a libris distinguantur ad usum personalem fidelium spectantibus. In iis nimius vitetur luxus, qui necessarie sumptus afferret, aliquibus immodicos. Pictura linearis involucri et imagines pictae in paginis libri item nobilem quandam simplicitatem prae se ferant atque inductionem eorum solummodo stilorum, qui in contextu culturali vim perennem atque universalem attrahendi habeant.

121. Etiam in subsidiis pastoralibus pro privato usu fidelium edendis, quae participationem in actionibus liturgicis foveant, editores attendere debent ad iura proprietatis:

a) Sanctae Sedis, si agitur de textu Latino, vel de musica gregoriana in libris cantus edita sive ante sive post Concilium Vaticanum II, iis tamen exceptis quae in usum omnium concessa sunt vel in futurum concedentur;

ò) unius Conferentiae Episcoporum vel plurium simul Conferentiarum Episcoporum, si agitur de textu lingua vernacula exarato et de musica in eodem textu impressa et quae sit propria Conferentiae vel Conferentiarum.

Ad haec subsidia, praesertim si in forma librorum eduntur, extendi debet licentia Episcopi dioecesani, ad normam iuris.[84]

122. Invigilandum est optioni inter editores efficiendae, quibus impressio per typos librorum liturgicorum committatur, eos excludendo, quorum libri editi non prompte cognoscantur conformari ad spiritum et normas traditionis catholicae.

123. Quoad textus vi conventionis cum Ecclesiis particularibus et communitatibus ecclesialibus a plena communione Sanctae Sedis seiunctis effec-

[82] Cf. ***Codex Iuris Canonici,*** can. 826 § 2; cf. etiam supra, n. 111.

[83] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const ***Sacrosanctum Concilium,*** n. 122; S. RITUUM CONGR., Instr. ***Inter Oecumenici,*** n 40 e: AAS 56 (1964) 886.

[84] ***Codex Iuris Canonici,*** can 826 § 3.

tae, oportet plena et legitima iura Episcoporum catholicorum et Apostolicae Sedis serventur inducendi quasvis mutationes et correctiones quae necessariae reputantur ad eius usum inter catholicos.

124. Secundum iudicium Conferentiae Episcoporum, libelli vel tabellae pro usu fidelium textus liturgicos complectentes, excipi possunt a regula generali qua libri liturgici lingua vulgari exarati omnia continere debent, quae in textu typico Latino seu editione typica habentur. Quoad editiones autem officiales, nempe ad usum liturgicum sacerdotis, diaconi vel competentis ministri laici, serventur ea quae supra, ad nn. **66-69** dicuntur.[85]

125. Praeter ea, quae in editione typica continentur vel providentur aut singillatim exposita sunt in hac Instructione, nullus textus addatur editioni vulgari, nisi praecedat approbatio a Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum concessa.

V
DE TRANSLATIONE TEXTUUM PROPRIORUM LITURGICORUM

1. DE PROPRIIS DIOECESIUM

126. In translatione textuum ut typicorum a Sede Apostolica approbatorum Proprii liturgici dioecesium conficienda, haec quae sequuntur sunt observanda:

a) Translatio fiat a Commissione liturgica dioecesana[86] aut alia ab Episcopo dioecesano ad hoc instituta et deinde ab Episcopo dioecesano approbari debet, consilio capto cleri atque in re peritorum;

b) Translatio, recognitionis causa, proponatur Congregationi de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, tribus exemplaribus textus typici una cum translatione missis;

c) Relatio insuper exaretur, quae contineat oportet:

i) decretum, quo a Sede Apostolica textus typicus approbatus est,

[85] Cf. CONC. OECUM. VAT. II, Const *Sacrosanctum Concilium,* n 63 b; S. CONGR. DE CULT. DIV., Declaratio « ***De interpretationibus popularibus novorum textuum liturgicorum*** », diei 15 Septembris 1969: ***Notitiae*** 5 (1969) 333-334.

[86] Cf. Pius PP. XII, Litt Enc. ***Mediator Dei,*** diei 20 Novembris 1947: AAS 39 (1947) 561-562; CONC., OECUM. VAT. II, Const. ***Sacrosanctum Concilium,*** n. 45.

ii) rationes seu criteria in translatione observata,

iii) elenchus personarum, quae variis in gradibus rei participarunt, una cum brevi descriptione experientiae vel facultatum atque notarum academicarum, quae illis sunt propriae;

d) Cum de linguis agitur minus late diffusis, Conferentia Episcoporum testificari debet textum esse accurate translatum in linguam, ad quam res pertinet, ut supra, ad n. 86.

127. In textibus typis excussis exhibeantur decreta, per quae translationibus concessa est recognitio Sanctae Sedis, aut saltem recognitio concessa memoretur, additis die, mense, anno et numero protocolli decreti a Dicasterio emanati, eisdem servatis normis ut supra, ad n. 68. Duo exemplaria textuum typis editorum ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum transmittantur.

2. DE PROPRIIS FAMILIARUM RELIGIOSARUM

128. In translatione textuum ut typicorum a Sede Apostolica approbatorum Proprii liturgici familiae religiosae conficienda, id est Instituti vitae consecratae vel Societatis vitae apostolicae aut alius associationis vel coetus approbati iure illa habendi fruentis, haec, quae sequuntur, sunt observanda:

a) Translatio fìat a Commissione generali liturgica aut ab alia ad hoc constituta a Moderatore Supremo vel saltem de eius mandato Superiori Provinciali dato, et deinde a Moderatore Supremo cum voto deliberativo eius Consilii approbanda est, consilio, pro opportunitate, capto peritorum et sodalium idoneorum Instituti vel Societatis;

b) Translatio, recognitionis causa, proponatur Congregationi de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, tribus exemplaribus textus typici una cum translatione missis;

c) Relatio insuper exaretur, quae contineat oportet:

i) decretum, quo a Sede Apostolica textus typicus approbatus est,

ii) rationes seu criteria in translatione observata,

iii) elenchus personarum, quae variis in gradibus rei participarunt, una cum brevi descriptione experientiae vel facultatum atque notarum academicarum, quae illis sunt propriae;

d) Cum de linguis agitur minus late diffusis, Conferentia Episcoporum testificari debet textum esse accurate translatum in linguam, ad quam res pertinet, ut supra, ad n. 86;

e) Circa familias religiosas iuris dioecesani eadem ratio procedendi servetur, praeterquam quod textus ab Episcopo dioecesano, una cum iudicio suae approbationis, mittendus est ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum.

129. In Propriis liturgicis familiarum religiosarum, translatio Sacrorum Bibliorum ad usum liturgicum eadem lingua pro eodem territorio ad normam iuris approbata adhibeatur. Si hoc difficile evadit, res ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum remittatur.

130. In textibus typis excussis exhibeantur decreta, per quae translationibus concessa est recognitio Sanctae Sedis, aut saltem recognitio concessa memoretur, additis die, mense, anno et numero protocolli decreti a Dicasterio emanati, eisdem servatis normis ut supra, ad n. 68. Duo exemplaria textuum typis editorum ad Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum transmittantur.

CONCLUSIO

131. Approbatio tempore praeterito singillatim concessa translationibus liturgicis non desinit vigere, licet principium vel criterium sit adhibitum, quod ab iis differt, quae in hac Instructione continentur. A die tamen, quo haec Instructio publici iuris facta est, novum temporis spatium coepit initium quoad emendationes efficiendas, aut considerationes denuo disceptandas de sermonibus seu idiomatibus vulgaribus in usum liturgicum inducendis, necnon translationes vulgari sermone iam hucusque confectas recognoscendas.

132. Intra quinquennium a die, quo haec Instructio publici iuris facta est, Praesides Conferentiarum Episcoporum et Supremi Moderatores familiarum religiosarum et institutorum eiusdem iuris praesentare tenentur Congregationi de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum integram agendi rationem circa libros liturgicos in cuiusque territorio vel instituto vulgari sermone redditus.

133. Insuper normae hac Instructione statutae vim totam consequantur ad translationes, quae iam habentur, emendandas, atque praecaveatur ne huiusmodi emendationes ulterius procrastinentur. Novus hic nisus, ut speratur, momentum stabilitatis habebit in vita Ecclesiae, adeo ut firmum fundamentum comparetur, in quo navitas liturgica populi Dei nitatur atque impensa afferatur renovatio catechesis.

Hanc Instructionem, quae de mandato Summi Pontificis, litteris Em.mi Cardinalis Secretarii Status die 1 mensis Februarii anno 1997 datis (Prot. n. 408.304), a Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum exarata est, ipse Summus Pontifex Ioannes Paulus II, in audientia die 20 mensis Martii anno 2001 Em.mo Domino Cardinali Secretario Status concessa, approbavit et auctoritate Sua confirmavit, mandans ut publici iuris fieret et die 25 mensis Aprilis eiusdem anni vigere inciperet.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 28 mensis Martii anno 2001.

GEORGIUS A. card. MEDINA ESTÉVEZ, *Praefectus*

£B Franciscus Pius Tamburrino, *Archiep. a Secretis*

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

VALENTINA

Beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei Vincentii Cabanes Badenas et XVIII Sociorum Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci Capulatorum a B. V. Perdolente necnon Mariae Carmelitidis García Moyon Christifidelis Laicae (f 1936-1937)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Ego animam meam pono [...] ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso » *(Io* 10, 15, 17-18).

Christum bonum Pastorem secuti, sacerdos Vincentius Cabanes Badenas et 18 eius Socii Fratres Tertii Ordinis S. Francisci Capulatorum a Beata Virgine Perdolente (Tertiarii Capuccini), a Venerabili Servo Dei Aloisio

Amigó Ferrer, O. F. M. Capuccinorum, Episcopo Segobricensi (f 1934), conditi, vitam consumpserunt in Dei servitio inque iuvenibus ex integro educandis in difficultatibus versantibus, caritate moti et persuasione « omnem iuvenem, qui iterum educatur, progeniem esse quae salvatur ». Dum suum apostolatum explicabant in dioecesibus Flaviobrigensi, Matritensi et Valentina, suum testati sunt amorem in Christum usque ad sanguinis effusionem, siquidem pro fide necati sunt ab iis, qui in Hispania violentam persecutionem concitaverant adversus Ecclesiam Catholicam.

Eandem sortem subiit Maria Carmelitis García Moyon, Christifidelis laica, quae apostolica proposita communicabat cum Tertiariis Capuccinis, cum eis pro Regno Dei laborando.

Hi 20 fortissimi Christi discipuli, Calvariae Martyris, viam crucis percurrerunt aequo animo, firmi in fide, sereni in spe et ardentes in caritate, generosi in venia suis persecutoribus danda.

En horum invictorum fidei testium nomina:

1. Vincentius Cabanes Badenas, sacerdos. In oppido *Torrente* (in provincia Valentina) natus est anno 1908. Iuventuti a recta via abductae educandae se dedidit et mortuus est illis ignoscens, qui volebant eum a fide deficere atque in variis corporis partibus eum vulneraverant. Martyrio est affectus Flaviobrigae die 30 mensis Augusti anno 1936.

2. Ambrosius Maria Chuliá Ferrandis (Salvator), sacerdos. In oppido *Torrente* natus est anno 1866. Verus fuit Franciscanus propter suam sinceritatem et humilitatem. Est martyrio affectus in loco *Monserrat* (in provincia Valentina sito) die 18 mensis Septembris anno 1936.

3. Valentinus Maria Jaunzarás Gómez (Vincentius), sacerdos. Ortus est in oppido *Torrente* anno 1896. Plene conformatus ad positionem misericordem Christi, boni Pastoris, interfectus est in loco *Monserrat* die 18 mensis Septembris anno 1936.

4. Richardus Maria López Mòra (Iosephus Maria), frater coadiutor. Natus est in oppido *Torrente* anno 1874. Propositum Franciscanum cum simplicitate coluit. Catechista. Necatus est in oppido *Monserrat* die 18 mensis Septembris anno 1936.

5. Modestus Maria Gay Zarzo (Vincentius), frater coadiutor. Natus est in oppido *Torrente* anno 1885. Spiritu Franciscano praeditus, amans fuit sinceritatis, humilitatis et oboedientiae. Interfectus est in oppido *Monserrat* die 18 mensis Septembris anno 1936.

6. Franciscus Maria Lerma Martínez (Iustus), frater coadiutor. Natus est in oppido *Torrente* anno 1886. Paedagogus fuit magnus, consideratus, industrius, diligens. Necatus est in oppido *Monserrat* die 18 mensis Septembris anno 1936.

7. Laureanus Maria Ferrer Cardet (Salvator), sacerdos. Ortus est in loco *Burriana* anno 1884. Spiritu fuit ornatus misericordi et benevolo: boni Samaritani imago fuit fidelis. Martyrium subiit in oppido *Turis* (in provincia Valentina posito) die 16 mensis Septembris anno 1936.

8. Benedictus Maria Ferrer Jordá (Iosephus Emmanuel), frater coadiutor. Natus est anno 1872 in oppido *Burriana.* Religiosus fuit pius parceque verbis utebatur. Martyrium subiit in oppido *Turis* die 16 mensis Septembris anno 1936.

9. Bernardinus Maria Martínez Robles (Paulus), frater coadiutor. Natus est in oppido *Andújar* (in provincia Giennensi sito). Verus fuit Franciscanus, pacis et boni in sodalibus fratribus distributor. Martyrium subiit una cum duobus sodalibus qui sunt supra commemorati in oppido *Turis* die 16 mensis Septembris anno 1936.

10. Gabriel Maria Sanctus Mompó (Iosephus Maria), frater coadiutor. Ortus est in oppido *Benifayó* (in provincia Valentina posito) anno 1866. Religiosus fuit humilis, hilaris, amabilis et laboris studiosus. Martyrio est affectus in oppido *Picasent* (in provincia Valentina sito) die 16 mensis Augusti anno 1936.

11. Iosephus Llosa Balaguer, diaconus. In lucem venit in oppido *Benaguacil* (in provincia Valentina collocato) anno 1901. Religiosus fuit eruditus et tener, omnino ministerio deditus iuventuti corruptae recuperandae. In loco ubi natus, ibi occisus est die 7 mensis Octobris anno 1936.

12. Florentinus Pérez Romero, sacerdos. Natus est in loco *Valdecuenca* (in provincia Terulensi sito) anno 1902. Indole laetus et bonus, nec malevolus nec improbus, spiritu sincero et integro semper ornatus. Interfectus est die 23 mensis Augusti anno 1936 in loco *P obla de Vallbona* (in provincia Valentina posito).

13. Urbanus Gil Sáez, frater coadiutor. Natus est in loco *Bronchâtes,* in provincia Terulensi, anno 1901. Doctus, eruditus et officiosus, suum explicavit ministerium tamquam bonus Samaritanus. Interfectus est die 23 mensis Augusti anno 1936 in loco *Pobla de Vallbona.*

14. Dominicus Maria Hurtado Soler (Augustinus), sacerdos. Ortus est in pago *Alboraya* (in provincia Valentina sito) anno 1872. Religiosus magnae doctrinae, charismatis sui Instituti amans fuit. Necatus est Matriti die 15 mensis Augusti anno 1936.

15. Benvenutus Maria de Miguel Arahal (Iosephus), sacerdos. Ortus est in oppido *Dos Hermanas* (in provincia Hispalensi posito) anno 1887. Suae Congregationis superior generalis fuit. Spiritu praeditus erat recto ac forti; religiosus fuit altae spiritalitatis atque magnarum administrationis facultatum. Martyrium subiit die 1 mensis Augusti anno 1936.

16. Leo Maria Legua Martí (Emmanuel), sacerdos. Oriundus a loco *Alacuás* (in provincia Valentina sito), ubi ortus est anno 1875. Prorsus se dedidit pueris corruptis redimendis; quapropter habitus est martyr apostolatus proprii Congregationis Tertiariorum Capuccinorum. Martyrium subiit Matriti die 26 mensis Septembris anno 1936.

17. Franciscus Tomás Serer, sacerdos. Ortus est in loco *AlcalaM* (in provincia Lucentina posito) anno 1911. Indole hilaris fuit et affabilis, pius et intellegens. Martyrium subiit Matriti die 2 mensis Augusti anno 1936.

18. Crescentius García Pobo, sacerdos. In vitam venit in oppido *Celadas* (in provincia Terulensi posito) anno 1903. Indole fuit festivus animoque sincerus, humilis et castigatus. Occisus est Matriti die 3 mensis Octobris anno 1936.

19. Timotheus Valero Pérez, sacerdos. Natus est in oppido *Villarejo de Temente* (in provincia Terulensi sito), anno 1901. Indole fuit hilaris, festivus. Martyrium subiit Matriti die 17 mensis Septembris anno 1936.

20. Maria Carmelitis García Moyon, virgo laica. Namnetibus orta anno 1888, impensam coluit vitam eucharisticam, fervida fuit christianae doctrinae praeceptrix et adiutrix paroecialis. Concremata est viva in oppido *Torrente* die 30 mensis Ianuarii anno 1937.

Statim post suam mortem hi Servi Dei a populo et a suis sodalibus fratribus habiti sunt fidei martyres.

Inquisitio dioecesana, celebrata annis 1990-1993 in archidioecesi Valentina, probata est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 20 mensis Aprilis anno 1994 promulgatum. Positione confecta, disceptatum est, ex norma, an Servorum Dei supra commemoratorum mors putari posset verum martyrium. Die 14 mensis Maii anno 1999 actus est, exitu cum

felici, Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 12 mensis Decembris anno 2000 habita, Causae Ponente Excellentissimo Domino Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino, affirmaverunt Vincentium Cabanes Badenas et 18 socios sicut et Mariam Carmelitidem García Moyon, in odium fidei interfectos, mortem subiisse ut suam fidem in Deum suamque Ecclesiae fidelitatem Matri suae testificarentur.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servorum Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus Beatissimus Pater declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servorum Dei Vincentii Cabanes Badenas et XVIII Sociorum Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci Capulatorum a Beata Virgine Perdolente necnon Mariae Carmelitidis García Moyon, Christifidelis laicae, annis 1936-1937 interfectorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

ZAGREBIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Vendelini Vosnjak (in saec.: Michaelis) **Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum (1861-1933)**

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Sicut accepistis Christum Iesum Dominum, in ipso ambulate, radicati et superaedificati in ipso et confirmati in fide, sicut didicistis, ambulantes in gratiarum actione» *(Col* 2, 6-7).

Quae Paulus Apostolus christianis Colossensibus suadebat, Servus Dei Vendelinus Vosnjak perfecit, qui, radicatus in Christo, domum vitae suae exstruxit in petra evangelii (cf *Mt* 7, 24), efficaciter regno Dei augendo operam dedit atque in Ordine Fratrum Minorum necnon in populo lumen effudit Domini Iesu.

Fidelis hic Sancti Francisci Asisinatis discipulus die 13 mensis Septembris natus est anno 1861, in pago *Konovo*, in Slovenia septemtrionali, a Paulo Vosnjak, agricola et vestifico, et Ida, qui ad fontem baptismalem nomen ei indiderunt Michaelem. Oboedienter in familia solida est imbutus educatione christiana, didicitque a pueritia precationis studium, Sacrarum Litterarum et doctrinae christianae. Anno 1870 ex improviso matre est orbatus. Laudabiliter scholas frequenta vit in loco ubi natus est ac deinde in oppidis *Sostanj, Ptui* et in urbe *Maribor.*

Cum alacritate vocationi Dei respondit et anno 1878 Zagabriae Ordinem Fratrum Minorum in Provincia religiosa Sancti Ladislai ingressus est. Vestem religiosam sibi induit nomenque cepit Vendelinum. Professionem simplicem fecit anno 1879 et sollemnem anno 1882; die 26 mensis Martii anno 1884 est presbyter ordinatus. Praeparatione theologica confecta in Studiorum Universitate Aenipontana, magister novitiorum fuit eorumque philosophiae praeceptor Zagabriae. Iisdem cum muneribus ad urbem *Varazdin* se contulit. Non solum in formationem incubuit iuvenum Franciscanorum, sed etiam in fecundum apostolatum extra conventum, praesertim tamquam divini verbi concionator et confessarius. Ob virtutes eximiasque humanas et religiosas facultates quibus praeditus erat, superiores atque fratres sodales ei officia commiserunt magni momenti. Triginta duorum vix aetatem habebat, cum definitor provincialis electus est; anno 1895 nominatus est guardianus conventus Zagrebiensis. Fuit etiam praedicator, lector philosophiae, visitator Tertii Ordinis Fanciscani, rector Congregationis SS. Scapularis Beatae Mariae Virginis et Piae Unionis Sancti Antonii totius archidioecesis Zagrebiensis. Parochos viciniores adiuvabat in ministerio pastorali. Anno 1898 nominatus est commissarius generalis, munere instructus adducendi ad effectum in illa regione normas bullae "Felicitate quadam", qua Summus Pontifex Leo XIII in unum Ordinem coniunxerat omnes familias Franciscanas quae tunc exsistebant, id est: Observantes, Reformatos, Recollectos, Alcantarenses. Servus Dei, sancti ardoris et prudentiae plenus, gradatim disciplinam conventualem restauravit, malos usus correxit, novitiorum disciplinam curavit, vitam communem et voti paupertatis observan-

tiam; austeras Ordinis consuetudines revocavit; verum fovit spiritum Franciscanum. Non defuit inter religiosos qui novam rationem difficilem probatu iudicaverit, sed Pater Vendelinus munus suum perrexit cum firmitate, modestia ac prudentia. Cum anno 1900 in Croatia constituta est unica Provincia religiosa franciscalis pro tribus ad id tempus exsistentibus in illa regione, Servus Dei eiusdem provinciae primus minister factus est. In multis difficultatibus suo est functus officio (annis 1900-1909; 1924-1927) tanta cum prudentia, benignitate et efficacia, ut provinciae Croatae sanctorum Cyrilli et Methodii pater sit putatus. Regulae observantiae favit, cordium conspirationi, novitiorum formationi iuvenumque fratrum et laicorum fratrum; seminario aedificando consuluit, ecclesiis et conventibus reficiendis, tribus commentariis edendis. Annis quibus non fuit minister provincialis, muneribus est functus antistitis, vicarii provinciae, defmitoris generalis, magistri clericorum, visitatoris. Suum explevit officium cum diligentia, sedulitate atque servitii spiritu, gloriam Dei quaerens et animarum bonum. Ordini Fratrum Minorum praesertim profuit exemplo vitae, quae coram hominibus fulgebat constanti Regulae Franciscanae fidelitate, bonitate et urbanitate necnon acri virtutum exercitio. Solidae fidei et vivae fuit, quam est cum simplicitate et integritate testatus. Coniunctionem aluit cum Domino, quem super omnia dilexit, per sacram liturgiam, meditationem, precationem, pietatem erga Eucharistiam atque Redemptoris Matrem studioque christianae doctrinae. Silentii et solitudinis studiosus fuit ut esset cum Deo, cuius voluntas eius vitae norma fuit suprema. Mandata servavit, leges Ecclesiae, sui Ordinis Regulam; peccatum vitavit, sanctitatem appetì vit atque continenter in Christo imitando est progressus, paupere, casto, oboedienti et humili. Proximos suos in Deo amavit, curam agens de bono spiritali ac materiali magnorum et parvorum, bonorum atque maiorum, amicorum et adversariorum. Omnes est benevolentia prosecutus et, ut pigros incitaret et aberrantes, benigne monitibus, animadversionibus et punitionibus est usus. Signum eius erga sodales fratres dilectionis sunt epistulae formales, quas conventibus Provinciae suae mittebat. Contumelias ignovit ac patienter tulit eos, qui actioni eius emendatrici repugnabant. Caritatem explicavit in confessionum ministerio atque erga pauperes, in quos incidebat ubicumque is sedem habebat. Ubique magni habitus est propter miram prudentiam in Provincia administranda inque rationibus eligendis ad suam alienamque sanctificationem aptioribus, cum ad aeterna solum spectaret bona, quae a divina misericordia atque a materna precatione Mariae Virginis se esse consecuturum sperabat. Se ipsum aversatus et mundi inania, suam indolem et motus cohibuit; indignitates et reprehensiones patienter pertulit, temperans fuit in cibo, in potionibus omnibusque in rebus. Sicut hominem iustum de-

cet, iura Dei et proximorum veritus est et defendit. Constanter virtutem fortitudinis exercuit, in vocatione perseverando, in diligenti votorum religiosorum observantia atque in Dei servitio, Ecclesiae et Ordinis Fratrum Minorum. Cum eius valetudo deficere coepit, incommoda sua occultavit, robore spiritus vieta corporis debilitate. Prorsus voluntati Dei obsequens, aequo animo se ad ultimum cum Domino occursum praeparavit, qui eum ad praemium aeternum accipiendum vocavit die 18 mensis Martii anno 1933.

Fama sanctitatis, qua Servus Dei claruit in vita, etiam post eius mortem perduravit; quapropter Archiepiscopus Zagrebiensis Causae beatificationis et canonizationis initium fecit per celebratum Processum Ordinarium Informativum (annis 1963-1980), qui est a Congregatione de Causis Sanctorum probatus decreto die 19 mensis Septembris anno 1986 promulgato. Confecta Positione, disceptatum est iuxta normas an Pater Vendelinus Vosnjak virtutes sicut heroas addecet coluisset. Felici cum eventu, die 16 mensis Maii anno 2000 Congressus Peculiaris actus est Consultorum Theologorum. Dein Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria eodem anno die 20 mensis Novembris facta, audita relatione Causae Ponentis, Excellentissimi Domini Salvatoris Boccaccio, Episcopi Frusinatensis-Verulani-Ferentini, agnoverunt Servum Dei Vendelinum Vosnjak heroum in modum virtutes théologales, cardinales et his adnexas explicavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Vendelini Vosnjak, Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum Minorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 18 mensis Decembris A. D. 2000.

83 IOSEPHUS SARAIVA MARTINS
archiep. tit. Thuburnicensis, *Praefectus*

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 20 Iulii 2001. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Caroli Vurilocensis R.D. Ferdinandum Carolum Maletti, hactenus paroeciae « Sancti Caietani » in civitate Bonaerensi curionem.

die 21 Iulii. — Ordinariatui Militari in Republica Peruviana, R.D. Salvatorem Pineiro García-Calderón, e clero archidioecesis Limanae, ibique Vicarium episcopalem.

die 25 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Pereiranae, Exc.mum P.D. Tullium Duque Gutiérrez, hactenus Episcopum Apartadoensem.

— Cathedrali Ecclesiae Malagensi-Soatensi, Exc.mum P.D. Darium a Iesu Monsalve Mejía, hactenus Episcopum titularem Iuncensem in Mauretania et Auxiliarem Medellensem.

— Cathedrali Ecclesiae Quibduanae, R.D. Fidelium Leonem Cadavid Marín, e clero dioecesis Caldensis.

die 26 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Saskatoonensi R.D. Albertum Le Gatt, e clero dioecesis Principis Albertensis, ibique curionem paroeciae templi cathedralis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vagadensi, R.P. Robertum Camilleri, O.F.M., curionem paroeciae Spiritus Sancti in urbe Tegucigalpensi.

die 28 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Celsonensi Exc.mum P.D. Iacobum Traserra Cundiera, hactenus Episcopum titularem Selemselitanum et Auxiliarem archidioecesis Barcinonensis.

die 8 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Patosensi R.D. Emmanuelem dos Reis de Farias, e clero Nazarensi in Brasilia, paroeciae Divini Spiritus Sancti in oppido vulgo Paudalho curionem.

die 29 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Guiratingensi R.P. Sebastianum de Assis Figueiredo, O.F.M., hactenus paroeciae Sacri Cordis Iesu in dioecesi Rondonopolitana curionem.

die 8 Septembris 2001. — Cathedrali Ecclesiae Cremonensi Exc.mum P.D. Dantem Lafranconi hactenus Episcopum Savonensem-Naulensem.

— Cathedrali Ecclesiae Montis Laurei, Exc.mum P.D. Vitalem Massé, hactenus Episcopum titularem de Giru Marcelli et Auxiliarem dioecesis Sancti Hieronymi Terraebonae.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Pauli in Alberta, R.D. Iosephum Lucam Andream Bouchard, e clero dioecesis Alexandrinae-Cornubiensis, hactenus rectorem Seminarii maioris Sancti Iosephi in civitate Edmontonensi.

die 11 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Iuncensi in Mauretania Exc.mum P.D. Aloisium Sáinz Hinojosa, Archiepiscopum emeritum Pacensem, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Cochabambensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 7 Settembre 2001, S.E. il Signor **BERNARD DAVENPORT**, Ambasciatore d'Irlanda presso la Santa Sede.

Giovedì, 13 Settembre 2001, S.E. il Signor **JAMES NICHOLSON**, Ambasciatore degli Stati Uniti d'America presso la Santa Sede.

Sabato, 15 Settembre 2001, S.E. il Signor **EDWARD NALBANDIAN**, Ambasciatore di Armenia presso la Santa Sede.

Lunedì, 17 Settembre 2001, S.E. il Signor **NURLAN DANENOV**, Ambasciatore del Kazakhstan presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 2 Agosto 2001, il Signor **YASSER ARAFAT**, Presidente dell'Autorità Palestinese.

Da sabato 22 a giovedì 27 settembre 2001 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Kazakhstan e in Armenia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

28 luglio 2001. Mons. Ivan Jurkovic, Arcivescovo tit. el. di Corbavia, *Nunzio Apostolico in Bielorussia.*

8 agosto » S.E. mons. Luigi Conti, Arcivescovo tit.. di Graziana, *Nunzio Apostolico in Malta e in Libia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

6 agosto 2001. Il dott. John Borelli; mons. Piero Coda; p. Francesco Sottocorno la, S.X.; rev. Antony Suresh; p. Paul Tan Chee Ing, S.I.; rev. Edward Chau King Fu; p. Roman Stäger, M. Air.; p. Hans Vocking, M. Air., *Consultori del Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso « in aliud quinquennium ».*

20 » » S.E. mons. Javier Lozano Barragán, Arcivescovo-Vescovo em. di Zacatecas, *Presidente del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari « in aliud quinquennium ».*

24 » » Mons. Gerard McKay, *Difensore del Vincolo presso il Tribunale della Rota Romana «in aliud quinquennium».*

29 » » Mons. Francesco Di Felice, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio per la Famiglia « usque ad 70um a.ae.s. ».*

4 settembre » S.E. mons. Francesco Marchisano, Arcivescovo tit. di Populonia, *Presidente della Pontificia Commissione di Archeologia Sacra « usque ad 75um a.ae.s. ».*

NECROLOGIO

29 luglio 2001. Mons. Jean Paul Lab rie, Vescovo tit.. di Urei.

3 agosto » Mons. Leo-Karel J. De Kesel, Vescovo tit. di Sinao.

7 » » Mons. Piotr Bednarczyk, Vescovo tit. di Torre Rotonda.

9 » » Mons. Noël Kokora-Tekry, Arcivescovo em. di Gagnoa *(Costa d Avorio).*

12 » » Mons. Jacques Patria, Vescovo em. di Périgueux *(Francia).*

13 » » Mons. Miguel Rodríguez Rodríguez, Vescovo em. di Arecibo *(Porto Rico).*

19 » » Mons. Mieczyslaw Jaworski, Vescovo tit. di Rapido.

25 » » Mons. Waclaw Skomorucha, Vescovo tit. di Zoara.

28 » » Mons. Norberto E. Martina, Vescovo Ordin. Milit. *(Argentina).*

5 settembre » Mons. Marcello Rosina, Vescovo em. di Civita Castellana *(Italia).*

8 » » Mons. Marcial A. Ramírez Ponce, Vescovo Ordin. Milit. em. *(Venezuela).*

An. et vol. XCIII 5 Novembris 2001 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** - *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

quibus Normae de gravioribus delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis promulgantur

SACRAMENTORUM SANCTITATIS TUTELA, SS.mae Eucharistiae maxime et Paenitentiae, necnon fidelium in sortem Domini vocatorum praeservatio in observantia sexti Decalogi praecepti, postulant ut ad salutem animarum procurandam, « quae in Ecclesia suprema semper lex esse debet » *(Codex Iuris Canonici,* can. 1752), ipsa Ecclesia sua pastorali sollicitudine interveniat ad praecavenda violationis pericula.

Iam inde a Praedecessoribus Nostris per opportunas Apostolicas Constitutiones sanctitati sacramentorum, praesertim Paenitentiae, provisum est, sicut Benedicti Papae XIV Constitutione *Sacramentum Poenitentiae,* die **1** mensis Iunii anno **1741,** edita;[1] itemque canones Codicis Iuris Canonici anno **1917** promulgati, cum eorum fontibus, quibus sanctiones canonicae contra huius speciei delicta statutae fuerant, eundem scopum persequebantur.[2]

Recentiore tempore ut ab his et conexis delictis praecaveatur, Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii per Instructionem, incipientem a verbis

[1] BENEDICTUS PP. XIV, Constitutio ***Sacramentum Poenitentiae,*** 1 Iunii 1741, in ***Codex Iuris Canonici,*** Pii X Pontificis Maximi iussu digestus, Benedicti Papae XV auctoritate promulgatus, ***Documenta,*** Documentum V, in ***AAS*** 9 (1917) Pars II, 505-508.

[2] Cf. ***Codex Iuris Canonici anno 1917 promulgatus,*** cann. 817, 2316, 2320, 2322, 2368 § 1, 2369 § 1.

Crimen sollicitationis, ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios « etiam Ritus Orientalis » directam die 16 mensis Martii anno 1962, modum procedendi hisce in causis statuit, quippe quae in ipsis iudicialis competentia, sive per viam administrativam, sive per viam processualem, exclusive tributa erat. In mente retinendum est quod huiusmodi Instructio vim legis habebat, cum Summus Pontifex, ad normam can. 247 § 1 Codicis Iuris Canonici anno 1917 promulgati, praeerat Sancti Officii Congregationi et de sua ipsius auctoritate Instructio procedebat, Cardinale pro tempore existente tantum Secretarii munere fungente.

Felicis recordationis Summus Pontifex Paulus Papa VI competentiam iudicialem et administrativam in procedendo « secundum suas emendatas et probatas normas » confirmavit per Constitutionem Apostolicam de Romana Curia *Regimini Ecclesiae Universae,* die 15 mensis Augusti anno 1967 editam.[3]

Denique, Nostra qua pollemus auctoritate, in Constitutione Apostolica *Pastor bonus,* die 28 mensis Iunii anno 1988 promulgata, expresse statuimus: « Delicta contra fidem necnon graviora delicta tum contra mores tum in sacramentorum celebratione commissa, quae ipsi delata fuerint, [Congregatio pro Doctrina Fidei] cognoscit atque, ubi opus fuerit, ad canonicas sanctiones declarandas aut irrogandas ad normam iuris, sive communis sive proprii, procedit»,[4] ulterius confirmando et determinando iudicialem eiusdem Congregationis pro Doctrina Fidei competentiam tamquam Tribunalis Apostolici.

Approbata a Nobis *Agendi ratione in doctrinarum examine,*[5] necesse quidem erat pressius definire sive « graviora delicta tum contra mores tum in sacramentorum celebratione commissa », pro quibus competentia Congregationis pro Doctrina Fidei exclusiva manet, sive etiam normas processuales speciales « ad canonicas sanctiones declarandas aut irrogandas ».

Hisce Nostris Litteris Apostolicis Motu Proprio datis hoc opus perfecimus ideoque per eas promulgamus *Normas de gravioribus delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis,* in duas partes distinctas, quarum prima continet *Normas substantiales,* secunda vero *Normas processuales,* mandando

[3] Cf PAULUS PP VI, Constitutio Apostolica ***Regimini Ecclesiae universae,*** De Romana Curia, 15 Augusti 1967, n. 36, in ***AAS*** 59 (1967) 898,

[4] IOANNES PAULUS PP. II, Constitutio Apostolica ***Pastor bonus,*** De Romana Curia, 28 Iunii 1988, art 52, in ***AAS*** 80 (1988) 874.

[5] CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, ***Agendi ratio in doctrinarum examine,*** 29 Iunii 1997, in ***AAS*** 89 (1997) 830-835

omnibus quorum interest ut studiose et fideliter servent. Ipsae Normae vim legis exserunt eadem die qua promulgatae sunt.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXX mensis Aprilis, in memoria sancti Pii V Papae, anno MMI, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MARALALENSIS

In Kenia nova conditur dioecesis Maralalensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad plenius et efficacius consulendum aeternae saluti atque regimini Christifidelium Keniae intra fines Marsabitensis dioecesis commorantium, petitum est nuper ut ibidem nova constitueretur dioecesis. Quoniam vero Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules, qui Congregationi pro Gentium Evangelizatione sunt praepositi, omnibus mature perpensis habitoque pariter faventi voto Venerabilis Fratris Ioannis Tonucci, Archiepiscopi titulo Torcellani et in memorata Natione Apostolici Nuntii, admotam postulationem accipiendam esse censuerunt, Nos, Qui gravissimum gerimus officium supremi Pastoris catholicae Ecclesiae, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. A dioecesi Marsabitensi separamus territorium districtus civilis, qui patrio sermone nuncupatur Maralal; ex eoque novam condimus dioecesim *Maralalensem,* quam metropolitanae Sedi Nyeriensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Praeterea iubemus Episcopi sedem poni in urbe « Maralal » dum templum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, ibidem exstans, ad dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum praedictus Venerabilis Frater Ioannes

Tonucci, qui, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis ad memoratam Congregationem mittenda. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo quinto mensis Iunii, anno Domini bis millesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

EB ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Horatius Cocchetti, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 497 213

II

CARACEN. ritus ANTIOCHENI SYRORUM

Novus Exarchatus Apostolicus pro fidelibus Ecclesiae Antiochenae Syrorum in Venetiola constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiales communitates, in orbe dissipatae terrarum, quamvis varias prae se ferant species formasve, in unum tamen conspirant et fidelium spiritalem prosperitatem universae persequuntur. Nos autem omnium Ecclesiarum tueri volumus legitimas religiosas consuetudines itemque contendimus et studemus, ut floridiorem statum per proprium ritum illae adipiscantur. Nunc de gente cogitamus ritus Antiocheni Syrorum in Venetiola deque eiusdem commodiore condicione. Itaque, postquam hac de re Beatissimum Ignatium Petrum Adbel-Ahad, Patriarcham Antiochenum Syrorum, cum Synodo Episcoporum eiusdem Ecclesiae, itemque Episcoporum Venetiolae Conferentiae Praesidem atque Legatum Pontificium cuius interest, necnon Venerabilem Fratrem Nostrum Ignatium Moussa S.R.E. Cardinalem Daoud, Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus Praefectum, audivimus, iudicavi-

mus opportunum in Natione quam supra diximus novum Exarchatum Apostolicum condere. Quapropter Apostolica Nostra de auctoritate novum Exarchatum Apostolicum pro fidelibus ritus Antiocheni Syrorum in Venetiola constituimus atque congruenter erigimus. Ad haec tandem perficienda consuetudines iuraque consentanea serventur et quae a Codice Orientali praecipiuntur, nihil quibusvis rebus minime efficientibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die altero et vicesimo mensis Iunii, anno Domini bis millesimo primo, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

£B IGNATIUS MOUSSA card. DAOUD
Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praef

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*
Tharsicius Nardi, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 499.466

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Francisco Xaverio Seelos Beatorum caelitum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Euntes in mundum universum praedicato evangelium omni creaturae » *(Me* 16, 15). Missionali studio penitus inspiratus Servus Dei Franciscus Xaverius Seelos suam insumpsit vitam Verbo Dei nuntiando, ut animae magis derelictae amorem Dei experiri nec non secundum Evangelium vitam gerere possent.

Franciscus Xaverius Seelos primum vidit lumen die xi mensis Ianuarii anno MDCCCXIX in Germania, in urbe vulgo *Fussen.* Eodem die in paroeciali templo sancti Magni baptismali lavacro est ablutus. Inde a iuvenili aetate sacerdotium appetiit. Philosophicis studiis expletis, anno MDCCCXLII Seminarium dioecesanum ingressus est. Cum vero missionarios nosceret Congregationis Sanctissimi Redemptoris, cuius est Evangelium tenuioribus tradere, consilium cepit se illis sociandi atque explicandi ministerium pro immigratis Germanis morantibus in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis.

In Congregationem receptus est die xxn mensis Novembris anno MDCCCXLII. Sequenti anno a Gallica urbe Portu Gratiae Neo-Eboracum se contulit. Novitiatu peracto studiisque theologicis persolutis, Baltimorae in templo suae Congregationis Deo in honorem Sancti Iacobi dicato die xxn mensis Decembris anno MDCCCXLIV sacro presbyteratus ordine est insignitus. Deinde, Pittsburg! novem per annos ministerium explicavit in paroecia sanctae Philumenae, sociam praestans operam sancto Ioanni Neumann, superiori communitatis; munus deinde explevit superioris eiusdem communitatis et magistri noviciorum. De habitudine cum Ioanne Neumann, ipse Franciscus affirmavit: « In vitam activam me edocuit et uti moderator spiritus me duxit ». Propria ex eius comitate et proclivitate ad proximum excipiendum eiusque necessitates sublevandas orta est fama experti ministri sacramenti reconciliationis et moderatoris spiritus, ita ut christifideles ex dissitis quoque locis adirent eum. Ab omnibus missionarius habebatur semper subridens et vitae segreges munifico animo instructus. Fidelitatem servans erga suum Institutum, simplicitate vitae loquebatur. Sermones eius, biblicis citationibus ornati, iucunde audiebantur et a gentibus etiam indoctis intellegebantur. Inter opera apostolatus catechesis eminebat ad pueros, quam censebat fundamentum esse ad christianum ecclesialis communitatis incrementum. Anno MDCCCLIV, ab urbe Pittsburgo Baltimoram translatus est, deinde in urbes Cumbriam et Annapolim, ubi paroeciale exercuit ministerium et officium simul implevit institutoris iuvenum sodalium suae Congregationis. Quo in munere pastorem benignum et de eorum doctrinali institutione semper sollicitum se ostendit. Eos maxime imbuere nitebatur alacritate, spiritu sacrificii et apostolico studio pro suae gentis utilitate.

Anno MDCCCLX inter candidatos relatus est ad episcopatum Sedis Pittsburgensis; obtinuit tamen a Pio IX ut a tali munere exoneraretur. Inter annos MDCCCLXIII-MDCCCLXVI apostolatui missionali itineranti se dedit, nuntiando Verbum Dei linguis Anglica et Germanica in variis regionibus Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis. Mense Septembri anno MDCCCLXVI, fatigatus ex apostolatu inter aegrotos flava febri correptos, ipsemet in eandem incidit. Morbum aequo animo pertulit: post breve tempus, nempe die iv mensis Octobris anno MDCCCLXVII, duodequinquaginta annos natus, de hac vita ad aeternam transiit. Divulgata eius sanctitatis fama, Causa beatificationis et canonizationis incohata est per Processum Informativum, qui habitus est inter annos MCM et MCMIII. Servatis de iure servandis, die XXVII mensis Ianuarii anno MM declaravimus Servum Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in gradum exercuisse.

Interea apud Curiam Archidioecesanam Novae Aureliae, annis MCMLXXIII-MCMLXXIX, instructa erat investigatio canonica de praesumpta mira sanatione cuiusdam mulieris, maligno carcinomate hepático affectae, habita anno MCMLXVi et intercessioni Servi Dei Francisci Xaverii adscripta.

Mira haec sanatio suetis inquisitionibus medicis et theologicis apud Congregationem de Causis Sanctorum est subiecta et felici quidem cum exitu. Ita Nobis coram die xxvii mensis Ianuarii anno MM decretum super mirum est evulgatum. Itaque statuimus ut ritus beatificationis Romae perageretur die ix mensis Aprilis hoc anno.

Hodie igitur in foro Vaticanam Sancti Petri Apostoli Basilicam prospiciente, inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Iairi Jaramillo Monsalve, Episcopi Sanctae Rosae de Osos, Francisci Bible Schulte, Archiepiscopi Novae Aureliae, Camilli Cardinalis Ruini, Vicarii Nostri pro Romana dioecesi, et Iacobi Pazhayattil, Episcopi Irinialakudensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Marianus a Iesu Euse Hoyos, Franciscus Xaverius Seelos, Anna Rosa Gattorno, Maria Elisabeth Hesselblad et Maria Teresia Chiramel Mankidiyan Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Mariani a Iesu Euse Hoyos die decima tertia Iulii, Francisci Xaverii Seelos die quinta Octobris, Annae Rosae Gattorno die sexta Maii, Mariae Elisabeth Hesselblad die quarta Iunii et Mariae Teresiae Chiramel Mankidiyan die sexta Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Aprilis anno MM, Pontificatus Nostri altero et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
© ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 484.746

II

Venerabilibus Dei Servis Francisco et Hyacinthae Marto Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP II

Ad perpetuam rei memoriam. — Beata Virgo Maria « materna sua caritate de fratribus Filii sui adhuc peregrinantibus necnon in periculis et angustiis versantibus curat, donec ad felicem patriam perducantur » (Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 62).

Curiosam Dei Matris sollicitudinem singularissimum in modum experti sunt puer Franciscus Marto et puella Hyacintha Marto, qui eiusdem monitionibus edocti, sociatam operam hominum conversioni salutique studiose dederunt atque brevi tempore evangelicae perfectionis fastigium sunt assecuti. Dei Servi ambo in Lusitania, in loco *Aljustrel* intra fines fatimensis paroeciae orti sunt: Franciscus scilicet die xi mensis Iunii anno MCMVIII, eius soror die xi mensis Martii anno MCMX. Ipsorum parentes, Emmanuel Petrus atque Olympia de Jesus dos Santos, humiles fuerunt agricolae ac probi christiani, qui eos pie instituerunt, gratiam in Baptismo receptam augentes. Pueri hi ne ludum quidem litterarium adire potuerunt, sed contra Dei semitas calcare et eas christianas humanasque exercere virtutes didicerunt, quae fere sunt supellectiles cuiusque Patris caelestis filii. Quieto mitique fuit Franciscus ingenio, qui adversus repugnantes non irascebatur ipseque mundi pulchritudinem contemplari solebat, Hyacintha autem ferventi apertaque fuit indole, iocosa, morosa. Sex circiter annos nato Francisco munus a parentibus commissum est familiarem gregem pascendi, quem nonnumquam comitabatur Hyacintha; uterque cum consobrina se coniungebat, paulo maiore natu, scilicet Lucia Iesu dos Santos, quae gregem etiam pascebat. Anno MCMXVI, suum gregem custodientes apud « loca do Cabêço », ter angelum viderunt, qui eos est allocutus. Franciscus et Hyacintha ardentius precari studuerunt et paenitentiam pro iis qui non credunt, non adorant, non sperant, Deum non amant, agere coeperunt. A die XIII mensis Maii usque ad diem XIII mensis Octobris anno MCMXVII, in loco quem *Cova da Iria* dicunt, tres parvi pastores singulari inopinatoque usi sunt beneficio suis oculis Virginem Mariam cernendi, quae matris more eos invitabat ut pro peccatorum conversione orarent paenitentiamque pro animarum salute agerent. Plures Mariae apparitiones amplum populi motum, fidelium alacri-

tatem, non credentium adversitatem, curiosorum petulantiam, loci potestatum minas, concitarunt. Franciscus et Hyacintha pro Dei amore feliciter patientes, virili fortitudine omnia toleraverunt atque nihil aliud voluerunt nisi ut Virginis sanctissimae postulatis penitus responderent. Franciscus sibi conscius Deum esse ob hominum peccata « pertristem », sacrificiis precationibusque Eum solari cupiebat. Ut Dominum cogitaret et alloqueretur solitaria loca petebat necnon sanctissimi Sacramenti adorandi causa in templo manebat, quod solummodo veluti viaticum recipere poterit. Ipse studiose spiritalem vitam, precationem sic assiduam ardentemque persecutus est, ut mysticam cum Domino coniunctionem omnino attingeret. Gravi arteriarum pulmonumque morbo cum correptus esset die **i** mensis Octobris anno MCMXViii, eius valetudo ingravescere coepit. Magnos dolores absque querimonia toleravit: omnia ei pauca videbantur, ut Iesum solaretur. Die iv mensis Aprilis anno MCMXIX arridens de vita excessit. Hyacintha, gratia divina tacta est, veluti si caritate incenderetur ita ut diceret: « sic diligo Dominum ut ignem habere in pectore videar, qui autem non urit ». Ut peccatoribus salutem impetraret, hostiam se obtulit atque continenter corpus castigabat itemque pro animarum salute ac pro Summo Pontifice orabat, quem in spiritu admodum patientem vidit. Perinde ac frater, ipsa complura rosaría recitavit atque flagranter exoptavit ut Immaculatum Mariae Cor et in mundo pax praevalerent et ea vitam aeternam summa animi contentione affectavit. Diuturni morbi necessariorumque absentiae dolores Deo obtulit. Die xx mensis Februarii anno MCMXX in valetudinario Lisbonensi de hoc mundo quiete demigra vit.

Sanctitatis opinio, quam viventes cum Franciscus tum Hyacintha habuerunt, eorum post mortem producta est, et luculenter mansit, ideo Episcopus Leiriensis, anno MCMLII, beatificationis canonizationisque Causam inchoavit. His absolutis rebus quae a iure iubentur, die xni mensis Maii anno MCMLXXXIX Nobis coram Decreta de duorum puerorum virtutibus, heroum in modum actis, prodierunt. Proinde Congregatio de Causis Sanctorum felici cum exitu Lusitanae mulieris sanationem vestigavit, quae anno MCMLXXXVII evenit quaeque intercessioni duorum Dei Servorum adscripta est. Die xxvni mensis Iunii anno MCMXCIX decreto super miraculo foras emisso, statuimus ut, iubilari anno contingente, Fatimam Ipsi petiremus, in Ecclesiae candelabro, beatificationis ritum agentes, duas has flammas locaturi, quas Deus, ut homines obscuro tempore et inquieto illuminaret, accendit.

Hodie igitur, Fatimae, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam: *Acolhendo o desejo expresso pelo nosso Irmäo Dom Serafim Bispo de Lei-*

ria-Fatima, por muitos outros Irmäos no episcopado e por tantos fiéis cristäos, depois de termos ouvido o parecer da Congregaçao da Causa dos Santos, com a Nossa Autoridade Apostòlica concedemos que, de hoje em diante, os Veneráveis Servos de Deus Francisco Marto e Jacinta Marto sejam chamados Beatos e possa celebrarse anualmente, nos lugares e segundo as normas do direito, a festa de Francisco e Jacinta Marto no dia 20 de Fevereiro. Em nome do Pai e do Filho e do Espirito Santo.

Cogitantes autem iam nunc Nos quantum hi Beati suae vitae exemplis profuturi sint universae ecclesiali communitati per terras quantumque suis pariter apud Deum precibus suffulturi causam Evangelii inter homines sint, rata et firma omnino esse volumus quae his litteris decrevimus tam nunc quam in posterum tempus, contrariis quibusvis rebus minime obstantibus.

Datum Fatimae, sub anulo Piscatoris, die xni mensis Maii, anno Magni Iubilaei **MM**, Pontificatus Nostri altero et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
Et ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret.. Status tab., n.. 487.470

III

Venerabili Servo Dei Ioanni PP. XXIII Beatorum honores tribuuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conversationis imitamini fidem » *(Heb* 13,7).

Ecclesiae et mundo difficile non est Summi Pontificis Ioannis XXIII (Angeli Iosephi Roncalli) memoriam tenere, qui bonitate, lenitudine atque sanctitate, aetate sua paternitatis Dei clarum fuit signum. Universe dilectus in vita, obiit magnum sui excitans desiderium sibique incredibilem benevolentiam concilians.

Ex tredecim filiis quarto loco natus, Servus Dei in lucem editus est die vicesimo quinto mensis Novembris anno 1881 in vico dioecesis Bergomensis Italice « Sotto il Monte » denominato. In ecclesia Sanctae Mariae in caelum assumptae dicata est baptizatus. Eius familia, ex partiariis colonis constans,

in paupertate vivebat, sed laeta et illi Domini timori inhaerens, qui domesticas tuetur virtutes atque sedulam parit concordiam. Angelus Iosephus est seminarium ingressus undecim annos natus. Quattuordecim annorum puer tonsuram accepit et inter Tertiarios Franciscanos est receptus. Viginti annorum aetatem habens in studia theologica incumbere perrexit apud seminarium Romanum; quae ei per duodecim menses interrumpenda fuerunt propter militiam. Sacrae theologiae lauream meritus, presbyter est ordinatus in templo Sanctae Mariae in Monte Sancto die decimo mensis Augusti anno 1904. Postero anno novi episcopi Bergomensis Iacobi Mariae Radini Tedeschi secretarius nominatus est, apud quem decennium mansit, simul variis fungens muneribus, nempe; seminarii professoris, fautoris Actionis Catholicae, diurnarii, Visitationis pastoralis ac Synodi dioecesanae secretarii. Annis 1915-1918 est in exercitu conscriptus. Bello confecto «Domum scholastici » instituit et magister spiritus Seminarii est nominatus. Anno 1920 Papa Benedictus XV Romam eum arcessivit, ut in ministerio esset Congregationis Propagandae Fidei atque cooperationis missionalis motum excitaret. Animo cum apostolico plus dimidium Italicarum dioecesium visit ipse et cum Institutis missionalibus Europaeis est congressus. Anno 1925 Papa Pius XI ad episcopatum illum evexit, titulo ornatum archiepiscopali Arepolitano visitatoremque in Bulgariam misit ubi deinceps anno 1931, primus fuit Delegatus apostolicus. Die 27 mensis Novembris anno 1934 est ad delegationem apostolicam Constantinopolitanam translatus, cum titulo archiepiscopali Mesembriano administrator apostolicus Latinorum Constantinopolitanorum; munus insuper sumpsit delegati pro Graecia. In Medio Oriente viginti annos praesens, varietatem cognovit rituum ac traditionum Ecclesiae Catholicae necnon Ecclesiarum Orthodoxarum, atque liberales coniunxit rationes cum moderatoribus rei publicae cumque regia domo Bulgara.

Constantinopoli humanam explicavit actionem praesertim quod ad difficilem Populi Hebraici condicionem pertinebat et ad afflictum Graeciae statum. Anno 1944 exeunte a Pio XII Nuntius apostolicus Lutetiae Parisiorum est factus, eique postea munus est additum observatoris Sanctae Sedis apud UNESCO. Die 12 mensis Ianuarii anno 1953 est Cardinalis creatus ac triduo post Patriarcha Venetiarum: quam urbem ingressus est die 15 mensis Martii anno 1953, ibique mansit quoad Summus Pontifex est electus die 28 mensis Octobris anno 1958, cum nomen cepit Ioannem XXIII.

Temporis, quo Venetiis fuit, memorandae sunt celebrationes in honorem Pii X et Laurentii Giustiniani, Annus Marialis 1954, Synodus dioecesana

(anno 1957), sacrae in Libanum et Lapurdum peregrinationes. Pontificatus sui quinquennium sub signo egit sibi admodum congruenti, « fidelitatis », videlicet, et « renovationis ». Presbyter Romanus, in integerrima et dynamica traditione catholica penitus defixus, iter suum percucurrit secundum « Opera misericordiae », curam assiduam sanctificationis cleri et laicatus, pacis socialis et inter nationes, populorum libertatis, quominus fidem suam profiterentur impeditorum. Cum patientia atque prudentia aetatis concordiae ac dialogi initium fecit. Litteras encyclicas « Mater et Magistra » promulgavit (anno 1961) atque «Pacem in terris» (anno 1963). Die vicesimo quinto mensis Ianuarii anno 1959 Concilium Oecumenicum Vaticanum II nuntiavit, Synodum dioecesanam, Codicis Iuris Canonici accommodationem. Quamquam in difficultatibus, Concilium lentum et sollemne est iter ingressum die undecimo mensis Octobris anno 1962, ac feliciter est ad exitum adductum die octavo mensis Decembris anno 1965 a Paulo Papa VI.

Papae Ioannis omnes memoria vultum hilarem atque laetum tenent necnon brachia ad mundum universum amplectendum aperta. Quot personae eius animi simplicitate illectae sunt, magnae hominum rerumque experientiae coniuncta! Novitatis ardor quam is attulit certo ad doctrinam non attinebat, sed potius ad modum eam exponendi; novum erat dicendi atque agendi genus, novum studium, quo personas communes terraeque potentes admittebat. Hoc cum spiritu Concilium Oecumenicum Vaticanum II indixit, per quod novam in Ecclesiae historia paginam conscripsit. Extremis vitae vestigiis temporis suum Ecclesiae concredidit testamentum: *Quod in vita maximi est momenti Iesus Christus est benedictus, Ecclesia eius sancta, veritas et bonitas.* Vesperi diei tertii mensis Iunii anno 1963, in area Sancti Petri Missa a Cardinali Aloisio Traglia celebrata, Urbis pro-vicario multitudine verbis *Deo gratias* respondente diaconi verbis *Ite, Missa est,* Ioannes XXIII in sua Aedium apostolicarum diaeta, terrenum iter conclusit in oblationis actu, ita ut Ioannis evangelistae verborum commoneret: *Cum dilexisset, in finem dilexit (Io* 13, 11).

Ob amplissimam solidamque sanctitatis famam qua Servus Dei claruerat, Causa beatificationis a Paulo VI nuntiata est in aula Concilii Vaticani II die duodevicesimo mensis Decembris anno 1965. Longum accuratumque iter conclusum est anno 1999 per promulgationem decreti super heroicitate virtutum et, die vicesimo septimo mensis Ianuarii anno 2000, decreti quo mirum agnitum est eius intercessioni ascriptum. Deinde statuimus ut beatificationis ritus Romae celebraretur die tertio subsequentis mensis Septem-

bris, una cum ritu beatificationis Papae Pii IX aliorumque Venerabilium Servorum Dei.

Hodie igitur, in foro ad Basilicam Sancti Petri in Vaticano vergente, inter Missae sollemnia hanc sumus formulam elocuti: Nos, vota Fratrum Nostrorum Camilli Cardinalis Ruini, Vicarii Nostri pro Romana dioecesi, Dionysii Cardinalis Tettamanzi, Archiepiscopi Ianuensis, Petri Cardinalis Eyt, Archiepiscopi Burdigalensis, et Andreae Mutiani Léonard, Episcopi Namurcensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Pius IX, Ioannes XXIII, Thomas Reggio, Gulielmus-Iosephus Chaminade et Columba Marmion Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Pii IX die septima Februarii, Ioannis XXIII die undecima Octobris, Thomae Reggio die nona Ianuarii, Gulielmi-Iosephi Chaminade die vicesima secunda Ianuarii et Columbae Marmion die tertia Octobris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Quae autem decrevimus, nunc et in posterum firma et rata esse volumus, rebus contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **III** mensis Septembris, anno **MM**, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

De mandato Summi Pontificis
ffi ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 487.835

IV

Templum paroeciale sancti Aegidii, quod in urbe « Bardejov » intra fines archidioecesis Cassoviensis exstat, ad Basilicae minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Consueverunt Romani Pontifices, Nostri Decessores, sacras aedes, quae vetustate, arte ac religione nitent, praecipuis honoribus decorare. Quibus accensendum esse videtur paroeciale templum Deo in honorem sancti Aegidii dicatum, quod exstans in Slovachiae urbe « Bardejov » intra archidioecesis Cassoviensis fines, clarum est quoque

centrum spiritualis vitae ac navitatis liturgicae et pastoralis. Cum igitur Venerabilis Frater Aloisius Tkác, Archiepiscopus Metropolita Cassoviensis, litteris die XX mensis Augusti anno MCMXCIX datis, etiam cleri populique nomine petiverit ut eadem ecclesia titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaretur, Nos, paternae benevolentiae documentum cupientes praebere, enixis precibus libenter obsecundandum esse putamus. Ratis ergo plane habitis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, tributis a Nobis facultatibus, hac in re egit, summa Apostolica potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum templum paroeciale, quod diximus, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehimus, omnibus factis iuribus ac liturgicis concessionibus, quae sacris aedibus hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die IX mensis Novembris anno MCMLXXXIX editum, servanda sunt. Quod faustum ac felix sit Cassoviensi Praesuli dilectisque filiis eiusdem paroeciae et artius exstet ipsorum vinculum cum hac Sede beati Petri. Has denique Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Novembris, anno Magni Iubilaei **MM**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 497.386

CONVENTIO

MONETALIS PACTIO INTER STATUM CIVITATIS VATICANAE ET EIUS OPERA INTER SANCTAM SEDEM ET ITALICAM REMPUBLICAM COMMUNITATIS EUROPAEAE NOMINE

CONVENZIONE MONETARIA TRA LO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO E PER ESSO LA SANTA SEDE E LA REPUBBLICA ITALIANA, PER CONTO DELLA COMUNITÀ EUROPEA,

LO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO, rappresentato dalla Santa Sede ai sensi dell'articolo 3 del Trattato del Laterano,

e

LA REPUBBLICA ITALIANA, per conto della COMUNITÀ EUROPEA,

visto il trattato che istituisce la Comunità europea, in particolare l'articolo 111(3),

vista la decisione del Consiglio del 31 dicembre 1998 sulla posizione della Comunità europea in relazione ad un accordo sulle relazioni monetarie con la Città del Vaticano,

(1) considerando i principi stabiliti negli accordi esistenti tra lo Stato della Città del Vaticano e la Repubblica Italiana e in particolare nel Trattato fra la Santa Sede e l'Italia dell'I 1 febbraio 1929 e sue modificazioni;

(2) considerando le disposizioni delle convenzioni monetarie bilaterali e, da ultimo, della Convenzione monetaria tra la Repubblica Italiana e lo Stato della Città del Vaticano, conclusa il 3 dicembre 1991;

(3) considerando che in base al regolamento del Consiglio (CE) n. 974/98 del 3 maggio 1998 l'euro sostituisce dal I° gennaio 1999, al tasso di conversione fisso, la moneta di ciascuno Stato partecipante alla terza fase dell'Unione economica e monetaria;

(4) considerando che il Consiglio dell'Unione europea, riunito nella composizione dei Capi di Stato o di governo, con la propria decisione del 3 maggio 1998, ha stabilito che l'Italia è uno degli Stati membri della Comunità europea che adotta l'euro;

(5) considerando che dal I° gennaio 1999 la Comunità europea è competente per le materie monetarie relative agli Stati membri che adottano l'euro;

(6) considerando che con la dichiarazione n. 6 allegata all'atto finale del trattato sull'Unione europea la Comunità si è impegnata a facilitare la rinegoziazione degli attuali accordi con lo Stato della Città del Vaticano che risultasse necessaria a seguito dell'introduzione della moneta unica;

(7) considerando che l'introduzione dell'euro rende necessaria la rinegoziazione della vigente Convenzione monetaria tra la Repubblica Italiana e lo Stato della Città del Vaticano, conclusa il 3 dicembre 1991;

(8) considerando che il Consiglio ha determinato, con la decisione del 31 dicembre 1998, le modalità per la negoziazione e la conclusione dell'accordo concernente le relazioni monetarie con lo Stato della Città del Vaticano;

(9) considerando che tale decisione ha stabilito che la Repubblica Italiana conduce i negoziati con lo Stato della Città del Vaticano in nome della Comunità europea, che la Commissione è associata a pieno titolo ai negoziati e che la Banca Centrale Europea è associata a pieno titolo ai negoziati nell'ambito delle sue competenze;

(10) considerando che la stessa decisione ha previsto, tra i principi su cui è basata la posizione della Comunità nei negoziati, che lo Stato della Città del Vaticano si impegni a non emettere banconote, monete o sostituti monetari di qualsiasi tipo se non dopo aver concordato con la Comunità le condizioni di dette emissioni e che ciò non pregiudica il diritto dello Stato della Città del Vaticano di emettere monete da collezione;

(11) considerando che l'emissione delle monete da collezione in euro da parte dello Stato della Città del Vaticano è effettuata in linea con gli orientamenti previsti per le monete da collezione emesse dagli Stati membri della Comunità europea, che prevedono, in particolare, il divieto di emissione di monete da collezione in euro sino al I° gennaio 2002 e l'adozione di caratteristiche tecniche, caratteristiche artistiche e tagli che consentano di differenziare tali monete da quelle destinate alla circolazione;

(12) considerando che il Consiglio ha determinato con la decisione del 31 dicembre 1998 che gli enti finanziari aventi sede nella Città del Vaticano possono avere accesso ai sistemi di pagamento dell'area euro alle condizioni determinate con il consenso della Banca Centrale Europea;

(13) considerando che appare opportuno garantire tale accesso per il tramite dei sistemi di pagamento italiani, visti gli stretti legami tra l'Italia e la Città del Vaticano;

hanno convenuto quanto segue:

Articolo 1

Lo Stato della Città del Vaticano ha il diritto di utilizzare dal I° gennaio 1999 l'euro come propria moneta ufficiale, in conformità con il regolamento (CE) n. 1103/97 e il regolamento (CE) n. 974/98.

Lo Stato della Città del Vaticano conferisce, a decorrere dal I° gennaio 2002, corso legale alle banconote e alle monete in euro.

Lo Stato della Città del Vaticano si impegna a rendere applicabili sul suo territorio le norme comunitarie riguardanti le banconote e le monete in euro e a seguire lo stesso calendario previsto dalla Repubblica Italiana per l'introduzione delle banconote e monete in euro.

Lo Stato della Città del Vaticano si impegna altresì ad effettuare il ritiro delle proprie monete in lire seguendo lo stesso calendario della Repubblica Italiana.

Articolo 2

Lo Stato della Città del Vaticano non emette banconote, monete o sostituti monetari di qualsiasi tipo se non dopo aver concordato con la Comunità le condizioni di tali emissioni. Le condizioni per l'emissione di un contingente limitato di monete in euro, a decorrere dal I° gennaio 2002, e in lire, sino al 31 dicembre 2001, sono previste dalla presente Convenzione negli articoli seguenti.

Articolo 3

Lo Stato della Città del Vaticano può emettere dal I° gennaio 2002 monete in euro per il valore nominale massimo annuo di 670 mila euro.

Preocupados por el número de personal dedicado a la misión, Ustedes se esfuerzan en promover y seguir con atención una pastoral vocacional. Esta ha de ir acompañada, en primer lugar, por una asidua oración, pues hay que pedir al Señor que mande nuevos operarios a su mies.[13] Por otra parte, los candidatos han de ser dirigidos con prudencia y competencia para que puedan recorrer todas las etapas que requiere el seguimiento del Señor en la vida sacerdotal o religiosa. Es motivo de esperanza el crecimiento sostenido de las vocaciones. A este respecto, y para facilitar ese proceso, debería pensarse, donde fuera posible, en la creación de Seminarios menores que acojan a los jóvenes antes de realizar los estudios filosófico-teológicos, de modo que se les ofrezca una formación integral a partir de los principios morales cristianos. La construcción, ya próxima, del nuevo Seminario en la Capital —cuya primera piedra bendije— y los logros de los Seminarios propedéuticos y filosóficos existentes facilitarán una preparación espiritual e intelectual de los futuros sacerdotes nativos en mejores condiciones, y que

[12] *Mt* 9, 38.
[13] Cf *Ibid.*

los seminaristas de todo el país puedan prepararse adecuadamente para servir a su pueblo.

8. En Cuba no faltan los seglares entregados, que se esfuerzan en su propio ambiente por llevar una vida coherente con la fe. Soy consciente de las dificultades de muchos de ellos por su condición de creyentes, pues, como sucede en otras partes, los condicionamientos externos no facilitan la práctica de las enseñanzas de la Iglesia. Por eso, es un deber de Ustedes animarlos y ayudarlos a poner en práctica sus opciones cristianas.

Así pues, sigan proclamándoles con fuerza las enseñanzas sobre el matrimonio y la familia, la acogida de los hijos como don de Dios y primavera de la sociedad, animándolos a colaborar a todos, sin exclusión, para el bien común y el progreso de la Nación. Que tengan en mucha estima las palabras del Señor: «Ustedes son la sal de la tierra... Ustedes son la luz del mundo »[14] y, en consecuencia, que sigan siendo, según sus posibilidades, entusiastas misioneros, anunciadores y testigos de Cristo, muerto y resucitado, sabiendo que así contribuyen a la misión de la Iglesia y a la elevación moral de su pueblo, cada vez más sediento de espiritualidad y de los altos valores religiosos.

9. Queridos hermanos: he querido reflexionar con Ustedes sobre algunos aspectos de vuestra actividad pastoral. A mi regreso a Roma —después de mi viaje apostólico a su tierra— les decía que lo hacía « con mucha esperanza en el futuro, viendo la vitalidad de esta Iglesia local. Soy consciente de la magnitud de los desafíos que tienen por delante, pero también del buen espíritu que les anima y de su capacidad para afrontarlos ».[15] Hoy les reafirmo estos sentimientos y les ruego además que hagan llegar mi saludo muy afectuoso a todos los sacerdotes, religiosos, religiosas, y fieles, así como a todo el pueblo cubano. De modo especial, transmitan mi cercanía y mi solicitud pastoral por todos los que sufren, por los ancianos y enfermos, por los presos, por las familias divididas, por los que se sienten desanimados o faltos de esperanza. Cada uno de ellos tiene un lugar en el corazón y en la oración del Papa.

Dirigiéndome espiritualmente al Santuario del Cobre y postrado ante la imagen de la Virgen de la Caridad, Madre y Reina de Cuba, que tuve el gozo de coronar y cuyos « nombre e imagen están esculpidos en la mente y

[14] ***Mt*** 5, 13.14.

[15] ***Mensaje a los Obispos, 25 11998,*** n 7.

en el corazón de todos los cubanos, dentro y fuera de la Patria, como signo de esperanza y centro de comunión fraterna»,[16] les imparto de corazón, a Ustedes y a sus diocesanos, una especial Bendición Apostólica.

IV

Ad monachos Mechitaristas. *

Cari Religiosi della Congregazione Mechitarista armena!

1. Sono particolarmente lieto di accogliervi oggi, in occasione del terzo centenario della fondazione del vostro Istituto. Il pensiero va all'insigne figura dell'Abate Mechitar, che si staglia in modo tutto originale e, direi, profetico nel quadro dell'Oriente cristiano e dei suoi rapporti con la Chiesa di Roma. Lo sentiamo spiritualmente presente a questo nostro incontro. Egli ha certamente gioito dal Cielo per la recente riunificazione dei due rami della vostra Congregazione, frutto del desiderio di ricercare insieme le radici del carisma della vostra vita monastica per servire, in spirito rinnovato e concorde, il popolo armeno nelle sue nuove necessità.

Con la vicenda di Mechitar di Sebaste la storia della spiritualità monastica armena tocca un suo vertice. In un periodo di forte decadenza, dovuto anche a precise circostanze socio-politiche, Mechitar comprese che nella santità stava il mezzo più alto ed efficace per ridare dignità, vigore e impegno morale e civile al suo popolo. Egli fu anzitutto un cercatore di Dio, come ogni monaco è chiamato ad essere. Volle esserlo nel contesto preciso della vita monastica armena, riconoscendo in essa un inesauribile serbatoio di santità e insieme un singolare ambito di approfondimento culturale dei valori della tradizione, grazie alle celebri accademie e all'istituzione del « vardapet », il monaco-dottore, incaricato di diffondere, mediante la predicazione e il discepolato, la dottrina cristiana.

2. Giovane ancora, Mechitar intraprese un pellegrinaggio che lo portò in numerosi monasteri d'Armenia. Egli sapeva che cosa cercava, e quando le sue attese andavano deluse, perché la proposta cristiana, o la modalità del vivere comune, o la qualità dell'impegno intellettuale non gli parevano

[16] ***Homilía en Santiago, 24.11998,*** n. 6

*Die 7 Iulii 2001

all'altezza di quelle che egli considerava le necessità spirituali del suo popolo, si spostava altrove alla ricerca di ulteriori arricchimenti.

In questo pellegrinare egli incontrò anche religiosi latini, traendo dalla conoscenza della loro spiritualità nuovi spunti di riflessione, senza tuttavia intaccare la piena fedeltà all'autentica tradizione armena. Questo contatto tra Oriente e Occidente non costituì solo un tratto della sua esperienza personale, ma segnò in profondità la vicenda culturale e la stessa identità profonda del popolo armeno. Non poco giovarono a questo le circostanze storiche che portarono Mechitar a stabilirsi, insieme con i monaci da lui fondati, a Venezia, ponte naturale di un Occidente proteso verso l'Oriente. Da allora l'Isola di San Lazzaro divenne la « piccola Armenia », ancor oggi meta di pellegrinaggi e luogo ove cresce e si corrobora l'identità nazionale, portando copiosi frutti spirituali e culturali.

3. Elemento caratteristico della spiritualità mechitarista è la ricerca della santità, attraverso un'intensa vita di preghiera e un non meno esigente impegno di approfondimento culturale, incentrato soprattutto sulle grandi fonti patristiche armene. Mechitar voleva salvaguardare il monaco-dottore armeno dal perdersi in una vita randagia, smarrendo il senso profondo della propria identità. Per questo stabilì che i monaci facessero vita comune nella casa monastica, sotto l'egida dell'obbedienza. I monasteri divennero così centri di formazione spirituale e di approfondimento culturale, ed esercitarono uno straordinario influsso su quell'aristocrazia intellettuale che fu in gran parte all'origine della rinascita culturale, politica e sociale del popolo armeno nei periodi successivi.

A Mechitar ed ai suoi monaci va riconosciuto in particolare il merito di aver operato e di operare per la piena ricomposizione dell'unità tra la Chiesa d'Occidente e le Chiese d'Oriente. La comunione con la Sede di Roma era per Mechitar un elemento imprescindibile della fede, anche perché in tale comunione vedeva il compimento di un'aspirazione da sempre presente in molti Armeni, tra i quali non pochi ecclesiastici di elevata dignità. Egli era convinto che la fede della Chiesa armena, al di là delle diverse terminologie teologiche e delle incomprensioni storiche, godesse di piena ortodossia, così che la comunione con Roma non poteva che esserne il logico suggello. Per questo egli si attenne sempre con fedeltà scrupolosa ed esemplare alla teologia, alla liturgia e alla spiritualità dei Padri armeni, preoccupandosi di tramandarne integro il ricco patrimonio alle generazioni successive.

4. Cari figli di Mechitar, spetta a voi raccogliere questa eredità e farla rivivere. Voi venite da periodi difficili, che hanno messo a dura prova la vostra comunità. Occorre adesso assecondare con lungimiranza i segnali di rinascita che si intravedono nei vari ambiti della compagine ecclesiale.

Il primo impegno è di approfondire la conoscenza del vostro popolo, per saper rispondere in modo adeguato alle sue attese. Non abbiate paura di aprirvi a nuovi orizzonti, rivedendo e aggiornando antiche presenze, se le urgenze dei tempi lo richiedono. A questo proposito, nel condurre alcune delle vostre attività, potrà essere opportuno ricorrere alla collaborazione dei fedeli laici, che vedrebbero così meglio valorizzato il loro apporto specifico.

Al centro della vostra esistenza quotidiana resti sempre la vita monastica: la personale ricerca di Dio, la consuetudine amorosa con la Sacra Scrittura, il riferimento costante agli scritti dei Padri armeni, la celebrazione fedele, piena, distesa, completa della preghiera della Chiesa armena siano le sorgenti a cui attingere quotidiano vigore. In questo cammino di comune riscoperta monastica, molto gioverà la collaborazione con i vostri fratelli della Chiesa armena apostolica. Ciò costituirà un ulteriore esempio di quell'« ecumenismo di frontiera » che il monachesimo può realizzare, se non si chiude nell'isolamento o nel fondamentalismo, ma sa accogliere, nel nome della comune ricerca del volto del Padre, il fratello che incontra sullo stesso cammino.

5. La vostra storia e le intuizioni del vostro Fondatore vi pongono in una situazione privilegiata nel dialogo ecumenico. Voi siete amati e stimati da tutti i vostri fratelli armeni, che guardano a voi con fiducia e venerazione. Siate all'altezza di tale straordinaria vocazione. Mettete a disposizione della Chiesa armena cattolica gli strumenti della vostra conoscenza e siate con essa fermento di apertura pastorale, nella piena fedeltà allo spirito dei vostri Padri. Con il vostro contributo il dialogo fra gli Armeni apostolici e gli Armeni cattolici si rafforzerà, anche alla luce di nuove e più ardite acquisizioni spirituali.

Riscoprite in pienezza l'impegno dell'approfondimento del patrimonio teologico e, più ampiamente, della ricchezza culturale della vostra nazione, come fu volontà esplicita del vostro Fondatore. Garantitevi strumenti aggiornati e competenze nuove, per conservare e rinnovare l'amore allo studio che san Nerses di Lambron considerava segno dell'amore divino e che Mechitar volle come carattere distintivo della sua istituzione monastica. Sono certo che la vostra Patria, l'Armenia, e la stessa Chiesa armena apostolica questo si aspettano da voi in spirito di collaborazione e di apertura ecumenica.

6. Ricordate che la povertà è caratteristica imprescindibile della vita monastica. La vostra ricchezza sia il Signore che portate nel cuore. Considerate i tesori di arte e di storia, che il vostro popolo vi ha affidato, come vere e proprie reliquie, in particolare quei manoscritti che recano incisa la storia viva di uomini ed avvenimenti, conservandone il ricordo per i posteri. Le vicende del passato vi insegnino a non confondere la prosperità materiale con la profondità della vita spirituale: la prosperità spesso suscita bramosie idolatriche, che minano alla base la stessa esperienza religiosa. E una lezione che non va dimenticata. Educate i vostri giovani alla sobrietà che, sola, rende leggero il cuore e lo abilita a volgersi in alto, per cercare Dio. Abbiate ferma coscienza di essere i custodi fedeli e disinteressati di quanto appartiene alla Chiesa e alla storia del vostro popolo.

Privilegiate in particolare la formazione dei giovani monaci, con una selezione attenta, prudente e graduale, possibilmente esercitata, almeno nelle sue prime fasi, negli stessi territori d'origine dei giovani, per evitare dispersioni e falsi miraggi. Educateli alla profondità nella libertà, per creare persone responsabili. Preparate i vostri giovani ad assumere gradualmente compiti adatti alla formazione ricevuta, così da divenire guide autorevoli del Popolo di Dio.

7. Carissimi monaci, questi trecento anni di storia della vostra Congregazione sono una ricchezza per la Chiesa universale. Essa vi ama, vi stima e non cesserà di adoperarsi per la vostra crescita spirituale e morale, riconoscendo in voi i figli del venerato abate Mechitar, al quale va la sua ammirazione e la sua gratitudine.

Vi affido alla materna intercessione della Vergine Santissima, che tanto fu vicina al vostro Fondatore. Ella vi assista e vi protegga, ottenendo per voi dal Signore ogni grazia e consolazione celeste.

Con questi auspici tutti di cuore vi benedico.

NUNTIUS

Ob diem ad missiones fovendas.

Misericordias Domini in aeternum cantabo}

Cari fratelli e sorelle!

1. Con intima gioia abbiamo celebrato il Grande Giubileo della salvezza, tempo di grazia per tutta la Chiesa. La misericordia divina, che ogni fedele ha potuto sperimentare, ci spinge « a prendere il largo », facendo memoria grata del passato, vivendo con passione il presente e aprendoci con fiducia al futuro, nella convinzione che « Gesù Cristo è lo stesso ieri, oggi e sempre ».[2]

Questa spinta verso il futuro, illuminato dalla speranza, deve essere la base dell'agire di tutta la Chiesa nel nuovo millennio, questo il messaggio che desidero rivolgere a ogni fedele in occasione della Giornata Missionaria Mondiale, che si celebrerà il prossimo 21 ottobre.

2. E tempo, si di guardare in avanti, mantenendo gli occhi fissi sul volto di Gesù.[3] Lo Spirito ci chiama a « proiettarci verso il futuro che ci attende »,[4] a testimoniare e confessare Cristo, rendendo grazie « per le "meraviglie" che Dio ha compiuto per noi: "Misericordias Domini in aeternum cantabo" ».[5] In occasione della *Giornata Missionaria Mondiale* dello scorso anno, ho voluto ricordare come l'impegno missionario scaturisca dall'ardente contemplazione di Gesù. Il cristiano che ha contemplato Gesù Cristo non può non sentirsi rapito dal suo fulgore[6] ad impegnarsi a testimoniare la sua fede in Cristo, unico Salvatore dell'uomo.

La contemplazione del volto del Signore suscita nei discepoli la « contemplazione » anche dei volti degli uomini e delle donne di oggi: il Signore infatti si « identifica con i suoi fratelli più piccoli ».[7] Il contemplare Gesù, « primo e più grande evangelizzatore »,[8] ci trasforma in evangelizzatori. Ci

[1] ***Sai*** 89 [88], 2.
[2] ***Eb*** 13, 8; Cfr Lettera apostolica ***Novo millennio ineunte,*** 1.
[3] Cfr ***Eb*** 12, 2
[4] ***Novo millennio ineunte,*** 3.
[5] ***Sai*** 89 [88], 2; ***ibid..,*** 2....
[6] Cfr ***Vita consecrata,*** 14.
[7] Cfr ***Mt*** 25, 40 45
[8] ***Evangelii nuntiandi,* 7.**

fa prendere coscienza della sua volontà di dare la vita eterna a coloro che il Padre gli ha affidato.[9] Iddio vuole « che tutti gli uomini siano salvati e arrivino alla conoscenza della verità»,[10] e Gesù sapeva che la volontà del Padre su di Lui era che annunciasse il Regno di Dio anche alle altre città: «per questo sono stato mandato».[11]

Frutto poi della contemplazione dei « fratelli più piccoli » è scoprire che ogni uomo, pur se in modo a noi misterioso, cerca Dio, perché da Lui creato ed amato. Cosi lo scoprirono i primi discepoli: « Signore, tutti ti cercano ».[12] E i « greci », in nome delle generazioni venture, esclamano: « Vogliamo vedere Gesù ».[13] Sì, Cristo è la luce vera che illumina ogni uomo che viene in questo mondo:[14] ogni uomo lo cerca « andando come a tentoni »,[15] spinto da un'attrazione interiore di cui neppure lui conosce bene l'origine. Essa è nascosta nel cuore di Dio, ove pulsa una volontà salvifica universale. Di essa Dio ci fa testimoni ed araldi. A questo fine ci invade, come in una nuova Pentecoste, col fuoco del suo Spirito, con il suo amore e con la sua presenza: « Io sono con voi tutti i giorni fino alla fine del mondo ».[16]

3. Frutto, dunque, del Grande Giubileo è anche l'atteggiamento che il Signore chiede ad ogni cristiano, quello di guardare in avanti con fede e speranza. Il Signore fa l'onore di riporre in noi la sua fiducia e ci chiama al ministero usandoci misericordia.[17] Non è una chiamata riservata ad alcuni, ma è per tutti, ciascuno nel proprio stato di vita. Nella Lettera apostolica *Novo millennio ineunte* ho scritto in proposito: « Questa passione non mancherà di suscitare nella Chiesa una nuova missionarietà, che non potrà essere demandata ad una porzione di "specialisti", ma dovrà coinvolgere la responsabilità di tutti i membri del Popolo di Dio. Chi ha incontrato veramente Cristo, non può tenerselo per sé, deve annunciarlo. Occorre un nuovo slancio apostolico che sia vissuto quale impegno quotidiano delle comunità e dei gruppi cristiani... La proposta di Cristo va fatta a tutti con fiducia. Ci si rivolgerà agli adulti, alle famiglie, ai giovani, ai bambini, senza mai

[9] Cfr ***Gv*** 17, 2.
[10] ***1 Tm*** 2, 4.
[11] ***Le*** 4, 43
[12] ***Mei,*** 37
[13] ***Gv*** 12, 21.
[14] Cfr ***ibid.,*** 1, 9.
[15] ***At*** 17, 27.
[16] ***Mt*** 28, 20.
[17] Cfr ***1 Tm*** 1, 12.13.

nascondere le esigenze più radicali del messaggio evangelico, ma venendo incontro alle esigenze di ciascuno quanto a sensibilità e linguaggio, secondo l'esempio di Paolo, il quale affermava:" Mi sono fatto tutto a tutti, per salvare ad ogni costo qualcuno" ».[18]

In modo speciale, la chiamata alla missione acquista singolare urgenza, se guardiamo a quella porzione dell'umanità che ancora non conosce o non riconosce Cristo. Sì, cari fratelli e sorelle, la missione *ad gentes* è oggi più valida che mai. Conservo impresso nel cuore il volto dell'umanità che ho potuto contemplare nel corso dei miei pellegrinaggi: è il volto di Cristo riflesso in quello dei poveri e dei sofferenti; il volto di Cristo che riluce in quanti vivono come « pecore senza pastore ».[19] Ogni uomo e ogni donna hanno pieno diritto che siano insegnate loro « molte cose ».[20]

Davanti all'evidenza della propria fragilità ed insufficienza, la tentazione umana, anche dell'apostolo, è quella di congedare la gente. Invece, è proprio in quell'istante che, ponendosi in contemplazione del volto dell'Amato, bisogna che ciascuno riascolti le parole di Gesù: « Non occorre che vadano: voi stessi date loro da mangiare ».[21] Si sperimenta così allo stesso tempo l'umana debolezza e la grazia del Signore. Consapevoli dell'immancabile fragilità che ci segna profondamente, avvertiamo il bisogno di rendere grazie a Dio per ciò che Egli ha compiuto per noi e per quanto, nella sua grazia, compirà.

4. Come non ricordare, in questa circostanza, tutti i missionari e le missionarie, sacerdoti, religiose, religiosi e laici, che hanno fatto della missione *ad gentes* e *ad vitam* la ragione del proprio esistere? Essi con la loro stessa esistenza proclamano « senza fine le grazie del Signore ».[22] Non poche volte questo senza fine è arrivato fino all'effusione del sangue: quanti sono stati i « testimoni della fede » nello scorso secolo! E anche grazie alla loro generosa donazione che il Regno di Dio ha potuto dilatarsi. A loro va il nostro grato pensiero, accompagnato dalla preghiera. Il loro esempio è di stimolo e di sostegno per tutti i fedeli, i quali possono trarre coraggio dal vedersi « circondati da un così grande numero di testimoni »,[23] che con la loro vita e la loro parola hanno fatto e fanno risuonare il Vangelo in tutti i continenti.

[18] ***1 Cor*** 9, 22; n 40
[19] ***Me*** 6, 34.
[20] ***Ibid***
[21] Cfr ***Mt*** 14, 16; ***Me*** 6, 37.
[22] ***Sal*** 89.
[23] ***Eb*** 12, 1.

Sì, carissimi fratelli e sorelle, non possiamo tacere ciò che abbiamo visto ed udito.[24] Abbiamo visto l'opera dello Spirito e la gloria di Dio manifestarsi nella debolezza.[25] Anche oggi tanti uomini e donne, con la loro dedizione e con il loro sacrifìcio, sono per noi manifestazione eloquente dell'amore di Dio. Da loro abbiamo ricevuto la fede e siamo spinti ad essere, a nostra volta, annunciatori e testimoni del Mistero.

5. La missione è « annuncio gioioso di un dono che è per tutti, e che va a tutti proposto con il più grande rispetto della libertà di ciascuno: il dono della rivelazione del Dio-Amore che "ha tanto amato il mondo da dare il suo Figlio unigenito".[26]... La Chiesa, pertanto, non si può sottrarre all'attività missionaria verso i popoli e resta compito prioritario della *missio ad gentes* l'annuncio che nel Cristo, "Via, Verità e Vita",[27] che gli uomini trovano la salvezza ».[28] È un invito per tutti, un appello urgente a cui va data pronta e generosa risposta. Occorre andare! Occorre mettersi in cammino senz'indugio, come Maria, la Madre di Gesù; come i pastori destatisi al primo annunzio dell'Angelo; come la Maddalena alla vista del Risorto. « Il nostro passo, all'inizio di questo nuovo secolo, deve farsi più spedito nel ripercorrere le strade del mondo ... Il Cristo risorto ci rida come un appuntamento nel Cenacolo, dove la sera del "primo giorno dopo il sabato",[29] si presentò ai suoi per "alitare" su di loro il dono vivificante dello Spirito e iniziarli alla grande avventura dell'evangelizzazione ».[30]

6. Cari fratelli e sorelle! La missione esige preghiera e impegno concreto. Tante sono le necessità che la capillare diffusione del Vangelo comporta.

Ricorre quest'anno il 75° anniversario dell'istituzione della Giornata Missionaria da parte del Papa Pio XI, che accolse la domanda della Pontificia Opera della Propagazione della Fede per stabilire « una giornata di preghiere e di propaganda per le missioni da celebrarsi in uno stesso giorno in tutte le diocesi, le parrocchie e gli istituti del mondo cattolico... e per sollecitare l'obolo per le missioni ».[31] Da allora, la Giornata missionaria costituisce

[24] Cfr ***At*** 4, 20.
[25] Cfr ***2 Cor*** 12; ***1 Cor*** 1.
[26] ***Gv*** 3, 16.
[27] ***Ibid.,*** 14, 6.
[28] ***Novo millennio ineunte,*** 56.
[29] ***Gv*** 20, 19.
[30] ***Novo millennio ineunte,*** 58.
[31] Sacra Congregazione dei Riti, ***Istituzione della Giornata missionaria mondiale,*** 14 aprile 1926: ***AAS*** 19 (1927), p. 23 s.

un'occasione speciale per ricordare a tutto il Popolo di Dio la permanente validità del mandato missionario, giacché « la missione riguarda tutti i cristiani, tutte le diocesi e parrocchie, le istituzioni e associazioni ecclesiali ».[32] E al tempo stesso opportuna circostanza per ribadire che « le missioni non chiedono solo un aiuto, ma una condivisione con l'annunzio e la carità verso i poveri. Tutto quello che abbiamo ricevuto da Dio — la vita come i beni materiali — non è nostro ».[33] Questa Giornata è importante nella vita della Chiesa, « anche perché insegna come donare: nella celebrazione eucaristica, cioè come offerta a Dio, e per tutte le missioni del mondo ».[34] Sia, dunque, quest'anniversario propizia occasione per riflettere sulla necessità di un più grande sforzo comune nel promuovere lo spirito missionario e nel procurare i necessari aiuti materiali di cui i missionari hanno bisogno.

7. Nell'Omelia a conclusione del Grande Giubileo, il 6 gennaio 2001, ho detto: « Occorre ripartire da Cristo, con lo slancio della Pentecoste, con entusiasmo rinnovato. Ripartire da Lui innanzi tutto nell'impegno quotidiano della santità, ponendoci in atteggiamento di preghiera e in ascolto della sua parola. Ripartire da Lui per testimoniare l'Amore ».[35]

Perciò:

Riparti da Cristo, tu che hai trovato misericordia.
Riparti da Cristo, tu che hai perdonato e accolto il perdono.
Riparti da Cristo, tu che conosci il dolore e la sofferenza.
Riparti da Cristo, tu tentato dalla tiepidezza:
l'anno di grazia è tempo sconfinato.
Riparti da Cristo, Chiesa del nuovo millennio.
Canta e cammina![36]

Maria, Madre della Chiesa, Stella dell'evangelizzazione, ci affianchi in questo cammino, come restò accanto ai discepoli nel giorno della Pentecoste. A Lei ci rivolgiamo fiduciosi perché, per sua intercessione, il Signore ci conceda il dono della perseveranza nel compito missionario, che concerne l'intera Comunità ecclesiale.

Con tali sentimenti, tutti vi benedico.

Dal Vaticano, 3 Giugno 2001, Solennità di Pentecoste.

IOANNES PAULUS PP. II

[32] Lettera enciclica ***Redemptoris missio,*** 2.
[33] ***Ibid.,*** n 81.
[34] ***Ibid.***
[35] N. 8,
[36] Cfr ***Riti di conclusione nella Santa Messa nell'Epifania del Signore 2001,***

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

EPISTULA

a Congregatione pro Doctrina Fidei missa ad totius Catholicae Ecclesiae Episcopos aliosque Ordinarios et Hierarchas quorum interest: de *delictis gravioribus* eidem Congregationi pro Doctrina Fidei *reservatis.*

Ad exsequendam ecclesiasticam legem, quae in articulo 52 Constitutionis Apostolicae de Romana Curia enuntiat: « Delicta contra fidem necnon graviora delicta tum contra mores tum in sacramentorum celebratione commissa, quae ipsi delata fuerint, [Congregatio pro Doctrina Fidei] cognoscit atque, ubi opus fuerit, ad canonicas sanctiones declarandas aut irrogandas ad normam iuris, sive communis sive proprii, procedit»,[1] necesse erat in primis definire procedendi modum de delictis contra fidem: quod peractum fuit per normas, quarum inscriptio est *Agendi ratio in doctrinarum examine,* a Summo Pontifice Ioanne Paulo PP. II ratas atque confirmatas, simul articulis 28-29 *informa specifica* approbatis.[2]

Eodem fere tempore Congregatio pro Doctrina Fidei per Commissionem ad hoc ipsum institutam operam dabat diligenti canonum de delictis studio, sive *Codicis Iuris Canonici,* sive *Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium,* ad determinanda « graviora delicta tum contra mores tum in sacramentorum celebratione », ad perficiendas quoque normas processuales speciales « ad canonicas sanctiones declarandas aut irrogandas », quia Instructio *Crimen sollicitationis* hucusque vigens, a Suprema Sacra Congregatione

[1] IOANNES PAULUS PP. II, Constitutio Apostolica ***Pastor bonus,*** De Romana Curia, 28 Iunii 1988, art. 52, in ***AAS*** 80 (1988) 874

[2] CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, ***Agendi ratio in doctrinarum examine,*** 29 Iunii 1997, in ***AAS*** 89 (1997) 830-835.

Sancti Officii edita die 16 mensis Martii anno 1962,[3] recognoscenda erat novis Codicibus canonicis promulgatis.

Attente perpensis votis et factis opportunis consultationibus, Commissionis opus tandem ad finem pervenit; Congregationis pro Doctrina Fidei Patres accuratius idem examinarunt, Summo Pontifici subiciendo conclusiones circa determinationem graviorum delictorum et modum procedendi ad sanctiones declarandas aut irrogandas, firma manente eiusdem Congregationis Apostolici Tribunalis exclusiva in hoc competentia. Quae omnia ab ipso Summo Pontifice adprobata, confirmata et promulgata sunt per Litteras Apostolicas Motu Proprio datas, quarum initium sumit a verbis *Sacramentorum sanctitatis tutela.*

Graviora delicta tum in sacramentorum celebratione tum contra mores, Congregationi pro Doctrina Fidei reservata, sunt:

- *Delicta contra sanctitatem augustissimi Eucharistiae Sacrificii et sacramenti,* videlicet:

1° abductio vel retentio in sacrilegum finem, aut abiectio consecratarum specierum;[4]

2° attentatio liturgicae eucharistici Sacrificii actionis vel eiusdem simulatio;[5]

3° vetita eucharistici Sacrificii concelebratio una cum ministris communitatum ecclesialium, qui successionem apostolicam non habent nec agnoscunt ordinationis sacerdotalis sacramentalem dignitatem;[6]

4° consecratio in sacrilegum finem alterius materiae sine altera in eucharistica celebratione, aut etiam utriusque extra eucharisticam celebrationem;[7]

- *Delicta contra sanctitatem sacramenti Paenitentiae,* videlicet:

1° absolutio complicis in peccato contra sextum Decalogi praeceptum;[8]

[3] SUPREMA SACRA CONGREGATIO SANCTI OFFICII, Instructio ***Crimen sollicitationis,*** Ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios « etiam Ritus Orientalis »: De modo procedendi in causis sollicitationis, 16 Martii 1962, Typis Polyglottis Vaticanis MCMLXII

[4] Cf ***Codex Iuris Canonici,*** can. 1367; ***Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium,*** can. 1442. Cf, et PONTIFICIUM CONSILIUM DE LEGUM TEXTIBUS INTERPRETANDIS, Responsio ad propositum dubium, 4 iunii 1999.

[5] Cf ***Codex Iuris Canonici,*** can. 1378 § 2 n, 1 et 1379; ***Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium,*** can 1443.

[6] Cf. ***Codex Iuris Canonici,*** can 908 et 1365; ***Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium,*** can. 702 et 1440,

[7] Cf ***Codex Iuris Canonici,*** can 927

[8] Cf. ***Codex Iuris Canonici,*** can. 1378 § 1; ***Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium,*** can. 1457

2° sollicitatio in actu vel occasione vel praetextu confessionis ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum, si ad peccandum cum ipso confessario dirigitur;[9]

3° violatio directa sigilli sacramentalis;[10]

- *Delictum contra mores,* videlicet: delictum contra sextum Decalogi praeceptum cum minore infra aetatem duodeviginti annorum a clerico commissum.

Haec tantum, quae supra indicantur delicta cum sua definitione, Congregationis pro Doctrina Fidei Tribunali Apostolico reservantur.

Quoties Ordinarius vel Hierarcha notitiam saltem verisimilem habeat de delicto reservato, investigatione praevia peracta, eam significet Congregationi pro Doctrina Fidei quae, nisi ob peculiaria rerum adiuncta causam sibi advocet, Ordinarium vel Hierarcham per proprium Tribunal ad ulteriora procedere iubet opportunas normas tradendo; ius appellandi contra sententiam primi gradus, sive ex parte rei vel eius Patroni sive ex parte Promotoris Iustitiae, valide unice manet tantummodo ad Supremum Tribunal eiusdem Congregationis.

Notandum est actionem criminalem de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis praescriptione extingui decennio.[11] Praescriptio decurrit ad normam iuris universalis et communis;[12] in delicto autem cum minore a clerico patrato praescriptio decurrere incipit a die quo minor duodevicesimum aetatis annum explevit.

In Tribunalibus apud Ordinarios vel Hierarchas constitutis, hisce pro causis munera Iudicis, Promotoris Iustitiae, Notarii atque Patroni tantummodo sacerdotes valide explere possunt. Instantia in Tribunali quovis modo finita, omnia acta causae ad Congregationem pro Doctrina Fidei ex officio quam primum transmittantur.

Tribunalia omnia Ecclesiae Latinae et Ecclesiarum Orientalium Catholicarum tenentur canones de delictis et poenis necnon de processu poenali utriusque Codicis respective observare una cum normis specialibus a Congregatione pro Doctrina Fidei pro singulo casu tradendis et omnino ad exsecutionem mandandis.

[9] Cf. ***Codex Iuris Canonici,*** can. 1387; ***Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium,*** can. 1458.

[10] Cf. ***Codex Iuris Canonici,*** can. 1388 § 1; ***Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium,*** can. 1456 § 1.

[11] Cf. ***Codex Iuris Canonici,*** can. 1362 § 1 n. 1; ***Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium,*** can. 1152 § 2 n. 1

[12] Cf. ***Codex Iuris Canonici,*** can. 1362 § 2; ***Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium,*** can.. 1152 § 3.

Huiusmodi causae secreto pontificio subiectae sunt.

Per hanc Epistulam, de mandato Summi Pontificis omnibus Ecclesiae Catholicae Episcopis, Superioribus Generalibus institutorum religiosorum clericalium iuris pontificii et societatum vitae apostolicae clericalium iuris pontificii aliisque Ordinariis et Hierarchis interesse habentibus missam, in votis est ut non solum graviora delicta omnino vitentur, sed praesertim ad clericorum et fidelium sanctitatem etiam per necessarias sanctiones procurandam sollicita pastoralis cura ab Ordinariis et Hierarchis habeatur.

Romae, e Sede Congregationis pro Doctrina Fidei, die 18 Maii 2001.

€8 IOSEPHUS card. RATZINGER
Praefectus

EB Tharsicius Bertone, S.D.B,
archiep. em. Vercellensis, *a Secretis*

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

BONONIENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Iosephi Gualandi sacerdotis Bononiensis fundatoris parvae missionis ad Surdos-Mutos (1826-1907)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« In nomine Christi studet Ecclesia magis in dies fieri pro vobis "commoda" domus. Scimus invalidum — personam unicam quaeque repeti non potest in sua aequali atque inviolabili dignitate — non solum curam exigere, sed in primis amorem, qui agnoscat, vereatur et compleat. Ecclesia vult vobis vestrisque familiis esse propinquior, conscia neglegentiam dolorem et solitudinem exasperare, cum fides, amore significata et gratuitate vim donet atque significationem vitae ».

Haec verba, quibus Summus Pontifex Ioannes Paulus II inválidos est allocutus per eorum Iubilaei celebrationem die 3 mensis Decembris anno 2000, aevo christiano volvente multi caritatis apostoli ad effectum adduxerunt, qui factis exemplum et doctrinam sunt secuti divini Samaritani humani generis dolentis. Sacerdos Iosephus Gualandi, Dei et pauperum amore

flagrans, humano atque christiano surdorum mutorumque progressui assequendo se dedidit, in sua paedagogia caritatem et surdi mutique acceptionem coniungens cum eius dignitatis filii Dei agnitione.

Dignus hic sacerdos Bononiae honesto loco die 9 mensis Iunii anno 1826 natus est, in cuius familia plures floruerunt sacerdotales ac religiosae vocationes. Pater, Dominicus Gualandi, apud Studiorum Universitatem professor neuro psychiatriae et nosocomii psychiatrici rector, vir fuit notae vitae probitatis. Mater, Aloisia Naldi, altae vitae interioris erat et in opera caritatis incumbebat. Servi Dei educationi egregie familia prospexit atque schola Seminarii dioecesani, cuius is diligens fuit alumnus externus. Anno 1844, optatione indicata petendi sacerdotium, idem Seminarium archiepiscopale ingressus est tamquam alumnus internus atque, post excellentem praeparationem, die 23 mensis Decembris anno 1848 est presbyter ordinatus, lauream in sacra theologia iam adeptus. Sacrum explicavit ministerium in paroecia Sanctissimae Trinitatis, Bononiae, in eaque paroeciali ecclesia est divinitus instinctus ad se dedendum surdorum mutorumque apostolatui. Ipse narravit, deinde, se die festo Cordis Immaculati Mariae puellam surdam ac mutam vidisse pie ad Sacramentum Eucharistiae primum accedentem; se motum esse et animadvertisse vocatum se ad surdis mutisque peculiari modo serviendum, siquidem intellegebat illos, sine proprio auxilio, veritates doctrinae catholicae cognoscere non posse.

Statim opus iniit, utque sibi accuratam praeparationem technicam provideret ad illud apostolatus genus idoneam, sedes ad hoc ipsum constitutas in pluribus Italicis urbibus frequentavit, atque ad ampliandam huius materiae scientiam, curavit ut sibi ex Gallia deferrentur quidam libri hanc tractantes rem; invisit etiam in ipsa urbe Bononia sedem a comitissis Ranuzzi constitutam mulieribus surdis mutisque educandis. Anno 1850 domum conduxit ad eamque se contulit ibidem cum duobus surdis mutisque habitaturus, quo efficacius de eorum institutione curam adhiberet. Puerorum curandorum numero crescente, necessaria fuit domicilii translatio in sedem aptiorem. Mox, fratre domino Caesare, et ipso sacerdote, adiuvante, campum suum apostolicum ad feminas surdas mutasque extendit, matris quoque usus auxilio, in viduitate relictae.

Circum Servum Dei nonnulli socii convenerunt, iisdem apostolatus propositis moti, quibuscum « Piam Congregationem a Sancto Patriarcha Ioseph et a Sancto Francisco de Sales » constituit, cuius Regula et Constitutiones ab Archiepiscopo Bononiensi anno 1872 approbatae sunt: attamen nondum

de congregatione religiosa agebatur. Superior designatus est dominus Caesar Gualandi. Opus fundatum deinde Florentiae et Romae praesens fuit ibique industriam suam explicavit.

A mense Novembri anni 1874 ortus est Piae Congregationis ramus femininus per ingressum in Opus Servae Dei Ursulae Mezzini (1853-1919). Anno 1886, quo frater dominus Caesar est mortuus, calamitas fortiter in Institutum proruit sub specie afflictarum rerum familiarium, inanium conatuum coniunctionis cum aliis Institutis, morborum Servi Dei, quibus est inductus ad creandum suum vicarium dominum Ferdinandum Buoni, insidiarum contra Conditoris libertatem in suo exercendo regimine, quaestionum iuridicialium-canonicarum in mutatione Piae Operae in Congregationem. Cum inceptum factum est consociationis cum coetu sacerdotum Veronensium, propositi apostolici Servi Dei commutatio contigit in Congregationem religiosam cum tribus translaticiis votis: quae commutatio rite facta est anno 1903, approbante Archiepiscopo Dominico Cardinali Svampa novas Constitutiones. Quidam Servi Dei cooperatores eum in hoc consilio non sunt secuti, cum eadem commutatio in ramo feminino tranquilla cum perseverantia accepta sit.

Ultimi anni vitae Conditoris tum iteratis morbis signati sunt, tum laudibus inter ecclesiasticos atque civiles; insuper laetatus est quod sua Congregatio ab Archiepiscopo Fiorentino et a Vicario Summi Pontificis pro dioecesi Romana approbata esset. Primum morbi indicium, qui vitae eius terrenae finem fecit, apparuit anno 1904; praeter dolores corporis, acerbius doluit quod per longa temporis intervalla Sanctam Missam nequi vit celebrare. Solacio munitus sacramentorum in Domino obdormivit die 14 mensis Iulii anno 1907. Eius corpus quiescit hodie in sacello partis masculinae Domus Principis eius Congregationis in urbe Bononia.

Fama sanctitatis qua in vita claruit, post mortem Servi Dei perduravit, quem etiam nunc populus memoria tenet ob eius apostolatum pro surdis mutisque et ob eminentes virtutes, quas summa cum diligentia, perseverantia ac gaudio spiritali coluit. Fides in Deum, in eius verbum et providentiam, eius sacerdotium concitavit lumenque fuit actionis eius pastoralis. Firmiter credidit et vixit ex eis, quae credebat. Suam cum Domino coniunctionem aluit fervida celebratione Eucharistiae, Sanctissimi Sacramenti adoratione, sacramentorum administratione, meditatione veritatum aeternarum ipsisque apostolicis laboribus, quos ad Dei gloriam et ad animarum salutem explicabat. Dictum, quod pro vita sua et opera elegerat, hoc fuit: « Deus

solus »; et vere hanc fidei electionem cotidie explevit constanti cum sedulitate pro Regno Dei proque surdorum mutorumque educatione et evangelizatione. Virginem Mariam pie coluit eiusque Immaculatum Cor, ac saepe sancti Rosarii recitationem suadebat. Ecclesiae filius fuit fidelis atque Romano Pontifici et Episcopis obsequens. Viribus suis non est confisus, sed divinae gratiae, et etiam in difficultatibus, spiritus pacem servavit necnon Providentiae fiduciam. Spes christiana semper animam eius illuminavit, praesertim per longum morbum perque arduos Congregationis suae eventus. Deum dilexit omnibus viribus, eius voluntatem fecit, peccatum fugit et sanctitatem appetivit. Christi exemplum secutus, proximos dilexit, pauperes adiuvit, afflictos est consolatus seque surdorum mutorumque servum fecit, amicum et patrem, quos socialiter et spiritaliter extulit. In Dei et animarum ministerio inque Instituto suo gubernando prudens fuit necnon in methodi suae institutoriae usu. Iustus fuit et liberalis in bonis suis participandis; in fidelitate vocationi suae suoque muneri fortis; temperans ac sobrius, castus et oboediens, pauper et humilis. Qui eum cognovit, apostolatum eius pro surdis mutisque cum servitio comparat flexis genibus peracto.

Tam dilucida vita non poterat abdita latere; quapropter Servi Dei filii filiaeque spiritales ab Archiepiscopo Bononiensi postulaverunt ut initium facere Causae beatificationis et canonizationis. Annis 1957-1963 instructus est Processus Ordinarius Informativus, cuius auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 10 mensis Maii anno 1989 promulgato. *Positione* confecta, inquisitum est ex norma an Servus Dei heroum in modum virtutes coluisset. Exitu cum prospero die 27 mensis Iunii anno 2000 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum est actus. Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 9 mensis Ianuarii habita anno 2001, audita relatione Excellentissimi Domini Florini Tagliaferri, Episcopi emeriti Viterbiensis, Causae Ponentis, agnoverunt sacerdotem Iosephum Gualandi sicut heroas addecet, virtutes théologales, cardinales iisque adnexas explicavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pa-

ter sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Gualandi, Sacerdotis dioecesani Bononiensis, Fundatoris Parvae Missionis ad Surdos-Mutos, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

EB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CILICIAE ARMENORUM seu MARDINENSIS

Beatificationis seu declarationis martyrii Servi Dei Ignatii Choukrallah Maloyan archiepiscopi Mardinensis Armenorum (1869-1915)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

« Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, et post haec non habent amplius, quod faciant» *(Lc* 12, 4).

Archiepiscopus Ignatius Choukrallah Maloyan, a Spiritu Sancto confirmatus, suis carnificibus impavidus se obiecit, sciens se ab iis morte temporali affici posse, non autem animae. In persecutione a potestatibus Turcicis contra christianos Ármenos concitata, is fidelis mansit Ecclesiae atque magno animo suam devovit vitam tamquam erga Iesum dilectionis actum, martyrii palmam consecutus.

Servus Dei, ex octo fratribus quarto loco natus, in vitam venit die 15 mensis Aprilis anno 1869, in Turcica Mesopotamiae urbe *Mardin,* ex catholica familia Armenia, tenui sane, estque baptizatus paucis post ortum diebus. Inde a iuventute pietate eminebat et cotidie, antequam ad scholam se conferret, S. Missae intererat.

Anno 1883 Episcopus Melkon Nazarian, eius voto cognito se Domino consecrandi, eum ad coenobium misit loci *Bzomar,* qui in Libano est. Ser-

vus Dei non solum philosophiae studuit et theologiae, verum etiam sermoni Armeno, Turcico, Arabico, Hebraico, Gallico et Italico.

Studiis peractis, ordinatus est sacerdos anno 1896, die quo festum Corporis Domini celebrabatur et, secundum consuetudinem Armeniam, novum cepit nomen Ignatium, in honorem Episcopi Antiocheni.

Annum egit et dimidium in coenobio uti magister spiritus alumnorum Seminarii, deinde missus est in Aegyptum, ut communitatibus Armeniis Cairensibus assisteret atque Alexandrinis. Constantinopolim revocatus a Patriarcha Paulo Sabbaghian, consecrationem episcopalem accepit Romae anno 1911, die 22 mensis Octobris. Munere Archiepiscopi Mardinensis Armenorum assumpto, cum ardore magno ministerio se dedidit, sollicitus de providenda sacerdotibus apta formatione christiana, de fidelibus continuo visitandis ut quam optime eorum cognosceret necessitates, de ecclesiis atque scholis restaurandis. Morbo correptus meatus spirandi, anno 1913 primum ut se curaret Aegyptum petivit, deinde Patavium, ubi subiectus est sectioni chirurgicae; vixdum validus Romam se contulit estque a Sancto Pio X ad colloquium admissus.

Ad urbem *Mardin* re versus est anno 1913; insequenti anno prius est ortum bellum totius terrarum orbis, in quo Tureia socia fuit Germaniae et Imperii Austriaci-Hungarici. In temporum convenientia cum hoc eventu auctoritates Turcicae coeperunt consilium acriter perficere islamismum vi inducendi aut christianos Ármenos delendi. Servus Dei auctoritates civiles verebatur, sed apostolica cum fortitudine fideles tuebatur suis pastoralibus curis concreditos nec illos relinquere voluit, etsi conscius erat periculorum quae adibat.

Alta, solida fides, precatione nutrita, adoratione eucharistica, lectione ac meditatione Verbi Dei, eum praeparavit ad vitam pro Christo devovendam. Filiali pietate Sanctissimam Virginem Mariam colebat et omnibus vesperis Rosarium recitabat. Spem theologalem exercuit, suis fidelibus tradens divinae Providentiae fiduciam iisque suadens ut dolores, quibus affligebantur, fugacem molestiam putarent prae vita aeterna. Plenus amoris Dei, cum studio in apostolatum incubuit inque sacramentorum administrationem, peculiarem tamen adhibens curam de ministerio exercendo Verbi Dei.

Vir prudentissimus, orta persecutione cogitavit de prospicienda etiam in futurum dioecesi suae administratione. Semper suum est munus exsecutus, quamquam asthmate afflictabatur, tussi atque oculorum morbo. Castus fuit omnibus in casibus; parvi duxit divitias terrenas et, solummodo divinam

voluntatem faciendi studiosus, humiliter praeceptis adhaesit Ecclesiae ac suorum superiorum mandatis oboedivit.

Die primo mensis Maii anno 1915, cum intellexisset condicionem iam ruituram esse, suum convocavit clerum, cui epistulam tradidit ad totam dioecesim missam, in qua affirmabat se magnam ducere felicitatem posse se fidelitatem Deo et Ecclesiae testificari per sanguinis effusionem, si necesse fuisset. Die 3 mensis Iunii, Corporis Domini festo, comprehensus est cum tredecim sacerdotibus et ingenti christianorum numero. Atroces patiens cruciatus, quae ideo ei infligebantur, ut culpas confiteretur commenticias, magna voce suorum peccatorum absolutionem postulavit, quam a sacerdote obtinuit in cellula propinque incluso. Nocte diei 10 mensis Iunii milites Turcici Servum Dei e carcere eduxerunt una cum aliis relegatis. Cum coniecisset iam finem imminere, est ei potestas facta suos fideles alloquendi atque, eos adhortatus ne mortem timerent, acceptum panem consecravit iisque distribuit. Interfectus est die 11 mensis Iunii anno 1915, probabiliter in via quae est inter *Mardin* et *Diarbakir.* Unus ex homicidii participibus affirmat eum, condicioni apostatandi ut salvam haberet vitam, firmiter respondisse: « In Christi religione vixi, nec immutabor; fac quod vis ». Alio ex interfectoribus qui, eum occisurus, quod a fide non defecisset eum criminabatur, simili cum fortitudine respondit: « Nos oves Christi sumus, et color ruber quem gerimus non est nisi signum nostrae voluntatis sanguinem nostrum effundendi pro Christo ».

Populus Dei statim eum fidei martyrem duxit. Huius famae confirmatio annorum decursu Patriarcham Batanian anno 1966 induxit ad ineundam Causam beatificationis seu declarationis martyrii per celebrationem Processus Ordinarii Informativi. Huius Processus auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 17 mensis Martii anno 1995 promulgato. Post Sessionem Consultorum Historicorum, die 26 mensis Septembris habitam anno 2000, disceptatum est ex norma de asserto Servi Dei martyrio. Exitu cum prospero die 9 mensis Ianuarii anno 2001 actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales deinde et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 3 mensis Aprilis anni 2001, audita relatione Causae Ponentis Excellentissimi Domini Aemilii Eid, Episcopi titularis Sarepteni Maronitarum, professi sunt Archiepiscopum Ignatium Choukrallah Maloyan in odium fidei necatum esse.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis

Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servi Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis ad Se hodierna die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Ignatii Choukrallah Maloyan, Archiepiscopi Mardinensis Armenorum, anno 1915 interfecti, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Matriti excepta est a sancta Soledad Torres Acosta apud Institutum Ancillarum Mariae nuper conditum et aegrotis curandis destinatum. Novitiatus tempore haesitare coepit de sua authentica vocatione. Suffulta consiliis Episcopi Antonii Mariae Claret, de consensu sanctae conditricis, die xv mensis Februarii anno MDCCCLXVII vota religiosa nuncupavit. Tunc munus assumpsit regendi collegium puellarum parentibus orbatarum ac deinde apud valetudinarium in urbe Methymna Campestri operam navavit. Volvente tempore novae exortae sunt haesitationes de vocatione. Tandem, providis confessariis auxilium praebentibus, percepit se a Domino vocari ut simul cum sociis novum conderet Institutum ad aegrotos in domiciliis et in nosocomiis tutandus. De licentia Archiepiscopi Toletani, reliquit Institutum Ancillarum Mariae et Flaviobrigam se contulit, ubi anno MDCCCLXXI primam aperuit domum Instituti, cuius Maria Iosepha non tantum conditrix exstitit, verum etiam prima generalis moderatrix; quod regimen totam per vitam est confirmatum. Ipsa vivente, quadraginta domus apertae sunt in diversis Hispaniae regionibus, quaedam etiam in America Australi. Tandem die xx mensis Martii anno MCMXII Flaviobrigae diuturno morbo affecta piissime in Domino obiit. Hae sunt virtutes quibus Maria Iosepha eminuit: Eucharistiam et Sacrum Cor Iesu impense dilexit, Redemptionis mysterium penitus adora vit, dolorum Christi et crucis participem se reddidit, aequo animo in contemplationis contextu infirmis curandis se dedit. Clara fama sanctitatis, qua in transitus sui hora circumdata fuit, sequentibus annis increbruit, quapropter anno MCMXXVI exuviae illius a coemeterio Flaviobrigensi in primam domum Instituti sunt translatae ibidemque sepultae. Anno MCMLI Flaviobrigae instructus est processus ordinarius informativus, qui, Romae conclusus est anno MCMLXXII per Decretum Introductionis Causae. Facta historica super virtutibus positione de eademque disceptationibus habitis, die **VII** mensis Septembris anno MCMLXXXIX Decretum prodiit super virtutibus. De miro quodam anno MCMLXX patrato inquisitio peracta est, atque die xxx mensis Iunii anno MCMXCII Decretum super miraculo in vulgus est editum. Eodem anno die xxvn mensis Septembris Romae in foro ante Basilicam Vaticanam ritum celebravimus beatificationis Servae Dei. Deinde dioecesana instructa est investigatio de praesumpta mira sanatione, in Columbia mense Augusto anno MCMXCII habita, de qua Decretum super validitate latum est die xni mensis Octobris anno MCMXCV. Medici unanimi ex consensu casum inexplicabilem censuerunt. Theologi in, congressu die xxn mensis Ianuarii anno MCMXCIX congregati, atque Patres Cardinales et Episcopi in ordinaria con-

gregatione die xxn mensis Iunii eodem anno, dixerunt sanationem praeter naturam patratam esse et intercessioni beatae Mariae Iosephae adscripserunt. Die xxviii eiusdem mensis, Nobis coram Decretum est evulgatum super miraculo. Deinde in Consistorio die x mensis Martii huius Magni Iubilaei anni **MM** celebrato, faventem Cardinalium et Episcoporum sententiam excipientes, statuimus ut ritus canonizationis beatae Mariae Iosephae die i mensis Octobris hoc eodem anno Romae haberetur. Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, intra Missarum sollemnia hanc formulam protulimus:


Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Augustinum Zhao Rong et cxix Socios, Mariam Iosepham a Corde Iesu Sancho de Guerra, Catharinam L)rexel et Iosepham Bakhita Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae decrevimus, et nunc et in posterum tempus vim sortiri volumus, contrariis rebus minime officientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die primo mensis Octobris, anno Domini bismillesimo, Pontificatus Nostri altero et vicesimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco £8 Plumbi
In Secret, Status tab., n. 486.062

EPISTULA APOSTOLICA

ad catholicum Hungariae populum « Millennio Hungarico » exeunte

Venerabili Fratri Nostro
Ladislao S.R.E. Cardinali Paskai
Strigoniensi-Budapestinensi Archiepiscopo
Hungarorum Primati

1. *Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo salvatore meo (Lc* 1, 46). Proxima in sollemnitate Assumptionis Virginis Mariae in Basilica Strigoniensi speciali devotione elevabitur eius laudis canticum ad Deum, cum populus Hungaricus gloriosum celebrabit eventum baptismi maiorum suorum qui factus est ante mille annos opera sancti Stephani. Quae recordatio excitabit profecto animos ad gratias agendas pro tot beneficiis hoc millennio acceptis intercedente Magna Hungarorum Domina. Eo ipso sane die etiam Nos, in spiritu coniuncti una cum clero cumque fidelibus in Strigoniensi Basilica congregatis, sociabimur Virginis Sanctissimae cantico: *Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo salvatore meo.*

2. « Millennium Hungaricum » eventus fit clarissimus vel ex eo quod a vobis recolitur ipsa in sollemni anniversaria memoria obitus sancti Stephani Strigoniensi in urbe regali, in quam pervenit quondam corona a Venerabili Decessore Nostro Silvestro II donata. Quae nunc in amplissima Basilica ipso in coronationis loco exstructa servatur, quo animo gratissimo convenient una cum multitudine fidelium et compluribus moderatoribus vitae publicae Status Hungari ei, Praeses, Rei Publicae Primus Administer, Gubernii et Publici Consilii legati nec non urbis Strigoniensis Magistratus.

Hoc pervetustum diadema Hungaris symbolum est identitatis nationalis, historiae culturaeque millennariae Regni sui, idemque Sacrae Coronae titulo honestatum, populus ut reliquias veneratur. Eiusmodi alta significatio spiritalis adiuvet aetatis nostrae homines, ut in praeteritis institutis christianis pretiosa futura aedificent.

3. In magnum gentis Hungaricae beneficium providentia divina disposuit, mille ante annis, ut vir civili prudentia praestantissimus, eximio praeditus ingenio atque sapientia, a Silvestro papa acciperet coronam, qua festo

die Dominicae Nativitatis anni millesimi coronatus est. Brevi factum est ut res publica Hungarorum sui iuris fieret regnorumque Europae numero adiungeretur.

Stephanus coronam veluti ministerium interpretatus est, non tamquam honorem: quapropter communitatis sibi creditae bonum omnibus in rerum adiunctis usque quaesivit, sive Regnum ordinando ac tuendo, sive nova promulgando decreta, sive utrumque cultum provehendo, humanum scilicet atque divinum.

Stephanus rex, nulla emolumentorum successuumque propriorum specie corruptus, illecebris suae aetatis superatis, vivum fontem invenit, a quo attingendo animum corroboravit ut genti suae praeesset fideliter serviendo. Quem fontem spiritalem scriptor quidam commoda brevitate memoravit: *Semper sic apparens, ac si ante tribunal Christi staret, in interioribus oculis eius praesentiam vultu verendo conspiciens, Christum in ore, Christum in corde, Christum in cunctis actibus se gestare demonstravit.*[1]

4. Stephanus rex usque se exhibuit vitae familiaris exemplar mille per annorum spatium fulgens. Ex eius filiis unus Emericus ad adulescentiam pervenit; de illius institutione sanctus Stephanus peculiarem curam adhibuit atque invigilavit ut scientia tunc temporis necessaria ditaretur. Accurate etiam animum intendit in eius personam efformandam, qua de re praeclaris eum commisit magistris — quos inter erat sanctus Gerardus, futurus Episcopus Csanadiensis —, atque libellum in eius usum componi iussit suis cogitationibus vitaeque regulis refertum. Quibus filium ita praeparavit ad vitam, ut eum redderet Regni gubernaculis tam scientia quam moribus dignum. Sed cum adhuc iuvenis e vita migrasset, patri succedere non potuit.

Regis Stephani familia vere exstitit sancta. Beata Gisela coniuge honestata sanctoque Emerico filio, ipsa per generationum cursum talem potuit propagare virtutem, ut Domus Arpadiana dederit Ecclesiae innumeros sanctos ac beatos. Quae quidem praeclara Christianismi lumina adhuc nos impellunt ut apta ratione Christi sequamur vestigia. Decem post saecula monet usque aetatem nostram, ut virtutes vitae familiaris magni aestimentur, neque filiorum educandorum neglegatur officium. Quare opportune iteramus, quod occasione Nostrae pastoralis in Hungaria visitationis ad homines

[1] Legenda maior S. Stephani, c. 20: ***Scriptores rerum Hungaricarum tempore ducum regumque stirpis Arpadianae gestarum,*** edendo operi praefuit E Szentpétery, I-II, Budapestini 1937-1938, 11 392

culturae et scientiae diximus: « In cultu humano gravissimum est educationis momentum. Haec autem... eo spectat, ut propagini futurae repertorum scientificorum inventorumque technicorum summa tradatur [...]. Pari, immo maiore nisu, operandum est in campo educationis. Nam conceptio quaedam coartata de homine immensum detrimentum afferre potest formationi ».[2]

5. Huius viri clarissimi in re publica moderanda eam memoramus indolem perspicuam, qua ipse est incitatus ad gravissimus suos in ordinando Regno labores feliciter exantlandos. Eius vitae scriptores referunt Stephanum fuisse animo precationibus semper intentum atque, quamquam variis gubernandi Regni negotiis occupatum, precandi tamen tempus invenisse. Hic eius animus apparet in *Libello de institutione morum* ad Emericum filium scripto: *Observatio orationis maxima acquisitio est regalis salutis... Continua oratio est peccatorum ablutio et remissio. Tu autem, fili mi, quotiescumque ad templum Dei curris, ut Deum adores cum.Salomone, filio regis, et ipse semper rex dicas « Emitte, Domine, sapientiam de sede magnitudinis tue, ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam, quid acceptum sit coram te omni tempore ».*[3]

Hanc notam praesertim volumus praedicare, quod scilicet plurimi facimus incrementum spiritus precationis novo millennio ineunte, sicut scripsimus in nuper edita Epistula Nostra Apostolica: « Indiget sanctitatis paedagogia affectu christiano qui cum primis *arte precationis* praecellit. [...] Discere namque quemlibet precari oportet. [...] Praesertim pluribus coram probationibus, quibus fidem hodie obicit mundus, erunt illi [sc. *communes Christiani]* non tantum Christiani mediocres, verum Christiani "in periculo". Etenim "periculum" ipsi facient ne suam paulatim defervescere videant fidem ac forsitan etiam illecebris cedent "surrogatuum", complectentes scilicet aliena religionis proposita, quin immo etiam aberrantibus indulgentes superstitionis formis ».[4]

6. Sanctus Stephanus depingitur manibus Sacram tenens Coronam, Regnum et gentem suam Magnae Hungarorum Dominae devovens. Eiusmodi devovendi actui gens Hungarorum ad hodiernos usque dies tam firmiter adhaesit ut cultus Marialis proprietas nationalis evaserit. Quare laetantes

[2] IOANNES PAULUS PP. II: ***Allocutio ad homines culturae et scientiae,*** diei 17 Augusti anni 1991, n. 6: ***Insegnamenti di Giovanni Paolo II,*** XIV 2, 1991

[3] S. Stephanus: ***Libellus de institutione morum ad Emericum ducem,*** c. 9: ***Scriptores rerum Hungaricarum,*** n. 1, 11 626.

[4] IOANNES PAULUS PP II: Epistula Apostolica ***Novo millennio ineunte,*** diei 6 Ianuarii anni 2001, nn. 32 34: ***AAS*** 93 (2001).

reminiscimur decem ante annis, occasione visitationis Nostrae pastoralis in Hungaria, post Eucharistiam Budapestini in Heroum platea celebratam, una cum omni Hungariae populo Nos hanc patriae vestrae commendationem Magnae Hungarorum Dominae rénovasse: eandem nunc, « Millennio Hungarico » ad exitum properante, orationem renovetis oportet.

Patrocinium Beatissimae Virginis Mariae, Magnae Dominae Hungarorum, quod populus vester toties in historia sua expertus est, rectores vestros tum ecclesiasticos tum civiles totamque patriam hoc in novo millennio ducat per viam evolutionis, progressus, Christianarum virtutum, solidarietatis et pacis! Vobis autem omnibus hac in praeclara gentis vestrae festivitate Apostolicam Benedictionem libentissime impertimus.

Ex Arce Gandulfi, die xxv mensis Iulii, anno Domini **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

IOANNES PAULUS PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Gulielmo Iosepho Chaminade Beatorum tribuuntur honores.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quodcumque dixerit vobis facite » *(Io* 2, 5). Haec verba prolata a Beata Virgine Maria ad servulos Canae in Galilea Venerabilis Servus Dei Gulielmus Iosephus Chaminade consuevit repetere suis discipulis, laicis et religiosis. Hoc modo voluit recordari totam Familiam Societatis Mariae se considerare oportere in statu missionis permanentis, sub praesidio et inspiratione Matris Redemptoris, ab Ipso cum omnibus Eius mysteriis consociatae.

Vesunnae in Gallia natus est die VIII mensis Aprilis anno MDCCLXI. Decem annos natus ingressus est Seminarium Minus Mussidanum, ubi quattuor post annos privato modo vota emisit paupertatis, castitatis et oboedientiae. Anno MDCCLXXXV sacerdos ordinatus est. Deinde demigravit Burdigalam, ubi maiorem partem vitae suae transegit. Anno MDCCXCI recusavit emittere ius iurandum a Constitutione Civili clero in Gallia impositum atque clam sacerdotale exercuit ministerium, saepe periclitans de vita. In

exsilium missus, petiit Caesaraugustam in Hispania, ubi sub umbra Beatae Mariae Virginis a Pilar (a Columna) ad exitum adduxit proposita sua Mariana et apostolica, constituendi scilicet familiam ex laicis et religiosis Virgini Mariae dicatis. Anno MDCCC Burdigalam reversus, antiquam restituere conatus est Congregationem Marianam, quae futurum esset fulcrum eius impigrae operae evangelizationis, ad Galliam iterum plene christianam reddendam. Anno MDCCCI a Sancta Sede nominatus est Missionarius Apostolicus, quem titulum ipse maximi aestimavit. « Vos estis omnes missionarii, expíete vestram missionem » — suis discipulis saepe dictitabat. Eodem anno una cum Venerabili Maria Teresia de Lamourous instituit operam misericordiae pro tuendis puellis versantibus in difficultatibus. Anno MDCCCXVI una cum Venerabili Adelaide de Batz de Trenquelléon condidit Agenni Institutum Filiarum Mariae Immaculatae, insequenti vero anno instituit Burdigalae Societatem Mariae. Ambo Instituta celeriter creverunt in Gallia atque anno MDCCCXXXIX honestatae sunt « decreto laudis » a Summo Pontifice Gregorio XVI. Postremi decem vitae anni Servi Dei exstiterunt tempus contentionis et "amaritudinis; attamen gravem probationem sustinuit maxima cum fidelitate erga Ecclesiam suamque conscientiam, fide plenus et caritate. Circumdatus primis sodalibus Societatis Mariae, piissime obiit die xxn mensis Ianuarii anno MDCCCL. Ipse admirationem concitavit suorum discipulorum ob fulgidas virtutes. Eius fides germana fuit, fortis, propensa ad navitatem et suffulta Sacrarum Scripturarum cognitione assiduaque meditatione. Ductus spiritualitate « scholae Gallicae », in mandatorum Christi imitatione perseveravit, etiam tempore singularis vexationis. Filialis inhaerentia Virgini Mariae suppeditavit ei pacem interiorem omnibus in rerum adiunctis, ipsumque adiuvit in explenda voluntate Dei. Zelus apostolicus, praesertim erga iuvenes, audacem eum reddidit atque providentissimum in consiliis, patientem et perseverantem in operibus. Augescente sanctitatis fama, incohata est beatificationis et canonizationis Causa atque initium habuerunt processus canonici Burdigalae et Victoriae in Hispania. Omnibus peractis rebus iure statutis, Decessor Noster Paulus PP. VI die xvin mensis Octobris anno MCMLXXIII Venerabilem Servum Dei Gulielmum Iosephum Chaminade heroum in modum virtutes théologales cardinales iisque adnexas factitavisse est testificatus. Postea mira quaedam sanatio, anno MCMXCI Bonaëropoli in Argentina patrata, eius deprecationi est adscripta, qua de causa Nostro in conspectu Decretum super miraculo prodiit die xx mensis Decembris anno MCMXCIX, atque decrevimus ut Beatificationis sollemnis ritus die III mensis Septembris Iubilaris Anni bis millesimi Romae celebraretur.

Magna cum laetitia Nos hodie, coram multitudine immensa fidelium, in foro Petriano ante Vaticanam Basilicam inter eucharistica sacra sollemnem hanc protulimus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Camilli Cardinalis Ruini, Vicarii Nostri pro Romana Dioecesi, Dionysii Cardinalis Tettamanzi, Archiepiscopi Ianuensis, Petri Cardinalis Eyt, Archiepiscopi Burdigalensis, et Andreae Mutiani Léonard, Episcopi Namurcensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Pius IX, Ioannes XXIII, Thomas Reggio, Gulielmus-Iosephus Chaminade et Columba Marmion Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Pii IX die septima Februarii, Ioannis XXIII die undecima Octobris, Thomae Reggio die nona Ianuarii, Gulielmi-Iosephi Chaminade die vicesima secunda Ianuarii et Columbae Marmion die tertia Octobris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem singula exprompsimus fierique iussimus, volumus rata et firma sint tam in praesens quam in futurum tempus, contrariis quibusvis rebus minime obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **III** mensis Septembris, anno Domini **MM** Iubilaei Magni, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

De mandato Summi Pontificis
£8 ANGELUS card. **SODANO**

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n, 487.975

II

Venerabilibus Servis Dei Alfonso López López et quinque Sociis Beatorun honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Omnis lingua confiteatur: "Dominus Iesus Christus!", in gloriam Dei Patris» *(Philp* 2, 11). Venerabiles Servi Dei Alfonsus López López et Socii, sodales Ordinis Fratrum Minorum Conven-

tualium, optima ratione expleverunt exhortationem apostoli Pauli atque, illuminati a Spiritu Sancto, catholicam fidem aperte professi sunt etiam in difficilibus rerum adiunctis, in quibus ipsi operam navabant. Haec eorum fortitudo in fidelitate erga Christum etiam inter tribulationes exacerbavit homines seditiosos, qui civili Hispaniae bello flagrante, expulerunt eos de conventu urbis *Granollers:* deinde dum apud familiares et amicos morabantur, eos comprehenderunt et interfecerunt, odio in Deum inque eius Ecclesiam ducti. Ipsi autem sunt:

1. Pater Modestus Vegas Vegas. Natus Sernae, in dioecesi Legionensi, die xxiv mensis Februarii anno **MCMXII**, quamquam infirma valetudine laborans, assidue dica vit se ministerio sacerdotali exercendo, praesertim quidem Verbum Dei praedicando et confessiones audiendo. Apprehensus die xxvn mensis Iulii anni **MCMXXXVI**, palam se franciscalis Ordinis sodalem professus est, qua de causa manuballista obtruncatus est, postquam varias sustinuerat vexationes.

2. Pater Dionysius Vicente Ramos. Ortus est in loco *Caudé,* in dioecesi Terulensi, die ix mensis Octobris anno **MDCCCLXXI**. Lauream in theologia Romae consecutus, functus est munere parochi: scholae praeceptor exstitit singularique sedulitate Sacramentum Reconciliationis administravit praesertim in Basilica Lauretana. Die xxxi mensis Iulii anni **MCMXXXVI** a seditiosis hominibus apprehensus, eodem die occisus est, suoque modo sese gerendi ipsos vexatores aedificavit.

3. Frater Franciscus Remón Játiva. Ortus est in loco *Caudé,* in dioecesi Terulensi, die xxn mensis Septembris anno **MDCCCXC**. Postquam Assisii sollemnia vota emisit, ibidem apud basilicam sancti Francisci aeditui munus explevit usque ad annum **MCMXXXV**. In Hispaniam re versus, in conventu loci Granollers munera suscepit aeditui et ianitoris. Statim ut iniit persecutio religiosa, comprehensus est, graviter percussus et una cum patre Dionysio die xxxi mensis Iulii anni **MCMXXXVI** manuballista interfectus.

4. Pater Alfonsus López López natus est in loco *Secorún,* in dioecesi Iacensi, die xvi mensis Novembris anno **MDCCCLXXVIII**. Fuit presbyter paenitentialis in basilica Lauretana. Re versus in Hispaniam, laudabiliter munus explevit magistri postulantium et novitiorum. Comprehensus una cum fratre Michaele Remón die **III** mensis Augusti anno **MCMXXXVI**, maluit suam amittere vitam quam Iesum Christum negare. Insequenti nocte manuballi-

sta obtruncatus, mortuus est dum verba veniae erga occisores suos pronuntiabat.

5. Frater Michael Remón Salvador. Ortus est in loco *Caudé,* in dioecesi Terulensi, die xvn mensis Septembris anno MCMVII. Missus in Italiam, humiliter et accurate inserviit apud Paenitentiariam Lauretanam, usque ad annum MCMXxxiv, quo Hispaniam petiit. Cum exarsit bellum civile, in quandam domum amicorum profugit, sed milites marxianae doctrinae detegerunt eum et comprehenderunt die III mensis Augusti anno MCMXXXVI. Cum fidem suam abiurare recusaverit, manuballista est occisus una cum patre Alfonso López López.

6. Pater Petrus Rivera Rivera. Natus est die III mensis Septembris anno MCMXII in loco *Villacreces,* tunc ex dioecesi Legionensi. Postquam Romae licentiam in theologia est adeptus, in Hispaniam re versus est. In Ordine Fratrum Minorum Conventualium tanta fruebatur aestimatione ut etsi iuvenili aetate moderamen communitatis loci *Granollers* ipsi sit concreditum. Mense Augusto vel Septembri anni MCMXXXVI a seditiosis hominibus apprehensus et occisus est; paulo ante mortem cuidam sacerdoti dixit se moriturum esse Christo Regi carmina canentem.

Eorum martyrii fama increbrescente, anno MCMLIII Archiepiscopus Barcinonensis Causam beatificationis seu declarationis martyrii incohavit. Peractis omnibus ad normam iuris statutis, die xxvi mensis Martii anno MCMXCIX coram Nobis promulgatum est decretum super martyrio. Statuimus igitur ut Beatificationis ritus die xi mensis Martii anno MMI Romae celebraretur, una cum beatificatione Venerabilium Servorum Dei Iosephi Aparicio Sanz aliorumque fidei testium, qui tempore eiusdem persecutionis in Hispania sunt occisi.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri patente, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

« Nos vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Ilerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Consueta habita oratione de vita virtutibusque horum caelitum, qui viventes Francisci Asisinatis vestigia sunt secuti et fraternitate coniuncti martyres occubuerunt, Nos Ipsi, animo laetanter commoti et admirantes tantam eorundem alacritatem ad sanguinem pro Domini amore fundendum, summa devotione christianam eorum fortitudinem publice laudavimus et cum adstantibus consentanea nimirum prece in adiutorium totius Ecclesiae adhuc in terra peregrinantis caeleste beatorum invocavimus patrocinium.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
83 **ANGELUS** card. **SODANO**

Loco 6B Sigilli
In Secret Status tab., n. 494 341

III

Venerabili Dei Servo Iosepho Calasanctio Marqués et XXXI sociis Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «[•••] Potius quam fidem deseramus, parati esse debemus ad vitam, immo mille vitas absque timore tradendas, ne quid nobis deficientibus bona causa patiatur detrimenti [...]» (E. Ceria, *Memorie Biografiche del B. Giovanni Bosco,* SEI, vol. XII, p. 280). Ita suis asseclis edicere solebat Ioannes Bosco, cum martyrium usu venire posset.

Monitionem hanc sunt secuti xxxn Societatis S. Francisci Salesii sodales, qui intestino bello in Hispania anno **MCMXXXVI** saeviente interempti sunt. Coetus hic (cuius **XI** erant Valentini cives et xxi Barcinonenses) xvi sacerdotes, vi clericos alumnos, **VII** coadiutores, ii sorores ex Filiabus Mariae Auxiliatricis atque i laicum complectebatur. Pertinebant ii tunc ad religiosam Provinciam Tarraconensem, quae nunc ad Inspectorías spectat Valentinam et Barcinonensem.

Primum huius indicis obtinet locum Iosephus Calasanctius Marqués, Inspector, qui Ioannem Bosco anno MDCCCLXXXIV Barcinone cognoverat. Ipse magnam sibi B. Philippi Rinaldi conciliavit aestimationem, cuius secretarii quoque sustinuit partes. Ad Cubam missus est ut Salesiana instituta Antillarum insularum componeret. Posthac Inspector tum in Peruvia et Bolivia, tum tandem in Hispania designatus est. Facilis fuit ingenii, ut Ioannis Bosco fere continuatio haberetur. Laetus usque sibi cunctorum conciliavit benevolentiam. Spiritalibus exercitiis Valentiae cum praeesset, una cum ceteris sodalibus captus est, qui primum liberati exinde iterum a militibus comprehensi sunt. Eius in vidulo clericalem vestem illi detexerunt. Ipse animose asseveravit. « sum sacerdos ». Paulo post necatus est.

En XXXII martyrum index:

Valentinorum coetus:

I. Iosephus Calasanctius Marqués, sacerdos.

II. Antonius Maria Martín Hernández, sacerdos.

III. Recaredus de los Ríos Fabregat, sacerdos.

IV. Iulianus Rodríguez Sánchez, sacerdos.

V. Iosephus Giménez López, sacerdos.

VI. Augustus García Calvo, coadiutor.

VII. Ioannes Martorell Soria, sacerdos.

VIII. Iacobus Buch Canals, coadiutor.

IX. Petrus Mesonero Rodríguez, clericus.

X. Iosephus Otín Aquilué, sacerdos.

XI. Alvarus Sanjuán Canet, sacerdos.

Coetus Barcinonensis:

XII. Franciscus Bandrés Sánchez, sacerdos

XIII. Sergius Cid Pazo, sacerdos.

XIV. Iosephus Batalla Parramón, sacerdos.

XV. Iosephus Rabasa Bentanachs, coadiutor.

XVI. Aegidius Rodicio Rodicio, coadiutor.

XVII. Angelus Ramos Velázquez, coadiutor

XVIII. Philippus Hernández Martínez, theologiae alumnus.

XIX. Zacharias Abadía Buesa, clericus.

XX. Iacobus Ortiz Alzueta, coadiutor.

XXI. Xaverius Bordas Piferrer, clericus.

XXII. Felix Vivet Trabal, theologiae alumnus.

XXIII. Michael Domingo Cendra, theologiae alumnus.

XXIV. Iosephus Caselles Moncho, sacerdos.

XXV. Iosephus Castell Camps, sacerdos.

XXVI. Iosephus Bonet Nadal, sacerdos.

XXVII. Amatus Bonet Nadal, sacerdos.

XXVIII. Alexander Planas Sauri, famulus.

XXIX. Eliseus García García, coadiutor.

XXX. Iulius Junyer Padern, sacerdos.

XXXI. Maria Carmela Moreno Benítez, Filiarum Mariae Auxiliatricis soror.

XXXII. Maria Amparo Carbonell Muñoz, Filiarum Mariae Auxiliatricis soror.

Praeclara horum martyrum testificatio statim martyrii famam consecuta est, ideo Causa incohata est et die xv mensis Decembris anno MCMLIII Valentiae Processus agi coeptus est, qui ad finem est adductus die x mensis Octobris anno MCMLV.

Suetis theologicis inquisitionibus apud Congregationem de Causis Sanctorum felici cum exitu perfectis, Nobis coram die xx mensis Decembris anno MCMXCIX Decretum super martyrio prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus Romae die xi mensis Martii anno MMI celebraretur.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri patente, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

Nos vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Ilerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Magna quidem commotione ineffabilique laetitia impleti propter hanc mirabilem tot martyrum glorificationem, fidem eorum et virtutem publice laudavimus, eosque venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii anno MMI, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
83 ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 494 663

IV

Venerabili Dei Servo Leonardo Olivera Buera et XXIX sociis Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Christus passus est pro vobis vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius» *(1 Pe* 2, 21).

Superioris saeculi Ecclesia ab innumeris filiis magnificata est qui in fide usque ad vitae exitum perstiterunt, per martyrium testificando se penitus adhaerere Evangelii doctrinae. Inter eos, qui Iesu semitam, in Calvariae viam ducentem, calcarunt, Venerabiles Dei Servi Leonardus Olivera Buera et xxix socii reperiuntur, religiosi scilicet viri et religiosae sorores, quibus operantibus, precantibus officiaque religiosa sustinentibus, martyrium fere posuit sigillum. Hispanico bello annis MCMXXXI-MCMXXXIX saeviente, illi interierunt, cum in Ecclesiam persecutio violenter incumberet, compluribus sacerdotibus, religiosis laicisque propter fidem occidentibus.

Triginta Venerabilium Dei Servorum manipulus, qui hic memoratur, unum sacerdotem, quinque religiosos Instituti Fratrum Scholarum Christianarum atque viginti quattuor sorores Congregationis Sororum Carmelitarum Caritatis complectitur, et ipsi anno MCMXXXVI necati sunt.

Ii fuerunt:

I. Leonardus Olivera Buera, sacerdos archidioecesis Caesaraugustanae. Paroeciam oppidi « Moverá en Puente Gallego » curavit idemque cappellani sustinuit munus Communitatis Fratrum Scholarum Christianarum Collegii Dominae Nostrae « de La Bonanova » ibidemque iuvenes spiritaliter coluit.

Fratrum Scholarum Christianarum coetum tres Fratres Communitatis Dominae Nostrae « de La Bonanova » ac duo Fratres Communitatis oppidi « Cambrils » apud Barcinonem complectuntur, videlicet:

II. Honoratus Andrea

III. Florentius Martinus

IV. Ambrosius Leo

V. Elias Iulianus

VI. Bertrandus Franciscus

Viginti quattuor Sorores Congregationis Sororum Carmelitarum Caritatis mulieres simplices fuerunt ac simul strenuae, quae caritatis studio flagrabant. En earum nomina:

VII. Elvira Torrentallé Paraire Nativitatis Dominae Nostrae

VIII. Rosa Pedret Rull Dominae Nostrae Boni Consilii

IX. Maria Calaf Miracle Dominae Nostrae Providentiae

X. Maria Desamparados Giner Lister Sanctissimi Sacramenti

XI. Francisca de Amezua Ibaibarriaga Sanctae Teresiae

XII. Teresia Chambo y Pales Divinae Pastorae

XIII. Agatha Hernández Amorós Dominae Nostrae Virtutum

XIV. Maria Dolores Vidal Cervera Sancti Francisci Xaverii

XV. Maria de las Nieves Crespo López Sanctissimae Trinitatis

XVI. Ascensio LLoret Marco Sancti Iosephi Calasanctii

XVII. Maria Purificationis Ximénez Ximénez Sancti Iosephi

XVIII. Maria Iosepha Del Rio Messa Sanctae Sophiae

XIX. Ni ceta Plaja Xifra Sancti Prudentii

XX. Paula Isla Alonso Sanctae Anastasiae

XXI. Antonia Gosens Sáez de Ibarra Sancti Timothei

XXII. Daria Campillo Paniagua Sanctae Sophiae

XXIII. Maria Concepta Odriozola Zabalia Sancti Ignatii

XXIV. Erundina Colino Vega Dominae Nostrae Carmeli

XXV. Consolata Cuñado Gonzalez Sanctissimi Sacramenti

XXVI. Feliciana de Uribe Orbe Dominae Nostrae Carmeli

XXVII. Maria Concepta Rodríguez Fernández Sanctae Magdalenae

XXVIII. Clara Ezcurra Urrutia Dominae Nostrae Spei

XXIX. Iusta Maiza Goicoechea Immaculatae

XXX. Candida Cayuso González Dominae Nostrae Angelorum

Suam propter vitae sanctimoniam, actuositatem ac potissimum cruentami mortem, cui illi aequo laetoque animo occurrerunt, triginta Servi Dei germani fidei martyres habiti sunt. Quapropter Archiepiscopus Valentinus beatificationis Causam incohavit, Processum Ordinarium Informativum celebrans annis MCMLII-MCMLVI.

His igitur absolutis rebus quas Congregationis de Causis Sanctorum normae praecipiunt, die xx mensis Decembris anno MCMXCIX Nobis coram de Martyrio Decretum prodiit.

Statuimus igitur ut beatificationis ritus una cum Iosepho Aparicio Sanz multisque aliis fidei testibus Romae die xi mensis Martii anno MMI celebraretur.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri patente, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

Nos vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Ilerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quibus prolatis verbis, annuntiatos beatos Ipsi Nos debita devotione venerati sumus, admirantes tantam ipsorum pro Domini amore alacritatem, omnesque christifideles de eorum virtutibus et vita breviter edocuimus, eos simul exhortantes ad beatorum fidem et bonis in operibus explendis constantiam pie imitandam.

Magna quidem commotione ineffabilique laetitia impleti propter hanc mirabilem tot martyrum glorificationem, fidem eorum et virtutem publice laudavimus, eosque venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii anno MMI, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
83 ANGELUS card. SODANO

Loco & Sigilli
In Secret. Status tab., n 495 134

V

Venerabili Dei Servae Mariae Baldillou y Bullit septemque ipsius sociis caelitum Beatarum deferuntur honores.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Per ipsum ergo off eramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius » *(Heb* 13, 15). Atque in Apocalypsis legitur libro: « Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, et non delebo nomen eius de libro vitae et confitebor nomen eius coram Patre meo et coram angelis eius » *(Apc* 3, 5). Hunc ad magnum victorum ac testium Iesu Christi numerum Serva Dei pertinent Maria Baldillou y Bullit eiusque sociae quinque ex Instituto Filiarum Mariae Religiosae Scholarum Piarum, tum etiam duae quondam alumnae laicae Uruguaianae, Dolorosa et Consilium Aguiar-Mella Díaz, quae Christi Iesu amore impulsae suam evangelizandi operi vitam consecraverunt, eaque solidam formam accepit in integra humana atque christiana institutione puellarum et adulescentularum nec non in mulieris ipsius provectione. Principium enim Constitutionum Scholarum Piarum in vitae actum transtulerunt: « Amoris illius participes quo Christus suam pro amicis tradidit vitam nos, quemadmodum ipse est mortuus, vitam nostram ministerio Evangelii devovemus ut, dum in nobis operatur mors, in aliis crescat vita» (n. 18).

Fideles ac prudentes humiles feminae ac fortes simpliciter amanterque suam vivendo expleverunt vocationem dum totas se puellarum dedunt institutioni et iuvenum nihil quidem in rebus politicis molientes quae illis temporibus plurimum agitabantur Ecclesiaeque ipsi illius nationis adversabantur. Etenim exardescente bello Hispanorum intestino anno MCMXXXVI politicae factiones commentis Marxistarum permotae cruentam susceperunt Ecclesiae catholicae vexationem. Ferox suum religionis ostentantes odium nec non omnium illam profitentium. Quandoquidem Christi discipulae erant suum effuderunt sanguinem serenae profecto et pacificae, cum Deum fidei professione honorarent iisque crimen condonarent qui eas offendebant quin immo occidebant. Sicque martyrii consecutae sunt palmam.

Hae videlicet sunt:

1. Mater Maria Baldillou y Bullit, quae in loco *Balaguer* (Leridae) nata est die sexto Februarii mensis anno MCMV votaque anno MCMXXVII professa.

In novitiatu propriis effulgebat virtutibus. Ad collegium Valentinum missa praestitit tamquam vitae exemplum Domino prorsus devotae, in simplicitate nempe et laetitia sui educandi muneris. Octavo die mensis Augusti anno MCMXXXVI martyrium subiit in litore maritimo apud *Saler di Valencia,* una cum sequentibus quattuor aliis Dei Servis.

2. Mater Praesentatio Gallen y Martí, die xx mensis Novembris anno MDCCCLXXII orta, in loco *Morella* (Castillionis) quae in Scholis Piis vota nuncupavit anno MDCCCXCII. Ab anno MDCCCC ad suam usque passionem anno MCMXXXVI in collegio degit Valentino. Triginta sex igitur annos impensum apostolatum Calasanctianum inter puellas eiusdemque urbis familias procuravit.

3. Mater Maria Aloisia Girón y Romera in lucem edita est apud *Baiulanse* (Cordubae) die xxv mensis Augusti anno MDCCCLXXXVII votaque religiosa fecit in loco *Carabanchel* anno MCMXVIII. Ab anno MCMXX usque ad annum MCMXXXIV apostolicum suum in Cuba educandi opus complevit. Valentiam vero iterum reversa est ubi vixit operae paedagogicae omnino devota et apostolicae inter alumnas et priores discipulas usque ad annum MCMXXXVI quo martyrii adepta est palmam.

4. Mater Carmen Gómez y Lezán Navarrae in oppido *Eulz* die xxvin mensis Iulii orta est anno MDCCCLXIX votorumque professionem in Congregatione Scholarum Piarum anno MDCCCLXXXXV peregit, cum in collegium Valentinum est missa quod apostolatus ipsius ad martyrium usque provincia fuit. Quadraginta et unum annos ianitricis perfuncta est munere cum vitam religiosam suam magno studio traduxit inter alumnas earumque familias, cum opus simul et precationem cum laetitia et comitate iungeret.

5. Mater Clementia Riba y Mestres VIII die mensis Octobris anno MDCCCXCIII in loco *Igualada* (Barcinonensis provinciae) nata est votaque illa in magna urbe anno MCMXIX professa. Aliquamdiu Caesaraugustae in iunioratu commorata transiit in collegium Valentinum ubi educationis apostolatum cum alumnis et quondam discipulis impense profecto curavit. Praemium ei martyrii quadraginta duos annos natae reddidit Dominus.

6. Mater Maria de la Yglesia y de Varo in urbe v. d. *Egabro* prope Cordubam anno MDCCCLXXXXI lucem vidit die xxv mensis Martii votaque in loco Matritensi *Carabanchel* dicto anno MCMXI pronuntiavit. Magistram agens in collegiis tum *Carabanchel* tum etiam Cordubae et Matriti ministerium Scholarum Piarum efficienter complevit magnoque abnegationes affectu er-

ga discipulas et priores alumnas. Praestans fuit formatrix nec non scientiarum doctrix. Die xix Septembris enecata est anno MCMXXXVI in Matriti suburbio.

7. Dolorosa Aguiar-Mella y Díaz in urbe Montis Videi in Uruguaia ex matre Uruguaiana Hispano que patre nata est die xxix Martii mensis anno MDCCCLXXXXVII posteroque anno cum tota domo in Hispaniam processit. Alumna fuit interna apud collegium *Carabanchel* ubi pietate sua mentisque acumine eminuit. Die xix mensis Septembris comprehensam ante aedes ubi cum Sororibus Scholarum Piarum incolebat eodem ipso die ad Matriti portas cum superius memorata Dei Serva interfecerunt.

8. Consilium Aguiar-Mella y Díaz orta est die xxix Martii mensis anno MDCCCLXXXXVIII parvulaque cum familiaribus Matritum se contulit. Septimum agens annum collegium introivit *Carabanchel.* Sese tamquam iuvenem christianam prudentem caritateque motam gessit. Die mensis Septembris xix anno MCMXXXVI a militibus capta est et paulo post una cum sorore Dolorosa suaque magistra Matre Maria de la Yglesia y de Varo occisa.

Numquam non hae octo Dei Servae habitae sunt fidei martyres. Ab anno MCMLXXXV ad LXXXVII beatificationis causa in archidioecesis Valentinae officiis acta est de martyrii definitione, et ab anno MCMLXXXVI ad VIII apud Archiepiscopum Matritensem. Omnibus legitimis condicionibus impletis Nostro in conspectu Decretum prodiit die xxvin mensis Iunii anno MIM super martyrio. Constituimus inde ut beatificationis ritus Romae die xi mensis Martii anno MMI perageretur earum cum Iosepho Aparicio Sanz aliisque fidei testibus qui eadem religiosa saeviente contra Ecclesiam vexatione interierunt.

Hodie igitur coram interminata fere Pastorum fideliumque turma inter sollemnia Eucharistica magnopere iuvit Nos hanc beatificationis formulam pie studioseque proferre:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Ilerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Hac pronuntiata pientissimo adfectu sententia venerati in primis Nos novas sumus caelites beatas earum permoti fidei constantia earumque pariter supernum implorantes adiumentum nostra cotidie in roboranda fide.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii, anno **MMI**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
ffi **ANGELUS** card. **SODANO**

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 495.749

DECLARATIO CONIUNCTA

The célébration of the 1700th anniversary of the proclamation of Christianity as the religion of Armenia has brought us together — John Paul II, Bishop of Rome and Pastor of the Catholic Church, and Karekin II, the Supreme Patriarch and Catholicos of All Armenians — and we thank God for giving us this joyous opportunity to join again in common prayer, in praise of his all-holy Name. Blessed be the Holy Trinity — Father, Son and Holy Spirit — now and for ever.

As we commemorate this wondrous event, we remember with révérence, gratitude and love the great confessor of our Lord Jesus Christ, Saint Gregory the Illuminator, as well as his collaborator and successors. They enlightened not only the people of Armenia but also others in the neighbouring countries of the Caucasus. Thanks to their witness, dedication and example, the Armenian people in A.D. 301 were bathed in the divine light and earnestly turned to Christ as the Truth, the Life, and the Way to salvation.

They worshipped God as their Father, professed Christ as their Lord and invoked the Holy Spirit as their Sanctifier; they loved the apostolic universal Church as their Mother. Christ's supreme commandment, to love God abo ve all and our neighbour as oursei ves, became a way of life for the Armenians of old. Endowed with great faith, they chose to bear witness to the Truth and accept death when necessary, in order to share eternai life.

Martyrdom for the love of Christ thus became a great legacy of many générations of Armenians. The most valuable treasure that one generation could bequeath to the next was fídelity to the Gospel, so that, with the grace of the Holy Spirit, the young would become as resolute as their ancestors in bearing witness to the Truth. The extermination of a million and a half Armenian Christians, in what is generally referred to as the first génocide of the twentieth **Century,** and the subséquent annihilation of thousands under the former total itarian regime are tragédies that stili live in the memory of the present-day generation. These innocents who were butchered in vain are not canonized, but many among them were certainly confessors and martyrs for the name of Christ. We pray for the repose of their souls, and urge the faithful never to lose sight of the meaning of their sacrifice. We thank God for the fact that Christianity in Armenia has survived the adversities of the past se venteen centuries, and that the Armenian Church is now free to carry out her mission of proclaiming the Good News in the modem Republic of Armenia and in many areas near and far where Armenian communities are présent.

Armenia is again a free country, as in the early day s of King Tiridates and Saint Gregory the Illuminator. Over the past ten years, the right of Citizens in the burgeoning Republic to worship and practise their religion in freedom has been recognized. In Armenia and in the diaspora, new Armenian institutions have been established, churches have been built, associations and schools have been founded. In ali of this we acknowledge the loving hand of God. For he has made his miracles visible in the continuing history of a small nation, which has preserved its particular identity thanks to its Christian faith. Because of their faith and their Church, the Armenian people have developed a unique Christian culture, which is indeed a most valuable contribution to the treasury of Christianity as a whole.

The example of Christian Armenia testifies that faith in Christ brings hope to every human situation, no matter how difficult. We pray that the saving light of Christian faith may shine on both the weak and the strong, on both the developed and developing nations of this world. Particularly today, the complexities and challenges of the international situation require a choice between good and evil, darkness and light, humanity and inhumanity, truth and falsehood. Présent issues of law, politics, science, and family life touch upon the very meaning of humanity and its vocation. They cali today's Christians — no less than the martyrs of other times — to bear witness to the Truth even at the risk of paying a high price.

This witness will be all the more convincing if ali of Christ's disciples could profess together the one faith and heal the wounds of division among themselves, May the Holy Spirit guide Christians, and indeed ali people of good will, on the path of reconciliation and brotherhood. Here at Holy Etchmiadzin we renew our solemn commitment to pray and work to hasten the day of communion among ali the members of Christ's faithful flock, with true regard for our respective sacred traditions.

With God's help, we shall do nothing against love, but "surrounded by so great a cloud of witnesses, we shall lay aside every weight, and sin which clings so closely, and shall run with persévérance the race that is set before us" (cf. *Heb* 12:1).

We urge our faithful to pray without ceasing that the Holy Spirit will fili us ali, as he did the holy martyrs of every time and place, with the wisdom and courage to follow Christ, the Way, the Truth and the Life.

Holy Etchmiadzin, 27 September 2001.

IOANNES PAULUS PP. II KAREKIN II

CONVENTIO

INTER SANCTAM SEDEM ET GABONIS REMPUBLICAM DE SCHOLIS CATHOLICIS

ACCORD

entre le Saint-Siège et la République gabonaise, sur le statut de l'Enseignement catholique

Le Saint-Siège et la République gabonaise, désireux de fixer les éléments principaux du statut de l'Enseignement catholique au Gabon:

Beatificationis seu declarationiis martyrii Servi Dei Aemiliani Kovc, sacerdotis dioecesani (1884-1944)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

« Si enim compiantati facti sumus similitudini mortis Eius, sed et resurrectionis erimus » *(Rm* 6, 5).

Baptismalis aqua in morte Iesu peccatorem sepelit et cum Eo resuscitat; qui exinde creatura nova fit, Corporis mystici membrum a Spiritu Sancto animatum. Omnia membra huius Corporis, quod est Ecclesia, debent se ad Dominum conformare (cf. *Gv* 4, 19), ut eius passionem communicent atque fructibus fruantur redemptionis.

Convenienter cum verbis Apostoli Pauli, Servus Dei Aemilianus Kovc passionibus Christi sociatus est, sanguinem effundendo ut Ei fidelis esset Eiusque Ecclesiae, consecutus igitur ut glorificaretur.

Natus is est die 20 mensis Augusti anno 1884 in pago *Kosmach,* intra fines posito Ucrainae occidentalis. Gymnasium publicum Leopolitanum frequentavit ac deinde Romae studia philosophica et theologica est prosecutus. Sacerdos est ordinatus dioecesis Stanislaopolitanae Graecae-Catholicae, nunc *Ivano-Frankivsk* Ucrainorum, anno 1911. Antea uxorem duxerat. Pastorale ministerium explicavit in Galicia et deinde in Bosnia, ubi missiones rexit pro Ucrainis advenis. Postea est parochus factus loci *Peremyshliany,* in archidioecesi Leopolitana Ucrainorum, communitatemque paroecialem sibi commissam excitavit. Peculiari charismate erat ornatus praedicationis Verbi Dei, adeo ut eius homiliae fideles commoverent. Per occupationem sovieticam sua fortiter munera cumque virtute explere perrexit, quamvis gradatim difficultates crescerent. In domo sua, ubi cum uxore vivebat et sex filiis, saepe parentibus orbatos et pauperes hospitio accipiebat, simul eos adiuvans ad munus in posterum nanciscendum. Etsi patriae suae studiosus esset, aperte tamen nimio « nationalismo », qui dicitur, obstitit. Humilis, simplex, a bonis terrenis alienus, solummodo Dei voluntatem facere nitebatur.

A Russis comprehensus mense Iunio anno 1941, supervenientibus Germanis einigere potuit. Attamen, ne sub novis quidem occupantibus credentium in Christum condicio est in melius mutata. Namque, cum « nazistae »,

quos vocant, in Ucrainam pervenerunt, hi, suam sequentes doctrinae rationem phyleticae et ad novum paganismum propensae, statim manifestam ostenderunt adversus Christianismum et Ecclesiam catholicam simultatem.

Servus Dei, intrepido cum animo, multos Hebraeos a morte certa servavit et quotquot ex eis id petebant, Baptismi sacramentum ministravit. Nazistarum vexationibus firmiter restitit, qui illum impedire volebant ne ministerium pastorale explicaret, uti haec verba testantur, quibus cuiusdam *Gestapo* ministri minis respondit: « Unam ego auctoritatem cognosco. Huic ego iusiurandum dedi, dignitatem sacerdotalem accipiens. Dominus meus Christus est, Eique semper fidelis ero ». Simili cum consilio sacerdotes decanatus est allocutus: « Quod ad me spectat, callide non faciam: mea sacerdotis munera expie vi et in futurum explebo ».

A Germanis prehensus, atrocibus cruciatibus vexatus est, sed, Deo confisus, numquam animi tranquillitatem amisit nec spem divinae misericordiae. Etiam in vinculis cum fervore precabatur atque aliis, qui in custodia erant, sacramenta Confessionis et Eucharistiae ministrabat.

In campum captivis custodiendis translatus loci *Maidanek (Lublin),* in Polonia situm, durissimam vitae condicionem accepit tamquam Domini donum; Missam clam celebrare perrexit atque custodiae sociis spiritaliter affuit, praesertim capite damnatis. Cum gaudio vixit in condicione in qua versabatur, ita ut filiis scripserit: « Domino gratias ago pro omnibus beneficiis quibus me donavit. Praeter caelum, hic unicus est locus, ubi tanta cum laetitia nunc velim esse ».

Morbo correptus ob inhumanam tractationem quam subierat, in valetudinarium campi publicae custodiae deductus est ibique, die 25 mensis Martii anno 1944 vitam amisit.

Populus Dei eum fidei martyrem habuit et eiusmodi fama volventibus annis non est minuta. Anno 1997, cum iam condicio publica siverat Ecclesiam Graecam-Catholicam egredi de clandestinitate, Archiepiscopus Leopolitanus Ucrainorum Causae beatificationis initium fecit seu declarationis martyrii Servi Dei, et Inquisitio dioecesana celebrata est una cum Inquisitione de aliis 26 Servis Dei, qui propter persecutionem communistam mortui erant. Huius Inquisitionis, anno 2001 conclusae, auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 9 mensis Martii eodem anno promulgatum. Confecta *Positione,* discepatum est, ex norma, de asserto martyrio Servi Dei et Servorum Dei Nicolai Carneckyi et xxv Sociorum. Exitu cum felici, die 3 mensis Aprilis anni 2001, actus est Congres-

sus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die 23 eiusdem mensis habita, audita relatione Excellentissimi Domini Aemilii Eid, Episcopi titularis Sarepteni Maronitarum, agnoverunt sacerdotem Aemilianum Kovc ceterosque Servos Dei "in odium fidei" mortuos esse.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servi Dei rite conscriberetur.

Quod Cum esset factum, accitis ad Se hodierna die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Aemiliani Kov6 Sacerdotis dioecesani, anno 1944 interfecti, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

LEOPOLITANA UCRAINORUM et ALIARUM

Beatificationis seu declarationis martyri servorum Dei Nicolai Carneckyi e congregatione SS.mi Redemptoris, episcopi tit. Lebediensis, et XXV sociorum (t 1935-1973)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Ipse est caput corporis Ecclesiae» *(Col* 1, 18).

Fideles, vocationi Domini asseveranter respondendo, membra fiunt corporis Christi, quod mystice per communicationem Spiritus Sancti constituitur, Eique arcte coniunguntur. Quae coniunctio vere efficitur per sacramenta, praesertim Baptismum et Eucharistiam.

Prorsus ut coniunctionis cum Christo cumque eius Corpore mystico, id est Ecclesia, vinculum tuerentur, Servi Dei Nicolaus Carneckyi et 25 Socii, solummodo ad aeternam beatitudinem spectantes, ad sanguinem suum effundendum parati fuerunt.

Postquam anno millesimo nongentesimo quadragesimo huncque continuo subsecutis Ucraina in potestatem cecidit Russiae Sovieticae, dura incepta est adversus catholicos persecutio. Etenim auctoritates communistae eos vi assimulare volebant Orthodoxis ut unicam instituèrent compagem ecclesialem moderatoribus rei publicae obnoxiam, suo aptandam arbitrio. Qui huic consilio cedere nolebant, molestiis omne genus conflictabantur.

In victimis odii religioni christianae infensi annumerari possunt etiam Servi Dei Nicolaus Carneckyi et 25 Socii, qui vitam suam devoverunt ut unitatis vinculum et fidelitatis erga Petri successorem servarent.

In iis fuerunt octo Episcopi, quattuordecim Sacerdotes, tres Sorores et unus Laicus. Non omnes iisdem temporibus iisdemque locis mortui sunt. Alii, ad carcerem damnati et vitae durissimae condicionem subire coacti, camporum captivis custodiendis atque carcerum Sovieticorum propriam, superesse non potuerunt ac eiusmodi vinculorum locis mortem obierunt. Alii de vinculis educti sunt, cum iam debilitati erant atrocibus cruciatibus subitis. At non humanitatis causa liberati sunt, sed quia auctoritates communistae nolebant eos in custodia mori, ne martyres crearent.

Alii denique insidiarum victimae fuerunt, quae contra eos a militibus Sovieticis structae sunt diversimode.

Hi sunt:

1. Nicolaus Carneckyi, 74 annorum aetatem habens, Congregationis SS.mi Redemptoris sodalis, Episcopus tit. Lebediensis, Exarchus Apostolicus locorum *Volyn'* et *Pidliashia;* post aliquot annos acerbissimae custodiae, quibus eius valetudo irreparabiliter erat imminuta, de vinculis eductus Leopoli mortuus est die 2 mensis Aprilis anno 1959.

2. Gregorius Khomysyn, 78 annos natus, Episcopus Stanislaopolitanus, est vita defunctus die 28 mensis Decembris anno 1945, in valetudinario carceris *Lukianivska* in urbe Kioviensi.

3. Iosaphat Kocylovskyi, 71 annorum, Ordinis Basiliani S. Iosaphat sodalis, Episcopus Premisliensis, Sanochiensis et Samboriensis Ucrainorum, a vita discessit die 17 mensis Novembris anno 1947 in publicae custodiae campo loci *Capaivca* (in regione Kioviensi).

4. Simeon Lukac, 71 annos natus, Episcopus Ecclesiae Graecae-Catholicae Ucrainae "clandestinae". In carcerem inclusus durissimisque vitae condicionibus subiectus, in morbum gravem cecidit quo est ad mortem ductus in pago *Starunya* (in regione Stanislaopolitana), die 22 mensis Augusti anno 1964.

5. Basilius Velyckovskyi, 70 annos natus, Congregationis SS.mi Redemptoris sodalis, Episcopus Ecclesiae Graecae-Catholicae Ucrainae "clandestinae". Post carcerem et ad opus publicum damnationem, unde est eius valetudo deminuta, die 30 mensis Iunii mortuus est anno 1973 in urbe *Vinnipega* (in Canada).

6. Ioannes Slezyuk, 76 annorum aetatem habens, Episcopus Ecclesiae Graecae-Catholicae Ucrainae "clandestinae"; bis in Sibiriam relegatus ac vitae condicionibus inhumanis subiectus, mortuus est die 2 mensis Decembris anno 1973 in urbe *Ivano-Frankivsk.*

7. Nicetus Budka, 72 annos natus, Episcopus Exarchus pro Catholicis Ucrainis in Canada; mortuus die 28 mensis Septembris anno 1949 est in valetudinario campi publicae custodiae Karadzarensis (in urbe Karaganda, Kazakistaniae).

8. Gregorius Lakota, 67 annorum aetatem habens, Episcopus tit. Daoniensis, Auxiliaris Premisliensis; mortuus est die 5 mensis Novembris anno 1950 in valetudinario campi publicae custodiae loci *Abez* (prope *Vorkutakomi* Ucrainorum, in Sibiria).

9. Leonidas Fëdorov, 55 annos natus, Exarchus Catholicorum Russicorum ritus Byzantini, Sacerdos Studita. In carcerem inclusus campi captivis custodiendis loci *Solovetsk,* est vita defunctus die 7 mensis Martii anno 1935, in urbe *Viatka,* nunc *Kirov* (in Russia) appellata, ob virium defectionem obque varios morbos in campis publicae custodiae Sovieticis contractos.

10. Nicolaus Konrad, 64 annorum vir, Sacerdos Archidioecesis Maioris Leopolitanae; die 26 mensis Iunii interiit anno 1941 in silva loci *Birok,* prope *Stradch* (in provincia Leopolitana), a militibus bolseevicis interfectus.

11. Andreas Iscak, 53 annos natus, Sacerdos Archidioecesis Maioris Leopolitanae, est plumbea glande tranfossus a militibus bolscevicis die 26 mensis Iunii anno 1941, in pago *Sykhiv* (in provincia Leopolitana).

12. Romanus Lysko, 35 annorum aetatem habens, Archidioecesis Maioris Leopolitanae Sacerdos, mortuus est die 14 mensis Octobris anno 1949, in carcere urbis Leopolis, acerbis cruciatibus subitis debilitatus.

13. Nicolaus Cehelskyj, 54 annos natus, Archidioecesis Maioris Leopolitanae Sacerdos, atrocibus confectus doloribus mortuus est die 25 mensis Maii anno 1951, in campo publicae custodiae-loci *Javas*, Potmae stationis (in Mordovia, quae quondam sub imperio fuit Foederatarum Civitatum Socialisticarum Sovieticarum).

14. Petrus Verhun, 67 annorum aetatem habens, Archidioecesis Maioris Leopolitanae Sacerdos; Visitator Apostolicus pro Catholicis Ucrainis in Germania; mortuus est die 7 mensis Februarii anno 1957, in campo publicae custodiae loci *Angarsk* (prope *Krasnoiarsk*, in Sibiria), propter súbitos cruciatus.

15. Alexius Zaryckyj, 51 annos natus, Archidioecesis Maioris Leopolitanae Sacerdos; mortem obiit die 30 mensis Octobris anno 1963, in valetudinario campi publicae custodiae Dolinkae (Karagandae, in Kazakistania).

16. Clemens Septyckyj, annos natus 81, Sacerdos Studita, Monasterii loci *Univ* Archimandrita; in carcere urbis Vladimirensis (in Russia) die 1 mensis Maii anno 1951 mortem obiit.

17. Severianus Baranyk, annorum 51 aetatem habens, Sacerdos professus Ordinis Basiliani Sancti Iosaphat, exeunte mense Iunio anno 1941 est vita defunctus, in carcere urbis *Drohobych.*

18. Ioachim Senkivskyj, annos natus 44, Sacerdos professus Ordinis Basiliani Sancti Iosaphat, a vita discessit ultimis mensis Iunii diebus anno 1941, in carcere urbis *Drohobych.*

19. Zenon Kovalyk, 37 annorum aetatem habens, Sacerdos professus Congregationis SS.mi Redemptoris, mense Iunio exeunte anno 1941 e vita discessit in carcere urbis Leopolis.

20. Vitalius Vladimirus Bajrak, 39 annos natus, Sacerdos professus Ordinis Basiliani Sancti Iosaphat, in carcere urbis *Drohobych* die 16 mensis Maii anno 1946 de vita decessit.

21. I vanus Ziatyk, annorun 52, Sacerdos professus Congregationis SS.mi Redemptoris, Vicarius Generalis Ecclesiae Graecae-Catholicae Ucrainae, die

17 mensis Maii anno 1952 obiit in valetudinario campi publicae custodiae oppidi *Oserlag* (prope *Irkutsk,* in Russia).

22. Methodius Dominicus Trcka, annorum 73, Sacerdos professus Congregationis SS.mi Redemptoris, die 23 mensis Martii est vita defunctus anno 1959, in carcere urbis *Leopoldov* (in Slovachia).

23. Tarcisia (in saeculo: Olga Mackiv), 25 annos nata, Soror professa Congregationis Sororum Ancillarum a Maria Immaculata, die 18 mensis Iulii mortua est anno 1944, in pago *Krystonopil,* a milite Russico interfecta.

24. Olympia (in saeculo: Olga Bidà), 49 annos nata, Soror professa Congregationis Sororum a Sancto Ioseph, obiit die 28 mensis Ianuarii anno 1952, in campo captivis custodiendis loci *Kharsk* (Tornisci, in Sibiria).

25. Laurentia (in saeculo: Leucadia Harasymiv), 40 annorum aetatem habens, Soror professa Congregationis Sororum a Sancto Ioseph, obiit die 26 mensis Augusti anno 1952 in campo captivis custodiendis loci *Kharsk* (Tornisci, in Sibiria).

26. Vladimirus Pryjma, 34 annos natus, Christifidelis Laicus et pater familias, cantor, obiit die 26 mensis Iunii anno 1941, in silva loci *Birok* prope *Stradai* (in provincia Leopolitana), insidiarum victima, a militibus bolscevicis structarum.

Populus Dei ilico hos omnes fidei martyres habuit atque eiusmodi fama solidata est volventibus annis. Anno 1997, cum ex condicione civili Ecclesia Graeca-Catholica in Ucraina de clandestinitate exierat, Archiepiscopus Maior Leopolitanus Causae beatificationis seu declarationis martyrii initium fecit per celebrationem Inquisitionis dioecesanae, quae conclusa est anno 2001. Huius Inquisitionis auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 9 mensis Martii anno 2001 promulgato. *Positione* confecta, disceptatum est, ex norma, de Servorum Dei asserto martyrio. Die 6 mensis Aprilis eodem anno actus est, exitu cum prospero, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 23 habita eiusdem mensis, audita relatione Excellentissimi Aemilii Eid, Episcopi titularis Sarepteni Maronitarum atque Causae Ponentis, affirmaverunt horum Servorum ac Servarum Dei mortem verum fuisse martyrium.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis

Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servorum Dei rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis ad Se hodierna die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servorum Dei Nicolai Carneckyi, e Congregatione SS.mi Redemptoris, Episcopi tit. Lebediensis, et XXV Sociorum, annis 1935-1973 interjectorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

SB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MEDIOLANENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Aloisii Mariae Monti, religiosi laici, fundatoris Congregationis Filiorum Immaculatae Conceptionis (1825-1900)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Nulla mater, sincere suorum filiorum amans, de iisdem maternas adhibebit curas, sicut frater Hospitalarius debebit suam assiduitatem ac servitium praebere Christi pauperibus infirmis. Plene atque firmiter sibi persuasum habens in iisdem se infirmis Christi membris servire, eas omnes conferat curas in illos, quas divina Mater de divino Filio suo adhibuisset similibus in casibus » *(ex primis Constitutionibus Congregationis Filiorum Immaculatae Conceptionis).*

Re vera, Aloisius Maria Monti, religiosus laicus, hunc Constitutionum locum, quas ipse anno 1879 elaboraverat, rationem sinceram vitae fecit illamque quam optime observavit.

Fidelis hic Domini Servus Bovisii (in provincia Mediolanensi) die 24 mensis Iulii anno 1825 natus est, ex undecim filiis octavus, et est eodem

die baptizatus nominibus ei inditis Aloisio, Caietano. Quinque post annis Confirmationem accepit Mediolani. Parentes eius agricolae erant pauperes, pii et honesti: pater, chori paroeciae dux; mater Consociationis Immaculatae Conceptionis particeps. Duodecim annorum aetatem habens ad artem ebeni fabri informatus est. Vitae christianae cura distentus, Verbo Dei suscitata, voluit suos aequales secum trahere ad oratorium vespertinum formandum, quod populus vocabat "Societatem fratrum". Iuvenes, non solum precationi, meditationi et vitae Ecclesiae localis dediti erant, verum etiam actionibus caritatis erga pauperes et aegrotos se tradebant.

Iuvene sacerdote cognito, qui iuventutem educandam curabat, Domino Aloisio Dossi, Servus Dei in huius manu votum fecit castitatis, quod in perpetuum renovavit die 8 mensis Decembris anno 1846, addito oboedientiae voto. Difficilibus politicis condicionibus eorum annorum in Langobarda Venetorumque regione abutentes, personae, etiam ecclesiastici, calumniantes, "Societatem" protulerunt tamquam sodalicium seditiosum et iuvenis Monti, una cum suis sociis, anno 1851 comprehensus est. In carcere versatus 72 dies, fortiter hanc tulit claram iniustitiam vixitque in eo sicut in coenobio.

Cum Domino Aloisio Dossi exceptus in Congregatione Filiorum Mariae Brixiae, vestem religiosam sibi induit die 8 mensis Decembris anno 1852. Hoc tempore se dedidit orphanorum praesidio atque in studium incubuit auxilii pharmacopoeae ac parvae chirurgiae.

Per pestilentiam cholerae morbi, qua Brixia est affecta anno 1855, se clausit tamquam voluntarium valetudinarii illius loci, ut cholerae morbo affectis assideret.

Anno 1857 Servus Dei cum Domino Aloisio Dossi et iuvene Pezzini Cremonensi, perito infirmorum ministro, in oppido *Bussolengo* cogitaverunt de Congregatione condenda quae praesertim assiduitatem praeberet aegrotis statuerunt que, maxime Monti instante, eam vocare Filii Immaculatae Conceptionis. Dossi ei Aloisium Monti praefecit. Hic in Urbem pervenit die 22 mensis Aprilis anno 1858 sed, interea, Patres Capuccini, valetudinarii Sancti Spiritus cappellani, Consociationem Tertiariorum Capuccinorum instituerant, eodem cum consilio, corporaliter nempe aegrotis assidendi, iamque Opus inierant. Pezzini et Monti nihil aliud facere potuerunt, nisi effecerunt ut tamquam simplices Consociationis sodales acciperentur. Servus Dei res excepit, ut se habebant, cum fiducia se voluntati divinae committens, certus Dominum, tempore suo, ipsi inceptum restituturum. Annis 1868-1877

ministravit cum humilitate et zelo in valetudinario Hortano, respiciens non tantum aegrotos curandos cuiuslibet ordinis eorumque totam personam in valetudinario, sed etiam in casulis ruris atque loci iuventutem evangelizandam.

Anno 1877 Beatus Pius IX autonomiam concessit Instituto exorto per consilium Servi Dei eiusque fratrum sodalium, et Aloisio Monti munus detulit Superioris Generalis; insuper eodem anno Instituto illi domum donavit sitam in Platea denominata Mastai, Romae. Servus Dei curam adhibuit etiam de nonnullis valetudinariis, inter quae Nepesino et Capranicensi in provincia Viterbiensi, et cum ei fas esset tandem libere agere, Institutum in figuram restituit a principio conceptam, voluit que illud proprium habere etiam propositum institutorium; reapse, annis 1886-1898 duo aperuit orphanotrophia, unum in oppido *Saronno* (in territorio Baretiensi sito) et alterum Canturii (in provincia Comensi). Primas educatoris facultates paternitatem posuit et spiritum familiae.

Postquam omnibus viribus ad Dei gloriam egerat, in humilitatis spiritu et oboedientiae divinae voluntati, Servus Dei Sancte est vita defunctus in oppido *Saronno* die 10 Octobris anno 1900, religiosis solaciis munitus.

Virtutum exercitium, ab Aloisio Monti heroum more cultarum, apparuit ex sese gerendi ratione quae, inde a iuventute, eum ab omnibus distinguebat, in eis, quotquot cum eo necessitudinem habebant, sinceram excitans admirationem. In actis processus significatur fortis et praecox pietas Servi Dei erga Sanctissimam Eucharistiam, simul vero filialis ac tener amor Virginis Mariae, quam Monti Matrem ducebat et veram suae Congregationis Conditricem, una cum Sancto Ioseph. A pueritia Servus Dei totam fiduciam in Domino collocavit, conscius se, Deo adiuvante, esse Dei voluntatem facturum. Eiusmodi confidentia laetitia eum afficiebat visibili ac diffusoria. Notandus quoque est eius in Ecclesiam amor atque in Romanum Pontificem, sicut et studium in Episcopos et sacerdotes, quamvis multae fuerunt res adversae quas est expertus.

Semper Deum primum omnium duxit et super omnia, se docilem ostendens gratiae stimulis, etiam priusquam eius vocatio constaret. Non solum fortissima cum voluntate a peccatis abhorruit mortiferis, sed etiam accurate nisus est venialia voluntaria vitare. Magna caritate motus erga Dominum, Iesu servire voluit in aegrotis et in orphanis. Patris dilectione autem Instituti sodales est prosecutus atque, Divinum Magistrum imitatus, semper omnes humaniter et amabiliter tractavit.

Ex plenitudine, qua praecepta evangelica exsequebatur, magnanimus fuit erga suos adversarios, iisque ignovit, qui eum improbe tractaverant.

Etiam iuvenis Servus Dei sivit se a magistro spiritus duci. Multis annis actis antequam proposita ad effectum adduceret, numquam inconsiderate egit, ne tum quidem, cum ei contendendum fuit cum conatibus eorum, qui volebant aliter ac ipse cogitabat opus dirigere. Cum ei delegata est propriae Congregationis administratio, magnam ostendit prudentiam magnumque ardorem, agens sicut pastor qui vitam dat pro ovibus suis. Constanter sollicitus de voluntate Dei facienda omnibus in casibus, iustus fuit erga omnes nec umquam iniqua fecit discrimina in suos fratres sodales. Per vitae suae cursum fuerunt ei magnae aegritudines et indignitates subeundae, sed omnia fortiter tulit, eiusque Opus vexationibus subitis fecundatum est. Servus Dei semper ostendit sensuum appetituum plenam et laetam moderationem; sibi semper imperavit; etsi indole erat ardenti, numquam est pertractus ad gestus iracundos.

Modestus et simplex omni tempestate, etiam in sua familia est paupertatem expertus, ex qua postea in suo Instituto vixit. Ei animus integer apparebat in toto exteriore habitu, nempe in oculorum modestia, in verbis moderatis, in agendi ratione decora erga omnes. Oboedientiae magnitudo praesertim fulsit cum morem gessit Superiori Capuccinorum in valetudinario Sancti Spiritus Romae et cum subiectus esse debuit variis Visitatoribus Apostolicis.

Consuetus Servi Dei decor, eius mores honesti, magna caritas, alta humilitas ac modestia in agendi ratione, ultroneam moverunt et diffusam sanctitatis famam; quapropter Archiepiscopus Mediolanensis beatificationis et canonizationis Causam iniit per celebratum Processum Ordinarium Informativum (annis 1941-1950). Testium praesentia, etiam in regionibus diversis ab eis, quae in Archidioecesi Mediolanensi sunt, effecit ut tres etiam celebrarentur Processus Rogatoriales, qui acti sunt Romae, Hortani et Tucumaniae. Processus principis auctoritas et vis atque Rogatorialium probata est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 16 mensis Iunii anno 1989 promulgato. Confecta *Positione*, inquisitum est, ex norma, an Aloisius Maria Monti virtutes heroum in modum exercuisset. Prospero cum exitu, die 13 mensis Iunii anno 2000 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales porro et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 6 mensis Februarii habita anno 2001, audita relatione Excellentissimi Domini Andreae Mariae Erba, Episcopi Veliterni-Signini et Causae Ponentis, professi sunt Servum Dei sicut heroas addecet virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Aloisii Mariae Monti, Religiosi laici, Fundatoris Congregationis Filiorum Immaculatae Conceptionis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MELITENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Adeodatae (in saec.: Mariae Theresiae Pisani), monialis professae ordinis sancti Benedicti (1806-1855)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Christo omnino nihil praeponant» *(Regula S. Benedicti,* c. LXXII). Suae monasticae consecrationi fidelis, Venerabilis Serva Dei Maria Adeodata Pisani Dominum Iesum toto corde dilexit, tota anima ac totis viribus, et, cum illum in vertice posuisset vitae suae suaeque spei, firmiter in eius mandata credidit, quae est exsecuta cum alacritate, et, ita virum sapientem, de quo loquitur divinus Magister: « Omnis, qui audit verba mea haec et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram » *(Mt* 7, 24), imitata est.

Haec virgo prudens (cf. *Mt* 25, 2 ss) in lucem venit Neapoli die 29 mensis Decembris anno 1806 a barone Benedicto Pisani Mompalao Cuzkeri, Melitae nato, et a Vincentia Carrano, cive mediae classis Neapolitanorum. Eodem die, quo orta, est etiam divinae naturae particeps facta per sacramentum baptismatis (cf. *2 Pt* 1, 4), nomine capto Maria Theresia. Cum parentes separati viverent, Serva Dei est aviae maternae commissa, deinde collegio rigidae disciplinae, ubi solida imbuta est educatione humana atque christiana. Duodeviginti circiter annorum aetatem habens, ad matrem ivit cum ea victura, quae eam in matrimonio collocare est nisa, sed frustra. Cum Melitam se contulisset, in urbem *Rabat,* coepit vitam agere in dies a mundo alieniorem atque a divitiis et, in occultatione, precationi se dedidit pietatique eucharisticae, ex domo exiens nonnisi ut Missae cotidianae interesset et Domini Corpore se aleret.

Cum soli Deo placere exoptaret, statuit, rebus omnibus relictis, discipula fieri illius scholae divini servitii, quam Sanctus Pater Benedictus pro filiis filiabusque suis instituerat. Parentum igitur dissensione superata, anno 1828 ingressa est inter moniales Benedictinas monasterii Sancti Petri Mdinae, nomenque cepit Mariam Adeodatam.

Excellenti effecta spiritali praeparatione, professionem sollemnem fecit die 8 mensis Martii anno 1830; deinde, humiliter et spiritu sacrificii suum perfectionis iter perrexit, diligenter Regulam observans atque suarum antistitum praecepta, erga quas semper docilis fuit et comis, sicut et erga sorores sodales, Egregie munera explevit aedituae et infirmarum ministrae, honori sibi ducens Domino in suo templo inque monialibus infirmis servire. Nominata ianitrix, locutorium reddidit viam apostolatus; namque lenitudine, patientia atque caritate exemplo erat visitatoribus et in primis pauperibus, quos eleemosynis iuvabat atque doctrinae christianae institutione. Ab anno 1847 novitiarum fuit magistra, quas, exemplo et patientia, Dei docuit vias. Sociata est abbatissae Mariae Crucifixae Balzan vitae communi in monasterium introducendae, quam Archiepiscopus dioecesanus voluit.

Electa abbatissa die 30 mensis Iunii anno 1851, per omnia se gessit secundum Regulam Benedictinam: « "Argue, obsecra, increpa" *(2 Tim* 4, 2). Id est, miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta: dirum magistri, pium patris ostendat affectum» (c. II). Suo igitur officio iuncta est cum zelo ac prudentia, cum fortitudine et amabilitate, sapienter curam adhibens de progressu spiritali communitatis vitamque fovens communem; severa fuit in se, mitis ac benigna erga Sorores, illas quoque, quae non

erant in eam propensae. Rite mandato confecto abbatissae anno 1853, est electa discreta talisque mansit usque ad mortem.

Toto tempore, quo in monasterio commorata est, Serva Dei, corde caritate dilatato, viam mandatorum Dei cucurrit atque, numquam de eius doctrina declinans, est in Christi imitatione progressa per perfectum virtutum exercitium. Fides eius spiritalis aedificii fundamentum fuit. Firmiter in Deum credidit, in divinam revelationem, in Ecclesiae magisterium. Cum ex iis, quae credebat, viveret, confirmata est in cognitione Dei meditatione assidua aeternarum veritatum, ferventi participatione celebrationis Missae atque Liturgiae Horarum, oratione communi et privata, in quam diu noctuque multis horis incumbebat; pietatem erga Eucharistiam, Iesu Christi Passionem, Beatam Virginem Mariam, Sanctum Benedictum aliosque Sanctos ardenter coluit. Plus quam se Deum dilexit corde indiviso; eius voluntati oboedivit semperque monasticae consecrationi, Regulae ac disciplinae communitatis fidelis fuit. Diligenter quodlibet vitavit peccati genus atque vitii, et sanctitatem appetivit, non se quaerens, sed Dei gloriam et animarum salutem. Per oblatas preces et paenitentias vitae Ecclesiae interfuit Summumque Pontificem Beatum Pium IX in eius rebus adversis sustinuit. Corde caritate referto in pace vixit cum Sororibus sodalibus, quas adiuvit ad serviendum Deo quam optime, fraterno modo correxit, quibusque prompte ignovit cum ab eis aliqua molestia afficiebatur. Desperantes ac dolentes consolata est eisque animum addidit ad eam confugientibus; pauperibus subvenit, pro peccatorum conversione est precata pariterque pro animis Purgatorii; ergo, quantum potuit, cum simplicitate opera fecit misericordiae spiritalis et corporalis. Prudens fuit in rationibus seligendis aptioribus ad suam sanctificationem, ad novitiarum formationem, ad monasterii regimen, ad necessitudines cum auctoritatibus ecclesiasticis atque civilibus cumque iis, quotquot ad monasterium veniebant. Iustitiam erga Deum et proximos exercuit, temperantiam, moderationem sui, voluntatis atque sensuum refrenationem, paupertatem, castitatem, fortitudinem in difficultatibus, perseverantiam in Dei laude ac servitio, patientiam in morbis. Sincere humilis, indignam se habebat et peccatricem, occultationis studiosa erat, libenter omne genus ministerii exsequebatur; non solum antistitis, verum etiam inferioribus oboediebat; honores et dominatum non affectavit et abbatissae munus accepit solummodo oboedientia impulsa. Existimationis testimoniis non delectabatur, nec nobile genus suum commemorari; suam eruditionem oc-

cultabat bonumque quod faciebat. Mulieres pauperes quas adiuvabat matres et sorores vocabat iisque cibum suum distribuebat, cum sibi communitatis reliquias colligeret.

Languescente valetudine numquam de Regulae observantia decessit, at diligenter actibus communibus intererat, praesertim officio divino, voluntatis Sancti Benedicti memor: « Nihil Operi Dei praeponatur » *(Regula,* c. XLIII). In Deo speravit et in eius gratia; Providentiae fiduciam circumfudit; ad bona caelestia et ad vitam aeternam tetendit. Diem mortis suae praevidit, quae contigit die 25 mensis Februarii anno 1855.

Fama sanctitatis qua in vita claruit, usque ad hoc tempus aucta est. Beatificationis et canonizationis Causa Melitae inita est per celebrationem Processus Ordinarii Informativi (annis 1892-1893). Die 29 mensis Aprilis anno 1898 decretum promulgatum est super Causae Introductione; deinde celebratus est Processus Apostolicus, qui est a Sacra Rituum Congregatione probatus die 10 mensis Februarii anno 1909. Propter difficultates Oeconomicas Causa intermisit multos annos, donec resumpta est et confecta *Positio super virtutibus.* Postea, ex norma, inquisitum est an Serva Dei heroum in modum virtutes coluisset. Die 13 mensis Februarii anno 2001, felici cum exitu, actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 20 mensis Martii subsecuti, relatione audita Excellentissimi Domini Iosephi Sebastiani Laboa, Archiepiscopi titularis Zaraïteni et Causae Ponentis, professi sunt Venerabilem Servam Dei sicut heroas addecet virtutes théologales, cardinales iisque adnexas observavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Ven. Servae Dei Mariae Adeodatae (in saec.: Mariae Theresiae Pisani), Monialis professae Ordinis Sancti Benedicti, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. 93 S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MELITENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Adeodatae (in saec.: Mariae Theresiae Pisani), monialis professae ordinis sancti Benedicti (1806-1855)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Maria Adeodata (in saeculo: Maria Theresia Pisani) Neapoli nata est die 28 mensis Decembris anno 1806 a nobilibus parentibus. Melitam, patriam suam, reversa, vocationem animadvertit ad vitam consecratam. Anno 1828 ingressa est Ordinem S. Benedicti Mdinae in Monasterium S. Petri, ubi Magistra fuit novitiarum atque Abbatissa. Fidelitate suae consecrationi monasticae eminuit, prudentia atque caritate erga Sorores sodales et pauperes. Sancta habita, mortem obiit die 25 mensis Februarii anno 1855.

Summus Pontifex Ioannes Paulus II declaravit Servam Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum coluisse.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio Congregationis de Causis Sanctorum iudicio permisit coniectam miram sanationem intercessioni tributam Servae Dei quae est supra commemorata. Casus pertinet ad Matrem Iosephinam Damiani, O.S.B., Abbatissam Monasterii S. Ioannis Baptistae Sublacensis, quae inde ab adulescentia variis laboravit casibus vitiorum intestinorum atque inflammatione arteriae asperae pulmonumque, perturbationibus arthrorheumaticis necnon demutationibus cordis et systematis circulatorii cum animi defectionibus atque dyspnoea. Intestinorum vitia tempore volvente iterata sunt, peculiari cum vi anno 1896, dum infesto modo mense Octobri apparuerunt anno 1897. Valetudinis condiciones Abbatissae continuo in deterius versae sunt propter abdominis dolores, febrim, viscerum turbationes, vomitionem et exiguam alimoniam. Curans prognosim enuntiavit infaustam quoad vitam, et die 23 mensis Novembris eodem an-

no aegrotae ministrata est Unctio Infirmorum. Interea pridie, auctore Monasterii Confessario ordinario, communitas monastica triduanas preces inceperat, ut a Deo sanationem obtineret Matris Iosephinae per intercessionem Servae Dei Mariae Adeodatae Pisani. Die 24 mensis Novembris ex improviso facta est exoptata sanatio, quocirca sanata consuetam industriam resumpsit, nulla cura nec diaeta auxiliante.

Sublaquei, ab anno 1904 ad annum 1907, de asserto miro instructus est Processus Apostolicus, qui a Congregatione de Causis Sanctorum probatus est per decretum die 27 mensis Octobris anno 1995 promulgatum. Collegium Medicorum Dicasterii, in sessione die 19 mensis Februarii habita anno 2001, agnovit sanationem celerrimam fuisse, completam, duraturam et ex scientia inexplicabilem. Subsecuti mensis Aprilis die 3 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris ac die 23 eiusdem mensis Sessio Ordinaria est facta Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Iosepho Sebastiano Laboa, Archiepiscopo titulari Zaraïteno. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit. *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Mariae Adeodatae (in saec.: Mariae Theresiae Pisani), Monialis Professae Ordinis Sancti Benedicti, videlicet de celérrima, completa ac duratura sanatione Matris Iosephinae Damiani, O.S.B., ab "enterocolite mucoematica, con anemia e discrasia secondaria, con sindrome edemogena e probabili episodi occlusivi".*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. **SARAIVA MARTINS**
Praefectus

L. *m* S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MELITENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Ignatii Falzon clerici (1813-1865)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Ignatius Falzon in insula Melita natus est, in urbe *La Valletta,* die 1 mensis Iulii anno 1813. Quindecim annorum puer vestem clericalem sibi induit et tonsuram accepit; deinceps sunt ei collati Ordines minores, sed propter humilitatem noluit ad maiores accedere. Lauream est adeptus in iure canonico atque civili seque precationi dedit atque catechismi institutioni, multas consequens conversiones ad Ecclesiam Catholicam. In Domino obdormivit die 1 mensis Iulii anno 1865.

Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 23 mensis Octobris anno 1987, edixit Servum Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas sicut heroas addecet observavisse.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum iudicandam permisit coniectam miram sanationem Antonii Gambin qui, anno 1980 abdominis herniae sectionem chirurgicam subiit. Die 5 mensis Iunii anni secuti in valetudinario Melitensi ablata est ei magna massa mesenterica cum longa parte tenuis intestini.

Ex inspectione histológica, confestim effecta, agi visum est de ganglioneuroblastomate maligno per metastasim ad lymphonodos mesentericos diffuso. Cum prognosis infausta esset quoad vitam, nulla adhibita est therapia, quandoquidem inutilis erat. Casus gravitate animadversa, sacerdos quidam Franciscanus ipseque aegrotus auxilium divinum postulaverunt per intercessionem clerici Ignatii Falzon. Modo mirifico exoptata sanatione facta, sanatus ex valetudinario dimissus est die 15 mensis Iunii anno 1981.

De asserto miro annis 1997-1999 Melitae instructa est Inquisitio dioecesana, ex iure probata a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 5 mensis Februarii anno 2000 promulgatum. Collegium Medicorum Dicasterii die 19 mensis Februarii anno 2001 affirmavit sanationem rapidam fuisse, completam, stabilem atque secundum scientiam inexplicabilem. Die 3 mensis Aprilis eodem anno actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et subsequenti die 23 habita est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Iosepho Sebastiano Laboa, Archiepiscopo titulari Zaraïteno. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua

vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Ignatii Falzon, Clerici, videlicet de rapida, completa ac stabili sanatione Antonii Gambin a « linfoma non Hodgkin dei linfonodi del mesentere e dell'intestino tenue, con cellule immature e aspetti necrotico-emorragici ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. œ S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MUNKACSIENSIS

Beatificationis seu declarationis martyrii Servi Dei Theodori Romzsa, Episcopi tit. Appiani, Administratoris Apostolici Munkacsiensis (1911-1947)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

« Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdit eam, et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodiet eam» *(Io* 12, 24-25).

Episcopus Theodorus Romzsa, pastor Eparchiae Munkacsiensis ritus Byzantini, bona caelestia aspiciens, quam optime ad effectum adduxit Divini Magistri adhortationem vitamque suam devovit, ut Christo fidelis maneret, fidem suam numquam abiurando, mira cum fortitudine ac supernaturali cum tranquillitate sanguinem effundendo pro Dei et Ecclesiae amore.

Servus Dei ortus est die 14 mensis Aprilis anno 1911 in loco *Nagybocsko,* in comitatu Maramaros sito, in parte orientali Transcarpatiae, hodie in territorio Ucraino. In examine maturitatis probatus post frequentatum ludum Gymnasiumque publicum urbis *Huszt,* appetitione motus fideliter sequendi Christum, de vocatione ad vitam sacerdotalem cogitavit. Adiuvante Episcopo suo dioecesano Romam profectus est et, in Collegio Germanico-Hungari-

eo acceptus, studia theologica exercuit apud Studiorum Universitatem Gregorianam. Autumno anni 1934 transiit ad Pontificium Collegium Russicum. Die 25 mensis Decembris anno 1936 Ordinationem sacerdotalem accepit, sed, ante peracta studia fuit ei in patriam redeundum ut militaret. Anno 1938, exspectanti dum Romam rediret, est ei commissa cura pastoralis duarum paroeciarum montanarum in provincia *Huszt.* Munera exsequens sibi credita Servus Dei, qui nec labores, nec pericula pavebat obire, modo pastorale officium expleret, statim fiduciam summam, existimationem et affectum sibi fidelium conciliavit.

Mense Septembri anno 1939 nominatus est moderator spiritalis ac deinde professor philosophiae Seminarii urbis *Ungvár.* Eo in casu facultatem suam ostendit animas regendi magna prudentia atque sapientia. Munus praeceptoris exsequens eminuit pietate, cultura, exemplaribus moribus sacerdotalibus, manifestans scire se caritatem ad iustitiam accommodare; reapse discipulos magna cum benignitate tractavit, non dubiae aequitati coniuncta.

Aestate anni 1944 nominatus est Episcopus titularis Appianus atque Auxiliaris Administratoris Apostolici Munkacsiensis. Consecrationem episcopalem accepit die 24 mensis Septembris anno 1944 et minus duos annos post factus est Administrator Apostolicus eiusdem Eparchiae.

Gloriae Dei et animarum boni studiosus, Ecclesiae Romanae fidelis, Servus Dei, gravium onerum conscius cum suo pastoris munere conexorum, continuis atque instantibus communistarum minis non se dedidit, qui ei persuadere volebant ut se cum tota sua Eparchia separaret ab Ecclesia Matre Romana. Propter suam firmitudinem et voluntatem non cedendi auctoritatis sovieticae minationibus, peculiari modo invisus factus est moderatoribus communistis.

Eum fideles diligebant, eius curis commissi, virtutem eiusdem admirantes; idque fastidium odiumque augebat rei publicae rectorum. Solida erat eius fides, fortis et conscia, quam aperte semper profitebatur, sine ulla reticentia aut compromisso, quamque precatione fervida alebat atque constanti, lectione et meditatione Verbi Dei, filiali erga Virginem Mariam pietatem. Spem theologalem exercuit, docens ceteros Providentiae divinae se fiduciae plenos credere. Paratus semper ad eos adiuvandos, qui in difficultatibus versabantur, in suis muneribus explendis diligentissimus erga Deum et proximos, omni tempore prudens fuit.

Quamvis condicio publica difficilior fieret in dies, is tamen impavidus pastorale suum ministerium perrexit; paroecias visitabat, sacris praesidebat sine timore Verbum Dei nuntians; sacramenta administrabat. Inter homiliam anno 1945 habitam sic est fideles suos allocutus: « Laeti esse debemus, quod pro fide nostra patimur, siquidem hoc modo nos ad martyrium praeparamus ». Procuratori pro negotiis ecclesiasticis respondens, qui eum inducere volebat ad assentiendum coniunctioni cum Ecclesia orthodoxa, Servus

Dei hoc dixit: « Mortem malo cum omnibus suis doloribus, quam verae sanctae Ecclesiae Christi proditionem ». Similiter apertus fuit in epistula ad Rectorem Collegii Russici scripta: « Quid mali, si me occidunt? Pro Christo mori est in aeternum vivere ».

